
SYLVA
TERMINORVM
SEV
Temporum Iudicialium
Practicabilium
Ac usu frequentiorum
AVCTORE
CAROLO CARVSO
I.C. Siculo Agrigentino
Illius R.C. Ciuilis Iudice
Cum duplici Indice
locupletissimo
Panormi. Apud Dominicum de Anselmo. 1661. Superiorum Permissu

ILLVSTRISSIMO
PANORMITANO SENATVI

DON IOSEPH MONT'APERTO, ET VBERTI, PRINCIPI RAFFADALIS, MARCHIONI MONTISAPERTI, MILITI S. IACOBI DE SPADA, DE CONSILIO S. C. M. PRÆTORI, D. GASPARI BELLACERA, D. IOANNI DE HEREDIA, D. PETRO PILO, D. PETRO DEL PINO SARGENTI MAIORI, D. OCTAVIO PALMENTIER, ET D. ALOYSIO REQVESENS BARONI SANCTI IACOBI, SENATORIBVS.

PAnormitanæ Felicitati, Senatus Illuſtriſſime, non Trinacriæ ſolius, ſed Orbis Terrarum vniuerſi, obſequium exhibendum cenſeo. Beatitatis enim Colonia gratias in ſuo excipit Sinu, eaſdemque vndequaque per eximiam effundit magnificentiam. Vnde Prærogatiuarum flumina ad Panormitanum cõfluunt Mare, indealia locupletatum exiliunt, in idemque tutum veluti in Portum redeunt. Magni Oceani inſtar, ſi ſuas alienis elargitur aquarum diuitias, ſibi nil minuit, vel in ipſa largitione immenſus. Panormus ideo Italiæ Paradiſus, & Orbis interminabilem in ſe vna claudit Dignitatem; Quid mirum igitur, Senatus Illuſtriſſime, ſi communi arridens obſequio noſter Agraga, minimo quo valet modo, Panormitanæ tributet Felicitati? Vtinam quot guttas aureo ſe ſe vehens curru, noſtris in lictoribus ſubſultare circumſpicit Phœbus, totidem venerationis ſigna venerabundus Agraga tuæ Vrbis amplitudini præſtare poſſet. Quemadmodum ipſe innato percitus affectu,

affectu, si vastas Iustiniani plagas nauigare ex hoc Panormitano Mare didici in ipsius Portu quam tutissime disciplinarum merces exonerare, qualescunque fuerint decreui. Syluam Terminorum, interminato Fortunæ Ærario, nullis circumseptæ paupertatis limitibus Panormo ex animo dedico. Infinitum propè patrocinium spero terminatæ sapientiæ Volumini sub tantæ Vrbis Tutela, multasque decoris aquas paruulo huic amni, ex illius Maris magnitudine lucraturum. Genium Patriæ imitari pro certo habeo, Patres Amplissimi, atque vbi Illustrissimæ propaginis emicat nitor, parem etiam effulgere pietatem credo. In circumscriptum mei Cordis amorem excipite minimam confiteor significationem, sed aspernatu dignam, dum ex corde prodit, ex clementia, quam profitemini, non expecto. Nec Syluam, quam nunc typis trado, mihi vmbræ futuram dubito, si à Vestri præsidij Sole effultam, nec Momi incendia pertimesco; si eam vestra sub vmbra, ac Panormitano Mare rotatam videro. Tibi igitur Senatus Illustrissime, eam denuò, meque totum, ac meâ ex sententia do, dico, dedico.

Illustrissimi Senatus

Seruus humillimus

V. I. D. Carolus Caruso Agrigentinus.

ALL' AVTHORE
SONETTO
DI D. ANTONIO VGO,
E MARINI

Accademico degl'offuſcati in Girgente
detto l'Innocente.

O Degno Sol, cui da natura, e l'arte
Penna, che pinger sà, fù data in ſorte,
Mentre ſcriuendo ancor trà mille carte,
D'Apelle il nome, e di Scrittor riporte.
Così formi vna SELVA ampia, e'n diſparte
Di cieche larue, e di temuta morte:
Che di natia virtude il Sol comparte
Lucida giorno à le tue foglie accorte;
Quindi han per gloria gl'huomini più altieri
Eſſer belue di lei, che de le Leggi
Chiude TERMINI giuſti, e veritieri;
Onde d'Iberia il gran Signor de' Reggi
Te ſtimarà, che puote in cento Imperi
Veſtir di Toga, ed ingrandir di preggi.

✠ AD

AD AVCTOREM

OLIM PRÆCIPITES RITVS FLVMINIS
ad instar, componentem fluctus; modo
Terminorum Syluam perbellè
discriminantem.

D. IOSEPH ALLIATA

EPIGR.

Fama est insolito ductas modulamine Syluas
Antiquos Dryadum deseruisse Lares;
Fluminaque vndisonos passim cohibere furores
Dum citat ad numeros Orpheus arte Lyram
At Legum insequitur te SYLVA, atque vnda forensis
Sistit, & acclamant Orphea cuncta nouum.
Eia age tende chelyn, SYLVAM modo pande latentem
Arboribus; RITVS iam stetit vnda furens.

INDEX
ARGVMENTORVM.

Arb.

Arb. 14. fol. 186.

DE nouendio luctus. ad intellectum §. penult. vers. Sancimus in auth. vt cum de appellat. Auth. sed neque sub l. fin. C. de sepul. viol. Cap. 46. Regis Ferdinandi. Consuet. Panormitanæ cap. 35.

Arb. 15. fol. 193.

DE tempore infra quod tutor, & hæredes inuentarium hæreditarium conficere teneantur. ad intellectum l. fin. §. 1. C. de Iur. de liber. l. fin. in fine C. Arbitr. tutel. & l. tutores de Administ. tut.

Arb. 16. fol. 210.

DE anno luctus concesso marito eiusque hæredibus ad restituendam dotem in mobilibus consistentem soluto matrimonio ad Intellectum l. vnic. §. exactio C. de rei vxor. action.

Arb. 17. fol. 223.

DE anno matri dato ad petendum tutorem filijs, tutorem non habentibus. ad intellectum l. 2. §. si mater ff. ad Tertull. & Instit. eod. tit. §. penult.

Arb. 18. fol. 231.

DE termino ad præponendam excusationem à tutela, & ad eam obtinendam. ad intellectum l. scire §. quinquaginta ff. de excusat. tut. l. quinquaginta ff. eod. l. quinquaginta C. eod. tit. l. scire §. aliud ff. eod. & Instit. eod. tit. §. qui autem. iuncto §. seq.

Arb. 19. fol. 243.

DE termino ad præponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, ad intellectum l. in contractibus C. de non numer. pecun.

Arb. 20. fol. 256.

DE termino infra quem secundus Creditor ad ius offerendi possit agere ad intellectum text. in l. cum notissimi §. 1. & seq. C. de præscript. 30. vel 40. annor.

Arb.

 Arb.

SYLVA TERMINORVM AC TEMPORVM IVDICIALIVM.

SVMMARIVM ARB. I.

AGrigentum patria mea appellatur Magnifica n. 1. 3.
Agrigentum aliud extat, quæ Ciuitas erat Ducis Austriæ, & per eum donata fuit Duci Burgundiæ n. 2.
Agrigētum vetus laudatur n. 4.
Agrigentum nouū laudatur n. 5.
Episcopatum Agrigentinum sub Diœcesi sua 60. habet Ciuitates, & oppida n. 6.
Agrigentum quasi gentium aggregatio dicitur n. 7.
Ciuitas dicitur Ciuium vnitas rod.
Ciuitas de rigore iuris quod muris est cinctum venit num. 8. & 9.
Ciuitas Agrigentina habet in Parlamento quintum locum n. 10.
Ciues Agrigentini noui habitatores gaudent dilatione decennali n. 11.
Priuilegium decennalis dilationis qua noui Ciues gaudent per extensum refertur n. 12.
Nonnulla obseruatoria dictis priuilegij n. 13.
Noui Ciues Agrigentini vt gaudeant dicta dilatione quid facere debeant? n. 14. 26. 28. & 29.
Quando Ciuis dicatur n. 15.
Studentes à sua Ciuitate absentes,

Priuilegium decennalis dilationis huius Ciuitatis fuit inductum ad publicam vtilitatem. n. 108.
Ideo renunciari non potest nunc ead.
Iurati procedunt contra Officiales non obseruantes hoc Priuilegium n. 109.
Hac Ciuitas Agrigentina potest bis, & ter consultare ordinationes emanatas contra Priuilegia huius Ciuitatis. n. 110.

ARBOR I.

DE PRIVILEGIO DECENNALIS DILATIONIS A Rege Alphonso nouis Ciuibus Agrigentinis concesso. Ad intellectum dicti Priuilegij, quod est Cap. 6. in Libro Priuilegiorum huius Ciuitatis registratum fol. 9.

IESVS, MARIA, CATHERINA.

1 HÆC † Vrbs AGRIGENTINA, ob nobilium non tantum sanguine, sed & virtutibus, scientijsque insignitorum habitationem MAGNIFICA appellatur. Non
2 † de illa loquor quæ Ducis Austriæ erat, & in Bello, quod ille habuit cum Duce Burgundiæ, vt sequeretur pax, ipse Dux Austriæ eam cum territorio Duci Burgundiæ donauit. De qua per *Abb. in cons.* 62. disceptatur. De ista
3 † vero loquor, de ista Magnifica Agrigentina Vrbe Patria mea fidelissima hoc in Regno Siciliæ sub Dominio, & Obedientia Inuictissimi, ac Catholici Hyspaniarum Regis Philippi IV. situata.
4 Non illud † vetus Agrigentum super flumine, Agragæ fluuium dictum, confinatū; quod nulli aut Siciliæ aut totius etiam Italiæ optimè cōstitutarum Vrbium tum belli, tum pacis laudibus facile cederet, quodque inde propter efficacem temporis edacitatem, fortunæq; inuidiam ad ruinam se protulit. Cuius magnitudinem, & claritaté apud *Fazell. lib. 6. de reb. Sicul. cap. 1.* in partem habere poteris.
5 De ista inquam loquor noua

noua Vrbe in colle sita: vbi originem habitationemque constitui, quæ antique vix ad passuum mille incumbit. Et licet illa antiqua sit inferior magnitudine, & claritate; Verumtamen non nullorum Sanguine, & Doctrinis nobilium habitatione, maxima Frumentorum negotiatione, insignique Oneratorio, ac Sede † Episcopali Ma-
6 gnificè ornatam esse patescit. Qui quidem Episcopatus sub Diœcesi sua sexaginta circiter maximas continet Ciuitates, & oppida, quibus à Rogerio Normanno Siciliæ Comite fuit munitus, vt eius diplomate constat. Ea propter Magnifica appellatur: & di-
7 citur Agrigentum, † nempe gentium agregatio, ob quod Ciuitatem esse significare videtur, quia Ciuitas dicitur quasi Ciuiū vnitas. *Ex Apostill. ad Bart. in extrau. qui sint rebelles. in verſ. Lombardia. n. 6. ver. Ciuitas.*

8 Imo † Ciuitas etiam iuris rigore inspecto appellanda est, cum Ciuitatis appellatione de rigore iuris id solum, quod muris est cinctum, veniat. *Old. in conſ. 121. ad primam quæſtio. Menoch in conſ. 498. n. 34. & ſeq. Tuſc. concl. 280. n. 7. lit. C.*

9 Etenim † Ciuitas propriè loquendo dicitur, quæ muris cingitur. *l. 2. ff. de verb. ſignific. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 126. n. 3.*

10 Ciuitas † autē hæc Agrigentina muris, turribus interpositis, vndique cincta inter alias Regni Ciuitates post quartum primum obtinet locum, vt in generalibus liquet parlamentis. refert *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 20. ſub n. 58. fol mihi 87.*

11 Nonnullisue † ditata est priuilegijs, tum à Regibus, tum à Proregibus ei concessis, inter quæ alterum est, nouos Ciues pro quibuscumque debitis quoquomodo priuilegiatis, tum in persona, tum in bonis molestari non posse decennio perdurante, cōcessum *à Rege Alphonſo fel. record. de anno 1435. die vero 16. Decembris 15. Inditionis in Libro Priuilegiorum Ciuitatis regiſtratum fol. 9. in ord. cap. 6.* tenoris vt sequitur.

Cap. 6.

Noui † Ciues gaudeant dilatione decennali ad ſoluendum, gaudeant pro quocumque debito, ita quod ſoluant creditoribus in quolibet fine anni decimam partem dictorum debitorum, & ſi ceſſauerint in dicta ſolutione quod cadant à tali gratia, vel dilatione.

12

13 Quod † quidem Priuilegium

gium vltra aliàs confirmationes quasi ab vno quoq; Prorege, fuit confirmatum ab eodem *Rege Alphōso anno 1445. sub die 23. Augusti 9. Indit. vt in libro Priuilegiorum fol. 32.* fuit etiam cōfirmatum *à Domino Duce Ossunæ virtute literarum dat. Messanæ die 5. Nouembris 10. Indit. 1611. in eod. libro fol.* 158. Iterum confirmatum fuit *per appūtamentum factum per Illustrem Regni Deputationem, vt per literas obseruatoriales in dicto libro fol. 162. registratas dat. Pan. die 21. 6. Iunij 11. Indit. 1613.* Et rursus confirmatum *à Domino Comite Castri per eius literas obseruatoriales dat. Pan. die 10. Iulij 1620. in dicto lib. fol. 179. registratas. Et denique fuit obseruatum anno 1658. præsente per literas dat. Pan. die 22. Decembris.*

14 Verum † vt noui Ciues prefato gaudere possint priuilegio de domo, & familia in Ciuitate habitare debent, *vt in interpetratione eiusdem Priuilegij docuit Gugliel. de Perna fol. 50.*

15 Sed non sufficit sola habitatio, vt quis Ciuis dicatur, sed requiritur quod sit habitator, vt Ciuis, quasi etiam animo habitet: Siquis enim staret in aliqua Ciuitate non animo habitandi vt Ciuis, licet per centum annos in ea steterit, de iure Ciuis non fit; vt in Studentibus exemplificatur, qui † à sua Ciuitate absentes, in ea præsentes dicuntur, *L. quæsitum, & ibi Bart. ff. deleg.* 3. Idem in Mercenario † qui per incolatum domicilium haud acquirit. *Cassad. super Consuet. Burg. rub. 9. §. 7. in verb. gens. de matrimon. vers. hodie in fine nu. 4.* & vide multa *per Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. cas. 86.*

16

17

18 Animus † autem habitandi cum nō possit directo probari, quia solus † Deus est scrutator cordium, vt mox dicam, percipi † poterit cōiecturis, nempè, si postquam venerit ad habitandum literas testimoniales Ciuilitatis obtinuerit, aut domum saltem per annum conduxerit, aut venerit ad habitandum cum domo, & familia, aut maiorem bonorum partem in Ciuitatem transtulerit, aut hùc vxorem duxerit, aut denique in contractibus se Ciuē Agrigentinum esse à Notario ascribi fecerit. vt inferius tradam.

19

20

21 Si vero † nouus Ciuis non habitaret, sed familiam in Ciuitate reliquerit, vtique eo gauderet Priuilegio, & dilatione, cum absens relicta familia habitare dicatur. *Paris. in cons. 159. n. 15. & 16. in vol. 4.*

Imo

Imo si habitauerit in burgo vulgariter dicto (*il Rabbatello*) sufficit vt gaudeat
22 præfata dilatione, cum † statuta alicuius Ciuitatis ligent etiam oppida Ciuitatis, quæ quidem sunt sub eius iurisditione, & gubernatione. *Bald.* & communiter *DD. in l. fin. num.* 4. *C. de Sacros. Eccles. Nepet. in Consuet. Cathan. in proem. nu.* 134 & plenius *per Nouar. in prax. elect. & variat fori quæst.* 30. *per totam.*

23 Maximè † cum Rabatum hoc pro ampliatione Ciuitatis factum fuerit, & fabricatum ipsius Ciuitatis muris contiguum, & collaterale, & Ciuitatis appellatione partē, Ciuitati adiectam ex ampliatione factam, venire certi iuris est. *Abb. in cons.* 62. *col.* 8. *in princ. n.* 15. *vers. ad idem Tusc. lit. C. concl.* 280. *nu.* 14. *Barbos. de appellat. verbor. vtriusq. iur. signif. appell.* 49. *n.*

24 5. Et appellatione Ciuitatis † veniunt etiam suburbia, & continentia. Vnde natus in continentibus, & suburbijs dicitur in Ciuitate natus. *Abb. in cons.* 52. *nu.* 6. *lib.* 2. *allegat. text. in l. qui in continentibus ff. de verbor. signif.* Itaque semper absque discrimine seruatum est in hac Ciuitate, quia
25 † vnicum corpus cum Ciuitate iudicatur. *Baron de Ciuitat. ad quæst.* 25. *nu.* 19. *lib.* 2. *vbi multos citat.*

26 Secundo † requiritur quod in fine cuiuslibet anni decimam partem debiti noui Ciues soluere habeant. sic dictat dictum Priuilegium ibi (*Ita quod soluant creditoribus in quolibet fine anni decimam partem dictorum debitorum*)
27 Dictio † enim illa (*itaquod*) est limitatiua, & restrictiua præcedentis dispositionis, & habet vim taxationis. *L. Lucius* §. *qui habebat ff. ad Trebell. & l. Gallus* §. *idem credens in fine ff. de liber. & posthum. Notant etiam Dec. in cōs.* 226. *nu.* 6. *tom.* 1. *& in cons.* 521. *num.* 16. *in* 2. *& alij per Barbos. de dictio. vsufr. dict.* 182. *nu.* 1. *& dicam infra nu.* 98.

28 Tertio requiritur † quod debita, pro quibus gaudere intendunt, sint præterita ante Ciuilitatem, secus si post eam, quia pro debitis futuris dicto non gaudent Priuilegio, & dilatione: nam dilatio habitantibus, seu nouis Ciuibus concessa, de suis debitis non soluendis, non extenditur ad creditores futuros. *Arg. l. Aurelius* §. *Titius Seio ff. de libert. lega. & ibi DD Intrigl. singul.* 132. *lib.* 1. *Guid Pap. quæst.* 109. *& Mut. super Prag. tit. de dilation. & rescript. n.*47. *Mastrill. de Indul. cap.* 6. *n.*14.

Quar-

92 Quarto † requiritur quod dictam Ciuilitatem obtineăt per habitationem ante, non autem post executionis adimplimētum, quia † Priuilegiū superueniens non obstat creditoribus. vt in terminis nostris huius Priuilegij diffusiùs, & perbellè apud *Giurb. decis. 23. per tot. vbi refert decisum*. idem videtur tenere *à Vall. in cons. 31. n. 16 & seq. lib. 2.*

30 Ita † intelligendus est *Guglielm. de Perna in interpetratione huius Priuilegij fol. 50.* vbi dicit non gaudere si ante priuilegium fuerit executione præuentum. Nam executio debet esse perfecta, & sic adimpleta, non autem tantū causata. Executio † enim

31 dicitur verè facta quando adimplementum factum fuerit. vt dixi *in praxi super rit. in Ciuilib. cap. 2. nu. 43.* vt in simili † dicitur de tertio pos-

32 sessore dimictere volēte prædiū virtute Pragmaticæ vulgariter dictæ (il quamdiu) quod debeat scilicet dimictere ante executionis adimplimentum. tetigi *in eadem Prax. dicto cap. 2. n. 77.* dixit etiam *de Groff. in constitut. Pragmat. Comitis Castri §. 37. num. 17. ex Milan. decis. 11. nu. 4. lib. 2. & dicam plenius in arbore propria quæ est arb. 18.*

33 Sed an pro debitis Clericis, & Ecclesijs soluendis eodem vti possit Priuilegio, & dilatione? negatiuè respondet. *Graff. de except. except. 32. nu. 47. & Mastrill. de Indul. cap. 46. nu. 14.* qui assignan-

34 do † rationem dicunt: quoniam Principes seculares non possunt circa res Ecclesiasticas aliquid statuere, vel aliquid super eis vllo modo cōponere. *Gloss. in c. fin. in verb. Principes. de reb. Eccles. non alien.*

35 Contrarium tamen veriùs esse existimo, cum huiusmodi facultas, dilationes concedendi, non competat, nisi supremis Principibus (vt Rex

36 noster Catholicus) † superiorem nō recognoscentibus. *Text. sunt clari in l. 1. l. quoties, & l. vniuersa, & ibi communiter DD. C. de precib. Imperator. Bald. in cons. 323. vol. 2. Rebuff. de liter. dilat. quæst. 16. nu. 7. & 17.* quæ regula canonizata est per c. *vniuer-*

37 *sa 23. quæst. 4.* Cuius † Regis personam Dominus Prorex in hoc Regno repræsentat, & potest facere ea omnia, quæ potest ipse Rex. *Graff. de except. 1. nu. 43. 44. & seq.* Et

38 solus † Princeps concedit dilationem temporalem debitoribus. tenet, (quicquid dicat *Ricc. decis. 97. lib. 1.*) *Mastr. decis. 16. n. 1. & de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 434. tom. 1.*

Et

39 Et licet † reperiatur etiam *Pragmat.* 10. *in tit. de rescript. tom.* 1. *fol.* 126. per quam disponitur dilationes non prodesse contra Ecclesias.

40 Attamen † quia hoc priuilegium fuit a Clericis,& Ecclesiasticis personis acceptatum, bene contra eos procedit. Statutum † enim etiam contra

41 ius Canonicum ab inferiore factum ligat Clericos, si à Clericis acceptaretur. *Dixi in Prax. super rit. inCiuil.cap.* 7.*n.* 51. *verf.*& ratio est *ex Cumia super ritu ord.suo cap* 40.*n.*277.

42 Vbi dat rationem † quia potius ex eorum libera voluntate quam ex constitutione ligati censeretur.vt tradit *Rocc. de Curte cap. fin. super Glos. fin. verf quartus casus. Felin.in c. qui super his in* 4. *fall.n. de*

43 *Maiorit. & obed.* Maxime † stante antiqua, & immemorabili consuetudine in hac Ciuitate existente, cum consuetudo communis Clericorum, & Laicorum valeat etiã quo ad Ecclesiam dummodo sit rationabilis. *Abb. in c. cum causam n.*4. *de sent. & re Iud. & in c.cum venisset n* 3 *de eo qui Metu caus. refert. verf. & potest intelligi.* Et quod sit cō-

44 munis patet; quia † hoc priuilegium tanquam Ciuibus concessum, quorum appellatione veniunt etiam Clerici dictus *Abb. dicto cap. cum*

45 *causam*, videtur etiam † Clericis concessum, sic quo ad Clericos, (licet dubitarem quo ad Ecclesias) semper vidi seruari, etiam in hac Curia Episcopali Agrigentina in causa ad instantiam Don Lucę Malandrino contra Don Franciscum de Geraci ambi Sacerdotes patrociãte V.I.D. Ioseph Maria Lombardo con-

46 cione meo. Solent † tamen Clerici noui Ciues literas Ciuilitatis obseruari facere in Curia Episcopali & obseruatorias impetrare, qui ab ea illas obtinere solent absq; difficultate, & hoc iure vtimur.

47 Quid autem † dicendum erit de debito bullarì, & de rato? negatiuè videtur dispositũ, quo ad Bullã ex Pragm. de cēsib. & refert *Graff. except.* 32. *n.* 42. *Mastrill. de Indult.*

48 *c.*46.*n.*11. Quo † vero ad ratũ *ex Pragmatica* 13.*titul.de dilat.*

49 *& rescript. tom.* 1. *fol.* 127. † Ratio esse potest quia in generali cōcessione nō veniunt ea, quæ in specie reperiuntur priuilegiata. *Glos in l.*3.*C. siler. lib.* 10. quam refert *Graff. except.*32.*n.*42. *& Mastrill.dicto cap.* 46. *n.* 11.

50 Contrariũ † tamen verius esse patet in casu nostri priui-

51 legij cum illud † fuerit *per Comitem Castri* obseruatũ, & ampliatum pro quocumque debito etiã priuilegiato Bullæ,

Rati, & pecuniarũ captarum ad metam *anno* 1621. Et per *Principem Filibertum etiam obseruatum virtute literarum dat. Pan. die* 20. *Iulij* 1623. vt videtur registratum *in lib. Priuileg. fol.* 95. Idem fuit dispositum per *Marcum Antonium Columna virtute literarum dat. Messana die* 5. *Augusti* 6. *Indit.* 1578. *in lib. priuilegiorum fol.* 140. vbi fuit ampliatũ pro quocumque debito etiam priuilegiato Bullæ, eiusque interusuriorum etiã pro expensis viaticis. Ea

52 propter † cum exprimatur in Priuilegij prædicti obseruatorijs, nouos Ciues prædicta gaudere dilatione etiam pro debitis ex causa Bullæ, & rati, omnis cessat difficultas. Vt docet *Graff. except.* 32, *n.* 42. & ita indistinctè semper ser-

53 uatum fuisse vidi, licet † per *Pragmaticam* 20 *titul. de dilat. & rescripi. tom.* 1. disponatur, dilationes, & guidatica comprehendere promissiones de rato pro debitis currentibus, nisi factæ sint pro filijs, vxore, vel fratribus.

54 Idem procedit † in fideiubsoribus, & in solidum obligatis, ipsi enim etiam gaudent eodem priuilegio, & dilatione.

55 Etsi dicat *Graß. except.* 32. *n.* 49 dilationem principalis debitoris suis fideiubsoribus non prodesse, cum in priuilegio non sint expressè nominati *Bald. Cyn. & Salyc. in l. quoties de precib. imper. offer.*

56 Nostrum † tamen Priuilegium concessum fuit Ciuitati motu proprio Regis. Vt ait *Giurb. decis.* 23. Quo † casu prodest etiam fideiubsoribus. *Salyc. in dicta l. quoties n.* 4. *vers. Secundo casu, & alij quos sequitur Graß. except.* 32. *n.* 58. & tenet etiam *Mastrill. de Indult. cap.* 46. *n.* 5. *&* 6.

58 Vltra quod adest *Pragm.* 10. *de dilat. & rescript. tom.* 1. vbi disponitur dilationes etiam fideiubsoribus, & in solidum obligatis prodesse.

Et in casu nostri priulegij

59 omnis † cessat difficultas cum expresse fuerit illud ampliatum *a Domino D. Lopximen Durrea olim Prorege de anno* 1440. *sub die* 24. *Maij* 6. *Indit. in libro Priuilegiorum fol.* 47. per quem fuit dispositum quod fideiubsores, & insolidum obligati tanquam principaliter eodem gaudeant Priuilegio, quo principales. Et ita semper seruatum est in hac Ciuitate Agrigenti absq; discrimine, etiam si fideiubsores non sint Ciues Agrigẽtini, sed extra Ciuitatem habitarent. Prout patet per dictam ampliationem ex capitulo tenoris sequentis nẽpe.

Capi-

Capitula presentata Magnifico, & potenti Domino Viceregi pro parte vniuersitatis Ciuitatis Agrigenti.

IN primis pro parte dictæ vniuersitatis dicto Domino Viceregi supplicatur, quod priuilegium dictæ Ciuitati concessum venientibus de nouo ad habitandum in Ciuitate prædicta extendatur, & intelligatur fore concessum non dum dictis habitatoribus, sed etiam eorum fideiubsoribus quantumque se principaliter, & tanquam principales obligauerint in contractu.

Placet Domino Viceregi.

Quod quidem priuilegium fuit obseruatum à Domino Duce Ossunæ virtute literarū
60 dat. anno 1611.

Quod quidē Priuilegium † fuit etiam confirmatum quo ad fideiubsores, & insolidum obligatos pro quocumque debito etiá priuilegiato Bullæ, eiusque interusuriorum etiá pro expensis viaticis per *Marcum Ant. Columna virtute literarum datarum Messanæ die 5. Augusti 6. Indit. 1578. in lib. priuilegiorum registrat. fol. 140.*

61 Quæ cuncta † procedunt etiam si debita essent cum iuramento contracta sic semper seruatum fuit in hoc Regno, quicquid aliqui dicant, de qua obseruantia, & consuetudine etiam testatur *Graff. except. 32.*
62 *nu. 17.* vbi quod † Principes Seculares dilationes, & moratorias concedunt non tantum pro debitis simplicibus non iuratis, sed etiam pro debitis iuratis. Idem etiam tenet, & hanc defendit opinionem contrarijs respondendo *Mut. super pragmat. tit. de dilat. & rescript. nu. 20. cum seqq. & super Cap. Reg. Ioannis 24. vers. secundum.*

63 Et generaliter † gaudent pro omnibus debitis quoquomodo priuilegiatis de communi obseruantia, & antiqua ac immemorabili consuetudine in hac Ciuitate præscripta.

64 Verum † Ciues prædicti ab eo cadere possunt tribus ex causis. Prima est si non habitauerint in hac Ciuitate de domo, & familia *vt dixi supra nu. 14.*

Secunda si in fine cuiuslibet anni decimam partem debitorum non soluerint *prout dixi n. 25.*

65 Tertia denique † si cū domo, & familia discesserint à Ciuitate, & extra ipsam per sex menses steterint *Arg. alterius priuilegij huic Ciuitati concessi de anno* 1540. de quo mētionem feci *arbor. 4.* & videtur etiam dispositum *per cap. 74. Regis Alfonsi vbi Muta.* Quia

dum hoc in casu perdatur Ciuilitas, perdi etiam debet pri-
66 uilegium ipsius ciuibus concessum. Cessante † enim priuilegij causa (quæ est habitatio, & Domicilium) cessare etiam debet ipsum priuilegium vulgata iuris regula. *l. adigere §. quāuis ff. de iure patron. l. si pater ff. de hæred. instituen. l. generaliter C. de Episc. & Cler.* & in terminis priuilegij tenet *Anchar. in consil.* 394. *n.* 3. *& Barbos. Axiom* 40. *n.* 9. disponitur etiam per *cap.* 72. *Regis Alfonsi & Reg. Ioannis* 22. vbi expresse, ac in terminis videtur dispositum, quod Originarius cum familia habsens per sex menses à Ciuitate forum, & priuilegium amittit originis. refert etiam *Luna in cons.* 6. *in add. ad n.* 102. vbi alios citat.
67 Ex quibus † infero nouos Ciues hac dilatione decennali gaudere pro debito simplici, & etiam pro debito iurato. Secundo pro Rato. Tertio pro debito Bullæ, eiusque censuum decursorum. Quarto pro debito pecuniarum captarum ad Metam. Quinto pro expensis etiam viaticis. Sexto pro quibuscumque debitis etiam priuilegiatis. Septimo contra creditores quoscumque etiam Clericos, (licet dubitem quo ad Ecclesias) Octauo tam ipsi principales pro se, quam pro fideiubsoribus, & in solidum obligatis. Nono ea etiam gaudent Clerici noui Ciues.

68 Sed si fuerit † res vendita, & tradita emptori: an pro eius pretio eadem dilatione gaudeant noui Ciues? quod sic, nisi super eadem re vendita super qua non gaudent dicta dilatione, si ipsa res extat *Gugl. Perna in interpet. huius nostri priuilegij fol.* 50.

Vnde infero quod pro pretio animalis vel alterius rei vigore manusiniectionis super re, super qua extat dicta manus iniectio, non preualet hoc priuilegium, sed eo non obstance pro pretio poterit nouus Ciuis super ipsa re dūtaxat, non autem in persona, & bonis proprijs molestari.

69 Hoc autem † decennium currit à die habitationis animo permanendi semper in hac Ciuitate inceptæ, quia ratione habitationis fuit hoc priuilegium concessum. Ex quo induco literas Ciuilitatis, à nouis Ciuibus obtineri solitas, non esse de essentia priuilegij, solum enim sunt literæ testimoniales quas iurati expediunt ad futuram rei memoriam, & vt sciatur ab omnibus talem nouum esse Ciuem huiusce Ciuitatis.

Hinc oritur quæstio, nempe si habitator, & nouus Ciuis

uis per aliquod tempus in Ciuitate habitauerit etiam animo, puta per sex menses, si inde molestaretur, an captis per eum, & obtentis prædictis literis testimonialibus etiam post adimplimentum executionis præfata gaudeat dilatione? Affirmatiuè respondeo probato tamen animum à principio interfuisse habitandi vt Ciuis, licet literas post executionis adimplimentum
70 obtinuerit. At † si animus habitandi probatus non fuerit, tunc tanquam priuilegium superueniens post adimpletam executionem non faueret. vt dictum est supra ex *Giurb. decis. 23.*

Et casu quo post annum habitationis nouus Ciuis literas prædictas testimoniales obtinuerit, quid erit dicendum? ipse dico non prodesse hoc priuilegium in isto casu. Nam si consideramus verba priuilegij ibi (*ita quod soluant creditoribus in quolibet fine anni decimam partem dictorum debitorum, & si cessauerint in dicta solutione quod cadāt à tali gratia & dilatione*) tunc perspicimus hoc Priuilegium amissum fuisse; cum annus iam lapsus sit, & decima debiti pars soluta creditoribus non fuit *per ea quæ diximus supra n.*
Si vero consideramus literas testimoniales, & tunc tamquam subreptitiæ locum habere nequeunt, cum non sit amplius nouus Ciuis, vt priuilegium requirit, ibi (*noui
71 Ciues gaudeant*) sed † dicitur Ciuis Veteranus ob lapsum annum à die habitationis.
72 nam † nouum non dicitur aliquod post annum. *Suarez. vol. Comm. opin. de operib. public. vers. fin. tom 2. & Azon. in summa in 4. lib. C. de edilit*
73 *action. n. 22* Qui † in sermo ait, Veteranum dici, qui stetit anno, & Nouitium, qui non dum stetit anno. Prout
74 dicimus † in sponsa, quæ post annum non appellatur amplius sponsa *not. in c. 1. 35. q. 8. & Abbas ait in cap. consulta-*
75 *tioni 33. de priuileg.* Nouum † non dici aliquod esse post an-
76 num. Et in terminis † noui Ciuis de quo loquitur nostrū priuilegium. tenet *Boer. decis. 169. in princip.* quem sequitur *Nepos in consuet. Cathan tit. 55. n. 20. fol. 325.* vbi quod Ciuis nouellus dicitur qui per annum in Ciuitate non sterit. Idcirco cum quis per annum habitauerit, dum amplius nouus Ciuis non sit, literas Ciuilitatis obtinere non poterit, eisque obtentis, tanquam subreptitijs vti non potest.

Cumque semper requiratur animus habitandi vt Ciuis, & dictus nouus prætensus Ciuis exponere posset ani-

animum vt Ciuis habitandi
nunquam habuisse, nisi paulo
ante obtentas dictas testimo-
niales literas, & sic creditores
fraudari possent. hoc autem
77 in casu scias quod † poterit ei
deferri iuramentum, cum
animus directo probari ne-
queat; quoniam solus Deus
est scrutator cordium vt in-
quit *Marc. Mant. in cons. 24.*
n. 4. vol. 1. per Glos. in c. de
occidendis 23. q. 5. & in clem.
oxiui de Paradiso de verb.
signific. Poterit igitur animus
probari per iuramentum
illius qui asserit id habuisse
in animo, secundum senten-
tiam. *Marij Socc. in cons. 123.*
n. 19. vol. 2. Guid. Pap. quaest.
614 & in cons. 223. vbi ple-
nè *n. 13. vers. sed qualiter* &
multi alij per *Mascard. de*
78 *probat. concl. 94. n. 9* licet †
hoc in casu admictatur pro-
batio in contrarium, quicquid
alij dicant, tenent *Felin. in c.*
accedens el 2. n. 4. vt lit. non
contest. & in c. significasti n. 4.
de homicid. Bart. in l. 2. §. si à
pupillo ff. de vsucap. pro empt.
Cappell. Tholes. quest. 236. vbi
refert *bis ita fuisse decisum.* Et
79 ratio est, † quia sicuti actori
permictitur, ita debet per-
micti reo, alias si non posset
probari contrarium, reo sua
exceptio tolleretur, quod di-
cendum non est *c. pastoralis*
de re iudic. Mascard. de probat.
qui contrarium reprobat dicta
concl. 94. n. 9. & 10 Maxime
80 † quando contra asserentem
cum iuramento aliqua exta-
ret praesumptio iuris, quo
casu eius dicto non staretur
etiam cum iuramento *Felin.*
in c. significasti il 1. col. 1. de
homicid. & in c. inquisitionis §.
quaesiuisti col. penul. de accusat.
Hypol. de Mars. in cons. 9. n.
36. Crau. de antiq. tempor. p.
4. n. 153.

81 Animus † propterea cum
sit difficilis probationis con-
fugiendum est ad coniecturas,
praesumptiones, & similitu-
dines. *Marc. Mant. in cons.*
24. n. 4. vol. 1. Socc. cons. 28.
n. 14. vol. 1. & docte Menoch.
de arbitr. iud. cas. 361. n. 2.
Mascard. de probat. concl. 94.
n. 4.

82 Et generaliter † animus
percipitur ex actibus sequen-
tibus *Mascard. concl. 94. n. 6.*
& 7. Secuudum Iob. qui ait,
animum meum ex operibus
meis proba. Ita refert etiam
Bald. in proem. decret. in vers.
Rex Pacificus n. 14. Gramm.
cons. 13. n. 2. & 3. vbi plura
adducit, & Neuiz. in cons. 50.
n. 54.

83 Actus † igitur multi esse
possunt, & praecise conductio
domus per annum cum tunc
contrahere videtur domici-
lium conductor. *Castill. decis.*
84 *96. n. 13. vbi n. 14.* dicit †
opus

opus nō esse expectare vt maiori anni parte habitauerint, sed statim ac animum habitandi maiori anni parte habentes, incipiunt effici Ci-
85 ues. Et † vno solo die domicilium constituitur, si de voluntate apparet. *Nouar. in Prax. elect. for. quaest. 39. n. 3. & 4.*
86 Secundo si † talis Ciuis vxorem ad hanc Ciuitatem duxisset, quod est euidens signum, quod hic vellet habere domicilium. *Alci. in conf. 55. n. 2. & conf. 719. n. 5.*
87 Vbi dicit, † quod vxor cum sit caput familiae. *l. nam Ciuium ff. de ijs qui sunt sui vel*
88 *alien. iur.* Hoc † est Signum potissimum incolatus contrahendi, & dicitur hic totam habuisse familiam. *Affl. decis. 384. n. 5. & Surd. conf. 483. n. 14.* Vbi addit quod vxores non solent à principiò à paterna domo alium ad locum traduci, quam ad domum propriae habitationis. Cum autem traduxerit ad locum huiusce Ciuitatis, hoc solo iudicio dedit intelligi quod hic volebat habitare.
89 Tertio † si maiorem partem fortunarum haberet in hac Ciuitate signum est manifestum hic habitare velle. *Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 86. Rol. conf. 79. n. 57.*
90 Quarto † ex denominatione ascripta in aliquo contractu, quod scilicet sit Ciuis Agrigenti, cum non posset aliter dici Agrigentinus nisi ratione habitationis. *Surd. in conf. 483. sub. n. 9. Muta decis. 81. n. 6. & seq.* Et non est dubium quod ex ista vocatione, nempe, Agrigentinus, pateat animus, quod voluerit domicilium
91 suum Agrigenti esse, quia † nulla est melior animi declaratio quam ex oris confessione *Muta in cap. Reg. Ioannis*
92 *22. n. 17. 18 & 19.* In his † enim quae pendent ab animo alicuius, standum est eius dicto. *Glos. in §. aliter. instit. de actio. & alij per Surd. in conf.*
93 *483. n. 16.* Vbi in terminis † ait hoc casu non esse necesse quod per decennium habitet, aut concurrant aliae con-
94 iecturae. Nec † dici possunt haec verba notarij, & parti non nocere, quia illa verba censentur apposita, & scripta de partium voluntate, nec esse verba Notarij. *Bald. & Castr. in L. ex errore C. de testamen. Muta in puncto in cap. Regis Io. 22. n. 19. &*
95 *Surd. in conf. 483. n. 9* Vbi † quod talis attestatio probat
96 contra talem. & *n. 19.* dicit † intantum probare, vt ille si negauerit se Agrigentinum non potuisset, sed cogitur probare. Idem tenet *Mut. decis. 81. n. 6. &*

n. 6. & in dicto cap. Regis In: 22. n. 19. & seq.

97 Scias etiam quod elapso anno non facta solutione decimæ partis debiti, vt requiritur ex dispositione huius priuilegij, vel saltem non facto deposito de eadem decima parte debiti, non poterit debitor amplius Moram purgare: Nam dicta solutio debet omnino fieri stante illa dictione (*ita quod*) in priuilegio

98 apposita: quæ † conditionem repetit. *dixi supra n. 27.* & ait *Barbos. de diction. dict. 182 n. 9. ex Paris. in cons. 17. n. 19. lib. 1. & Socc. cons. 49. n. 2.*

99 *vel. 1.* ait † venire qualificatiuè apponendo conditionem præcedenti dispositioni, & tamen conditio nil ponit in esse, *l. si quis sub conditione ff. si quis omi. causa testa.*

100 Sed formam non leuem inducit, qua omissa dispositio non sortitur effectum *L. qui heredi l. Maeuius ff. de condit. & demonstr. Rot. Roman. in recentior. apud Farinac. decis. 515. n. 3. p. 1. Tusc. concl. 593. n. 8. lit. C. tom 2 Sanch de Matrim. lib. 3 disp. 5. num. 2.*

101 Vnde cum solutio requiratur pro forma priuilegij adimpleri debet tempore designato, nempe in fine anni, nec valet si subsequatur. Per ea quæ dixi *in Prax. super tit. in Ciuil. cap. 2. n. 29. ex Innoc. & alijs in cap. cum consuetudinis de consuet. Alex. post alios in l. si quis mihi bonas §. iussum*

102 *ff. de acquir. hæred.* Et quia † per priuilegium disponitur quod in fine anni soluat decimam partem debiti, aliàs cadat à gratia; Ideo Moram purgare non potest post terminum prædictum, qui perimit gratiam. *Bald. in l. 1. q. 13. C. de his quæ pæn. nomi. Berthac. in suo repertor. verb. Mora vers. 80. fol. 124.* Maxime

103 † quia nouus Ciuis virtute priuilegij omnino obligatur soluere in fine anni decimam partem debiti, quo casu Moram purgare non potest. *dictus Berthac. loc. præcit. vers. 76. fol. 124. Angel. in l. fi. C. de fideiuss. per text. ibi cum Glos.*

104 Ea præter stante dicto verbo (*Cadat à gratia*) quod importat latam sententiam. *Tiraq. in l. si vnquam. verb. reuertatur n. 186. C. de reuoc. donat. & Barbos. de dictio. dict.*

105 *50. n. 4.* Moræ † purgatio excluditur. de communi, & recepta doctorum opinione testatur *Ias. in l. si quis Maior. n. 26. el 2. C. de transact. eãdem opin. tenet Calchan. in cons. 16. col. 10 Crau. cons. 166. & alij per Michael. Grass. in vol. 1. comm. opin. tit. de vsuris & Mora. n. 116. lib. 4. fol. mihi 607. & in suo particulari tract. commun. opin. lib. 2. q. 19. fol. 154.*

154. & probatur *ex textu expresso in l. si is cui ff. de leg. 2.*

106 Si vero pars, elapso anno, decimam partem, sui crediti sponte receperit, tunc priuilegiũ non amictitur, sed mora purgatur, quia pœna tollitur *l. si cum dies. 26. §. fin. ff. de recept. Arbit. Teppat. in suo tract. titul. diuers. tit. de mora remiss. & purgat. col. penul. vers. vlt lib. 1.*

107 Cui quidem † priuilegio quis renunciare non potest, cum iuri de futuro renunciari nequeat *l. 1. C. de pactis.* Secundo † quia hoc ad publicã

108 vtilitatem inductum fuit vt dixit in puncto *Pern. in interpetr. huius priuileg. fol. 50.* & diffusius *in interpetr. Priuilegij Ciuitatis Augustæ. & docuit Nepeta in consuet. Cath. tit. 55. n. 51. fol. mihi 325.*

109 Denique † pro Coronide huius primæ Arboris nota ac tene menti quod Dominus Princeps Philibertus, tunc Prorex per eius literas obseruatoriales huius prædicti Priuilegij *dat. Pan. die 3. Iunij 1624.* pro eius executione, & obseruatione mandauit quod Spectabiles Iurati iniungant quoscumque armorum Capitaneos, Sindicatores, Delegatos, Algozirios, Commissarios destinatos, & destinandos, renitentes in executione eiusdem Priuilegij sub pœna dictis spectabilibus iuratis beneuisa Fisco Regio applicanda, & quod capiant informationes, quas trasmictere habeant ad Regiam Thesaurreriam, & notificentur literæ prædictæ quolibet anno Capitaneo, & Iudicibus Ciuitatis. *vt registratum legitur in lib. Priuileg. fol. 247.*

110 Et casu quo contra hoc vel aliud priuilegium ordo venerit incontrarium poterit semel bis, & ter consultari pro vt fuit per aliud priuilegium Ciuitati concessum à Domino Ferdinando Gonsaga olim in hoc Regno Prorege Meritissimo *dat. Panorm. die 29. Martij prima Indit. 1543. in libro Priuilegiorum fol. 60. in ordine est cap. 6. propè finem registratum.* Quæ quidem Priuilegia, eorumq; obseruatoriæ omnes, cum ampliationibus huius priuilegij hodie exactè in hac Ciuitate seruantur.

SVMMARIVM ARB. II.

PRinceps sine causa iuri tertij derogare non potest n. 1. 2. *Limita n. 2. & 5.*

Priuilegium reedificandi Gasalena huic Ciuitati concessum legitur n. 3.

ARBOR II.

DE MENSE ASSIGNANDO INTERESSE

Habentibus super Casalenis concedendis ex priuilegio huius Ciuitatis pro eorum reedificatione ad intellectum eiusdem priuilegij concessi de anno 1609. die 18. Decembris Registrati in lib. Priuil. fol. 164.

1 INdubitati iuris est. Principem † per rescriptum aut priuilegium iuri tertij sine causa derogare non posse ad tradita *in l. 2. C. de precib. Imper. offer. & per Bart. & Glos. in l. fin. num. 3. C. si contra ius vel vtil publ. Felin. in c. fin. n. 3. vers. secundus casus de Constit. Crau. cons.*
2 *135. per tot.* Vbi † resoluit Principem per priuilegium ius alicui quæsitum auferre non posse, benè tamen condendo legem generalem. Allegat. *Bart. in cons. 172. incip. dubia & in l. omnes populi n. 4 ff. de Iustit. & Iur.* tenent etiam alij citati per *Cancer. variar. resol. tit. de priuilegiis cap. 3. n. 29.*

Hinc est quod cum hæc Vrbs Agrigentina ob prioré pestem mortuis non nullis Ciuibus maximo numero se diminuerit gentibus habitatoribus, & ædificijs vtique, & ob habitantium defectum semiuacua existéte, non nullæ domus ipsius se diruerunt. Inde aucto (Dei gratia) Ciuium numero multis ex habitatoribus Casalena, multis obnoxia creditis, reedificare volentes ob creditorum, & subiugatariorum timore timebant. Spectabiles Iurati tunc temporis Ciuitatem regentes ad Dominum Proregem abierunt, cui humilibus præcibus suplicarunt pro licentia Casalena Ciuitatis reedificãdi cum exemptione ab oneribus quibus subiecta reperirentur, indorso cuius supplicationis supplici petitioni adherendo Dominus Vicerex prouidit *de anno*
3 *1609. sub die 3. Decembris*, † *& per literas ordinauit modo quo sequitur, vt apparet registratum in lib. priuilegiorum fol. 164.*

Fiant literæ. Per executione della quale prouista damo facultà à voi Giurati presenti, e futu-

futuri di detta Città di Girgenti che facciate publicare Banno per li lochi soliti di questa Città che tanto li padroni di detti Casaleni, quanto quelli che pretendessero hauere subiugationi ò hypotece ò altro interesse fra termine d'vn mese habbiano di comparere nella Corte vostra, e dechiarare per acto in scriptis se vonno redificare detti Casalini, e facta la decta dechiaratione li statuireti vn termine conueniente per incominciare, e finire detta fabrica, e non volendo redificarli essi Padroni, Subiugatarii, ò altri che n'hauessero raggioni, ò verum non comparendo per la detta redificatione in tal caso voi ad instansa di qualsiuoglia persona che voleße redificare habiate a far stimare da mastri, e persone prattiche li detti Casalini con citare alla detta stima da farsi l'interessati Patroni, e Subiugatarii per Banno publico, la quale stima facta, e depositando il prezzo secondo eßa stima in potere di persona Idonea, & habile da eligersi da voi ad effetto d'hauersi à pagare a cui de iure legitimamente toccarà, e del modo sudetto vi damo facoltà di poter concedere detti Casalini vno, ò più secondo si trouerà a quello che vorrà redificarli; con che li Patroni di quelli doppo d'hauerli redificati non possino vllo vnquã tempore essi loro heredi, e successori in perpetuum ne li loro detenturi, e possessuri essiri molestati ne inquietati ad instansa delli detti Padroni di detti Casalini ne d'altri habẽti ius, & causam da essi, ne di loro creditori per qualsiuoglia debito priuilegiato ò di Bolla, ò per qualsiuoglia altra hypoteca, ò dominio che quandocunque si pretendeße sopra detti Casalini, restando solamente l'attione alli creditori sudetti sopra il detto deposito da farsi come sopra. dat. Panormi die 18. Decembris viii. Indit. 1609.

EL MARCHESE

Marchio Sancta Crucis P.
De Blaschis M. R.
D. Marius Gambacurta M. R.
De Cannizzariis M. R.
D. Gaspar Conseruator.
Bernardus de Hyermo Protonotarius

Hinc pro obseruatione huius priuilegij *quod etiam concessum fuit terris Domini mei Principis Raffadalis. Nempe Raffadalis, Montis Aperti, & Sancta Elisabecta* videndum primo venit an Princeps tale potuit priuilegium concedere in præiudicium creditorum? Secundo quæ nam requirantur vt effectum sortiri possit? Tertio hoc priuilegium quid pro-

profit? Quarto denique aliqua in materia scitu digna.

4 Ad primum dico † Principem tale potuisse priuile-
5 gium concedere, quia † & si sine causa Princeps per rescriptum, aut priuilegium iuri tertij derogare non possit, secus tamen cum causa, quo in casu Principem non solum ius quæsitum mediante iuris ciuilis ministerio auferre posse, latiùs prosequitur. *Ant. Grabr. tit. de Iur. quæsit. non tollen. concl. 2.* quem refert *Becc. in cons. 3. n. 50. cum seqq.*

6 Sed etiam † dominium iure gentium quæsitum *l. item si verberatum §. 1. de reuend. l. Lucius ff. de euiction. Becc. dicto cons. 3. n. 50.* qui multos refert quos sequitur *Cancer. var. resol. tit. de priuileg. cap. 3. n. 45.*

Vnde sciendum est, an
7 Princeps † ius quæsitum ministerio iuris ciuilis, aut gentium adimat? dic quoad tollendum ius quæsitum mediante iuris ciuilis ministerio sufficit quælibet iusta causa, etiam priuatam vtilitatem respiciens. vt notat *Grau. de antiq. tempor. par. 1. in princ. a. n. 17. vsque ad n. 25.* Vbi subijcit exempla in iure quæsito per aditionem hæreditatis, sententiam, aut præscriptionem.

8 Verum ad tollendum ius quæsitum ex contractu vel facto proprio, & sic iure gentium est necessaria causa, quæ publicam respicit vtilitatem. vt notat *Bart. in l. quæcumque in fin. C. de fide instrum. lib. 10. & in l. omnes n. 2. C. si contra ius vel. util publ. Oldrad. cons. 224. Grau. vbi supra n. 17. & cons. 5. n. 7. Cancer. dicto cap. 3. n. 48.*

In casu autem nostro, Princeps ius quæsitum creditori vel subiugatario ex contractu, & sic iure gentium tollere videtur in illis verbis. *Conche li Padroni di quelli, doppo d'hauerli redificati, non possino vllo vnquam tempore essi, loro heredi, e successori in perpetuum ne li loro detenturi, e possessuri essiri molestati ne inquietati ad instansa delli detti Padroni di detti Casalini ne da altri habenti ius, & causam da essi ne di loro creditori per qualsiuoglia debito priuilegiato ò di Bolla ó per qualsiuoglia altra hypoteca ò dominio che quandocumque si pretendisse sopra detti Casalini.*

Id circo, vt valeat, videtur requiri necessaria causa, quæ publicam respicit vtilitatem: vltra prædicta docet *Abbas in cap. quæ in Ecclesiarum n. 11. de constitutionibus.* quem refert, & sequitur *Barth. in suo repertor. verb. Princeps col. 2. vers. 3. fol. 276. & Giurb.*

obser.

obser. 78. n. 12. vbi alios citat. Tolli enim videtur ius quæsitum super illa domo, seu Casaleno ex contractu debitorio, seu subiugatorio, cum prouisum sit, dominos Casalena recuperantes pro eis reedificãdis, post reedificationem ipsam molestandos non esse ad instantiam creditorum.

Respondetur primo, quod
9 † in casu nostri priuilegij causa est talis, quæ respicit vtilitatem Ciuitatis, & sic
10 publicam. Reipublicæ † enim interest Ciuitates populari, & Palatijs ac domibus nouisque edificijs exornari. *l. cætera ff. de leg. 1. l. Senatus ff. de contrahen. empt. & alij per Giurb. decis. 86. n. 5.*

11 Secundo respondetur Dominum Proregem tollere dominium rei suæ alicui posse, & eo ipso quod ordinauit, vt post reedificationem Casalenorum domini, reedificantes molestari non debeant à creditoribus, præsumitur ex iusta causa fecisse, esto quod adesset tertij præiudicium. Per ea quæ dicit *Muta decis. 28. n. 7. & 8.*

Tertio nec aliquod præiudicium ex dicto priuilegio factum videtur creditoribus, ex eo quia hæc concessio Casalenorum videtur facta de ordine proregis quæ habet vim venditionis factæ iusto pretio, & præcedente legitima extimatione, imo citatis omnibus creditoribus, & subiugatarijs cum termini designatione (de quo infra dicam)
12 Vnde † elapso dicto termino omnes creditores censentur, & sunt exclusi *l. si eo*
13 *tempore C. de remiss. pignor.* † Censentur enim pignus, & hypotecam remisisse *ex Glos. in dicta l. si eo tempore.*

14 Disponitur tenore prædicti priuilegij publicandum esse bannum contra subiugatarios creditores, & alios hypotecam habentes super dicta Casalena vt infra terminum mensis vnius comparere debeant contradicturi: quæ citatio per proclama bene fieri potest quando creditor vult rem sibi hypotecatam vendere, quia in huiusmodi casu potest creditores incertos per publicum proclama citare vt veniant ad contradicendum infra certum tempus, quo elapso nequaquam vlterius audiuntur *dicta l. si eo tempore*
15 *vbi Bald. & DD.* Quod idem est quando fit venditio per Iudicem, vt in casu nostro, quia factum † Iudicis dicitur factum partis *l. si ob causam vbi Bart. Bald. & alii C. de euictio. idem Bart. in quæst. 1. Lucana Ciuitatis n. 15. Et Amat. resol. 11. n. 1. cum seqq.* dicit

16 dicit † seruari in Regno, quod quando creditor vult sibi adiudicare aliquod prædium, ne, eo existente in possessione ab alijs molestetur creditoribus, nedum citat ipsum principalem debitorem contra quem iudicium ipsum executiuum fundatum est, sed etiam tertios creditores quatenus suum putauerint interesse ad pignoris distractionem, idque ad effectum eos excludendi à iuribus seu hypotecis, quæ fortè in bonis distrahendis haberent si ius suum super pignore prosecuti non sint; tunc enim videntur ipsi obligationem pignoris amisisse, & creditor distrahens tutus redditur à futura Molestia talium creditorum super distracto pignore vt refert etiã *Baron. de cit. quæst. 9. n. 19. 17. & seq. tom. 1.*

Si autem patet iudicem inferiorem hoc facere posse ad instantiam creditores; quanto hoc magis Domino Proregi facere liceret ad instantiam vniuersitatis ob publicam vtilitatem? Imo cum venditio ad instantiam creditoris non fiat; pretium propterea iuxta legitimam extimationem faciendam (vt mox dicam) penes personam habilem, & idoneam deponatur, disponitur, vt ad quem de iure legitimè spectabit, soluatur.

17 Ex quibus infertur † benè dictum priuilegium Principem concedere potuisse, quia nec creditores, Domini, nec alij interesse habentes vllum patiuntur detrimentum, quia super pretio pro sui crediti recuperatione se dirigere valent, iuraque eorum illesa reseruata videntur in priuilegio. ibi *restando solamente l'attione alli creditori sopra il detto deposito da farsi.*

18 Quarto facit † quia quando aliqua domus ratione publicæ vtilitatis est diruenda, vel ad publicum vsum conuertenda (quæ faciunt ad casum nostrum) eius pretium domino est soluendum, tunc solet fieri citatio per proclama creditoribus incertis, vt infra certum tempus compareant, & de creditis doceant ad effectum sibi soluendi super pretio, quo termino elapso, & non comparentibus præcluditur eis via molestandi domum illam. *Baron. de cit. q. 9. n. 20. tom. 1.*

19 Quinto faciunt quæ dicit *Amat. resol. 11. n. 17.* vbi quod ex particularibus Proregum prouisionibus in Regno quandoque seruatum est emptoribus alicuius feudi seu prædij ita petentibus, vt tutiùs emant absque periculo futuræ molestiæ per proclama omnes incer-

incertos citari creditores, & quomodolibet ius in re prætendentes, vt sub certo tempore comparere debeant ius suum vel creditum deducturi, ita vt per lapsum præfixi termini penitus inde excludātur *Costa Siculus cons. 78. per tot.* Quod maxime in casu nostro cum proclama fieri procedit de ordine Domini Proregis per ea quæ dicit *dictus Baron. dicta quæst. 9. n. 21.*

20 Sexto faciunt quæ in terminis refert *Giurba decis. 86. n. 5.* nēpe quod pauper habēs Palatium destructum vendere illud compellitur diuiti ædificare volenti, ne Ciuitas deformata remaneat. Idem tenent etiam *specul. in tit. de satisdat. §. hoc quoque*, & alij per *Hypol. sing.* 470.

21 Septimo † quia licet regulariter quis rem propriam vendere haud compellatur,

22 fallit † tamen quando vtilitas publica hoc requirit (vt hìc) tunc autem Princeps vel respublica auferens rem tenetur ad pretium. *Natt. cons.* 554. *Rolan. cons.* 71. *vol.* 3. *Boer.*

23 *decis.* 322. † quia vendere rem suam quis cogitur pro vtilitate reipublicæ. *Teppat. in suo tract. titul. diuers. tit. nec emere nec vendere quis cogatur. vers. licet regulariter lib. 2. fol. mihi* 107. Et quia Casalenorū Dominus ignoratur, pro eius indemnitate rectè per priuilegium dispositum fuit, quod pretium iuxta extimationem deponatur ad effectum soluendi creditoribus.

Merito itaque rectè potuit Princeps huic Ciuitati hoc concedere priuilegium.

Ad secundum, nempe, vt effectum habeat priuilegium hoc, quænam requirantur? Respondeo quinque copula-

24 tiuè requiri. † Primo ad instantiam reedificare debentis omnes tam Domini Casalenorum, quam creditores, & subiugatarij, quique hypotecam aut aliquod interesse haberent, citandi sunt. sic dictat priuilegium ibi *damo facoltà à voi Giurati presenti, e futuri di detta Città di Girgenti che facciate publicare Banno per li lochi soliti di questa Città.* Et ratio esse potest quia sunt incerti quo casu citantur per publicum proclama, iuxta terminos *l. si eo tempore C. de remiss. pignor. Bart. in extrauag. ad reprimendum in vers. per edictum. Cumia super rit. cap. 1. n. 14. & Baron. de citat. quæst. 9. n. 9. tom. 1.*

25 Secundo quod in Banno assignetur dictis Dominis, creditoribus subiugatarijs, & alijs interesse habentibus terminus mensis vnius, ad effectum vt infra dictum terminum comparere deberent

in Curia Iuratorum, & per actum in scriptis declarare, si Casalena quæ reedificare prætenditur, reedificare vellet vt ex dispositione eiusdem. ibi *che tanto li Patroni di detti Casalini quanto quelli che pretendessero hauerci subiugatione ó hypoteca, ò altro interesse fra termine d'vn mese habbiano di comparire.* Et hoc † quia, & si pauper habens palatium destructum vendere illud compellatur diuiti ædificare volenti, ne Ciuitas deformata remaneat. *Giurb. decis. 86.*
27 *n. 5. in respon. 7.* Attamen † hoc procedit, nisi ipse reficere vellet. *Rot. Rom. in recent. apud Farinac. decis. 853. per tot. & Giurb. dicta decis. 86. n. 5. in fine.* Sed quando aliquis compareret de ipsis interessatis facta per eum dicta declaratione in scriptis, quod
28 Casalena reficere velit, ei † assignari debet conueniens terminus arbitrio iudicis, inspecta Casalenorum quantitate, & qualitate, infra quem fabricam prædictam incipere mediare, & finire debeat. iuxta hoc priuilegium. ibi. *e fatta la detta dichiaratione li statuirete vn termine conueniente per incominciare, e finire detta fabrica.*

29 Tertio † requiritur Casalenorum extimatio ibi. *E non volendo reedificarli essi Padroni, Subiugatarij ò altri che n'hauessero ragione ò verum non comparendo per la reedificatione in tal caso vsi ad instanza di qualsiuoglia persona che volesse reedificare habbiate a far stimare da Mastri, e persone prattiche li detti Casalini.*

Debent igitur Casalena concedenda extimari, mense
30 in Banno assignato elapso. † Hæc autem extimatio pro Dominorum, & creditorum indemnitate disposita fuit, cum qua priuilegium hoc iustificatur, vt Casalena iusto pretio vendantur, ne Domini seu creditores aliquod patiantur detrimentum, & ne emptores cum aliena locupletentur iactura.

31 Quarto † quod hæc extimatio, vt valeat, parte citata fiat. priuilegio hoc sic disponente. ibi *con citare alla detta Stima da farsi l'interessati Patroni, e subiugatarij.* Quod cōcordat cum iure communi;
32 de iure † enim vt extimatio sit legitima citatio requiritur *Bart. in l. Teopompus n. 11. ff. de dot. praleg & l. qui bona ff. de damn. infecto.*

Et non solum requiritur citatio ad videndum eligi
33 peritum, sed etiam † ad videndum fieri extimationem, & ad assistendum extimationis tempore; Nam extimatio rei partibus præsentibus vel citatis fieri debet. dicit *Cagnol.*

in l.

in l. 2. C. de rescind. vendit. n. 261. Couarr. var. resol. cap. 13. vers. noua conclusio lib. 2. intrigl. sing. 173. n. 32. lib. 2. & dixi de materia extimationis *in Prax. super rit. in ciuilib. cap. 2. à n. 54.* & latius *cap. 12. a. n. 19 cum plurib. seqq.*

34 Hæc autem † citatio cum pars sit incerta fit per procla-ma, & bannum publicum vt dixi supra n. 13. & seq. & dictat nostrum priuilegium ibi *Con citare alla detta stima da farsi l'interessati patruni, e subiugatarij per banno publico.*

35 Sed extimatio debet esse legitimè facta aliàs, ac si minime facta fuisset, haberetur *Intrigl. sing. 173. n. 29. lib. 2.*

36 Quinto denique pretium iuxta prædictam extimationẽ penes personam idoneam, & habilem per Iuratos eligendã depositari debet, vt priuilegium disponit. ibi *la quale stima fatta, e depositando il prezzo secondo essa stima in potere di persona idonea, & habile da eligersi per voi ad effetto d'hauersi à pagare à chi de iure legitimamente toccharà.*

Hinc perspicitur huius priuilegij iustitia, quoniam
37 cum certum sit quod † depositum si perit non facto deponentis, periculum pertinet ad creditorem *l. pupilli §. soror ff. de solut.* in quo potest allegari *Bart. in l. pratoria ff. de prator. stipulat.* vbi dicit quærõ quid in eo qui tenetur satisdare ex promissione, & satisdedit
38 † & fideiussor non soluendo factus est, an iterum satisdare teneatur? respondet, puto
39 quod non, cum † periculum inopiæ subsecutæ pertineat ad creditorem *dicta l. pupilli §. soror ff. de solut.* quia nulla culpa vel factum illius, qui deposuit potest ei imputari, benè *per Affl. decis.* 172.

Quam obrem priuilegium disposuit pro indemnitate
40 creditorum quod pretium † deponatur iuxta extimationẽ penes personam idoneam, & habilem, & cum stet in electione Iuratorum, ab eis eligi debet: solentque eligere Magistrum Notarium eorum Curiæ in depositarium, penes quem pretium Casalenorum deponitur, ad effectum soluendi creditoribus ad quos de iure legitimè spectabit *vt dictum est supra.*

Et tunc aliquo comparente, qui de iuribus, & credito suo, super dictis Casalenis legitimè debito, docuerit, in dorso eius incartamenti fit prouisio *tradatur depositum.*
41 At † quia multoties creditor anterior inde venire posset, qui læderetur: cum pecuniam, creditori posteriori solutam, auocare non possit, quia nullo pacto est consultũ

in hoc anteriori creditori, si pecunia non extat. *Mut. in cap. ritus 122. n. 12. tom. 4. ex Afft. Paris. Couar. Canal. & alijs per eum citatis in cap. Reg. Io: 24. vers. detur ne autem tom. 6.*

42 Vbi † quod nullo modo agi potest contra creditorem posteriorem cui fuit soluta pecunia, ex quo totus Mundus esset litibus inuolutus, & cōmercium deperditum, prout ex statuto Genuæ per quod non datur prælatio super pecunia consumpta penes secundum creditorem cui fuit soluta. *Gramm. decis. 1. per tot. Capic. decis 78. n. 1. & 2. & alij per Mut. decis. M. R. C. 28. n. 16.* Ea propter creditor ipse anterior veniret læsus.

43 Hinc fit quod Iurati † pecuniam depositam alicui creditori minimè tradunt, nisi fideiubsione mediante de detinendo eam loco depositi, & redepositando ad omne Curiæ mandatum, casu quo venirent creditores anteriores, & in prouisione aduersus incartamentum Iuratus dicit, *depositum tradatur præstito &c.* Vnde cum hoc casu pecunia stante fideiubsione prædicta extare dicatur *de Franch. decis. 75. & 200.* quem sequitur *Galupp. in sua Prax. nouiss. tit. de concursu cap. 6. n. 19. idem docet Costa siculus cons. 10. n. 10.*

44 super † ea prælatio datur. Et casu quo seruatis seruandis creditor, qui secundo loco venit, præferretur, tunc præstita per eum eadem fideiubsione casu quo venirēt alij magis anteriores creditores, fit iniunctio creditori posteriori, qui dictam fideiubsionē præstitit seu eius fideiubsori, vt redepositet summam sibi captam: aduersus quam

45 † iniunctionem os aperire non poterit, eisq; quindena denegatur, stante clausula. (*vt Bancus*) *Giurb. obser. 99. à n. 10. cum seqq. vbi diffusius de hac clausula.* Sed omnino pecunias cum effectu redepositare tenetur, vt anteriori creditori tradantur; sicque successiuè semper seruandum est, quoties casus euenerit, & hoc iure vtimur.

Ad tertiū quæsitum nempe hoc priuilegium quid prosit? Respondeo multa pro-

46 desse, & precisè quod † qui talia obtinuerīt Casa ena, illa reedificata tutè possidebunt,

47 nec † à creditoribus pro quocumque debito etiam priuilegiato, aut Bullæ molestari poterint cum illi cēleantur, & sint à iure suo exclusi. Tan-

48 tumque † eis remanet actio super deposito, vt supra faciendo: sic dictat nostrum priuilegium in illis verbis. *Conche li Patroni di quelli doppo d'hauerli reedificato nō possino vllo*

vn-

vnquam tempore essi, loro beredi e successori in perpetuum ne li loro detenturi, e possessuri essiri molestati ne inquietati ad instansa delli detti patruni di detti Casalini, ne altri habenti ius, & causam da essi ne di loro credituri per qualsiuoglia debito priuilegiato ò di Bulla, ò per qualsiuoglia altra hypoteca ò dominio che quando cumque si pretendesse sopra detti Casalini. Secus esset si dicta Casalena absq; dicto priuilegio quis emeret, quia tunc teneretur soluere tanquam illorũ possessor omnia onera quibus essent obnoxia, cum res transeat cum onere suo vulgatis iuribus.

49 Ex quibus infero † possidentem talia Casalena, omnibus solemnitatibus, requisitis à Priuilegio nostro, adimpletis, molestari non posse pro quocumque debito etiam Bullæ, vt obtinuit virtute literarum E. S. sub visione M. R. C. dat. Pan. die 8. Nouembris 9. Indit. 1655. Magister Franciscus Cardilicchia super Casalenis, modo domibus, existentibus in contrata Sancti Francisci de Assisa super quibus fuit destinatus quidam Commissarius ad instantiam Vincentij Agatio nominibus pro executione cuiusdam contractus bullalis fuit ab E. S. & M. R. C. ordinatum quod si fecisset solemnia, per hoc priuilegium requisita, non molestaretur, nec molestari permicteretur. imo si processũ fuerit omnia reducantur ad pristinum, sic etiam fuit ordinatum aliàs tempore Principis de Paternione tunc Proregis in hoc Regno ad instantiam Franciscæ Chartia virtute literarũ dat. Pan. die 18. Maij 1637.

50 Quæ † literæ Viceregiæ tanquam lex seruandæ sunt, & pro lege allegandæ, licet pro singulari persona fuerint emanatæ, *Giurb. obser. 77. n. 16. per text. in §. sed & quod Principi placuit instit. de iur. natur. gent. & Ciuil. Sanfilic. decis. 221. n. 6. p. 2. Caball. cons. 137. n. 16. in 2.* Verum talis possessor ad expensas teneretur, cum creditor, qui in concessione Casalenorum personaliter citatus non fuit, iustam causam litigandi habeat.

51 Sed † Cauthela erit, quod habita Casalenorum possessione pro executione prouisionis Iuratorum nempe *(habeat licentiam reedificandi &c.)* poterit vti beneficio *l. si contendat ff. de fideiubs.* & declarare facere sibi competere legitimam exceptionem, & census prætensos non afficere ipsi nec Casalenis prædictis. forma quam tradidi *in Prax. super Rit. in Ciuilibus cap. 5. §. 10. à n. 85. cum seqq. sic seruauit*

Geni-

Genitor meus in concessione Casalenorum per eum obtenta ex hoc priuilegio quæ inde reedificauit, & fecit hoc tenimentum domorũ magnum vbi adhuc Genitrix mea habitat, existens in hac Ciuitate Agrigenti, & incontrata delo Palumbaro prope meum tenimentum domorum, quod ipsemet à fundamentis ædificaui. inuenit vncias quinque censùs bullaris super dictis Casalenis debitis Antoniæ Aquilina, & ipse genitor meus contra eam se direxit petiendo per Curiam Ciuilem sibi competere legitimam exceptionem, & censùs non afficere: in qua Curia lata fuit sententia, eaque transacta in rem iudicatam, ad instantiam eiusdem creditricis inde in M. R. C. executio ad literas causata fuit cõtra ipsum genitorem meum possessorẽ dictorũ Casalenorum reedificatorum; coactè capta per eum quindena præsentatis oppositionibus in M. R. C. & excepto de dicto priuilegio, fuit ab eadem M. R. C. interlocutum oppositiones stẽt dictaque creditrix ad expensas condemnata fuit.

52 Scias etiam denique † pro responsione quarti quæsiti quod elapso mense solemnitatibus prædictis, per hoc priuilegium dispositis, adimpletis, possessor talium Casalenorum non tantum ad instantiam cuiuscumque creditoris pro quocumque debito priuilegiato etiam bullæ vel pro quacumque alia hypoteca aut dominio, sed etiam à quocumque alio consanguineo vel vicino iure prothomiseos molestari non potest. sic fuit determinatum ac dispositum ad instantiam D. Philippi Tuttulumundo contra Mariam Bucceri per literas Viceregias.

53 Quæ intellige si Casalena concessa fuerint pro reedificatione, & reedificarentur, non autem si demolirẽtur, vt inseruiant pro hortu seu viridario, quia tunc possessor hoc priuilegio tutus non erit. per ea quæ dicit *Mut. super Pragm. tit. de priuileg. edific. Palat. tit. 71. n. 55.* Si vero pars de Casalenis se inseruire vellet pro

54 hortu, & viridario † Cauthela erit quod recurrat ad S. E. per viam Trib. R. P. & ab ea licentiam obtineat de obtinendis Casalenis pro viridario costruendo ob quam licentiam tutus erit à creditoribus, & alijs interesse habentibus. & sic vidi non semel seruari.

55 Amplius scias quod iurisdictio hæc cõcedendi casalena, spectat ad Iuratos huius Ciuitatis; Propterea solẽnia prædicta

cta de illorum ordine, & in ipsorũ Curia adimplenda sunt. sic dictat nostrum priuilegiũ in illis verbis. *Per executione della quale damo facoltà à voi Giurati presenti, e futuri di detta Città.* Et in fine ibi. *E del modo sudetto vi damo facoltà di poter concedere detti Casalini vno, ò più secondo si trouerà.*

56 Nec † alij officiales hoc facere possunt cum illa verba (*à voi Giurati*) significant personalitatem, quo casu actus per alium experiri nequit. per ea quæ dicit *Osasc. decis. Pedam. 113. n. 2. ad 5.*

57 Et non solum † Ciues gaudent hoc priuilegio verũ etiam, & exteri, cum non sit personale, sed locale, quia concessum videtur Ciuitati nè tot casalenis, & domibus dirutis deformis remaneat, ac pro commoditate habitantiũ.

58 Imo, & procedit † hoc priuilegium non solum in Ciuitate, sed etiam in Rabato, seu Burgo, quia appellatione Ciuitatis licet de rigore iuris id solum veniat, quod muris est cinctum *vt dixi Arb. 1. n. 8. & 9. ex Oldr. cons. 121. & Menoch. cons. 498. n. 34. &*

59 *seq.* In materia tamen fauorabili, & largè (vt hic) veniunt suburbia *Crau. cons. 297. n. 1. Abb. cons. 52. n. 6. lib. 2. Mut. de priuileg. redific. Palat. in Pragm. tit. 71. Barbos. tract. var. de appellat. vsufreq. appell. 49. n. 1.*

60 Et homines † Casalium Ciuitatis gaudent sicut ipsi Ciues. *Nouar. in Prax. electio. for. quæst. 38. n. 14. cum*

61 *seqq. & n. 18.* dicit quod † locus qui alteri subijcitur gaudet eisdem statutis, & legibus quibus ille cui subijcitur. Et

62 omne, † quod conceditur alicui Ciuitati aut Villæ, concedi intelligitur habitantibus omnibus in termino, & territorio illarum, quia statutum

63 † quod seruatur in Ciuitate in vicis subditis eidem seruari debet *Castr. in cons. 368. n. 2. lib. 2. Abb. cons. 52. lib. 2.*

64 Et in terminis † quod habitatoribus in Casalibus gaudent eisdem priuilegijs concessis Ciuitati, cui subijciuntur, prout gaudent habitantes in ipsa Ciuitate scribit *Bald. l. vt inter diuinam n. 8. C. de sacr. Eccles. & Alex. in Rubr. ff. solut. Matrim. n. 14.*

65 Vbi † subdit quod si concessum est priuilegiũ habitanti in Ciuitate, comprehẽduntur habitantes Comitatum *Felin. in c. causa quæ de rescriptis* vbi tenet cum *Gambar. tract. de extent. n. 160.* concessionem

66 † Principis, factam Ciuibus, extendi ad Comitatenses. & plenius per dictum *Nouar. dicta quæst. 38. per tot.* Ita

67 obtinuit † V. I. D. D. Ioseph Labiso in hac R. C. Ciuili qui reedi-

reedificauit quædam Casalena, non in burgo, sed extra Ianuam Ciuitatis nominatā *la Porta del Ponte* de āno 1643. sub die 18. Iunij contra Mattheum Ferranti creditorem subiugatarium.

68 Et nota quod hoc † priuilegium est perpetuum tanquam Ciuitati concessum. Nam priuilegia Ciuitatibus cōcessa præsumuntur perpetua, & realia *l. vectigalia, & ibi Bald. C. de vectigal. & commiss.*

69 Quod † procedit etiam si Ciuitas tota reedificaretur, & ad pristinū statum reduceretur; quia priuilegiū principiū habuit à causa vera: nempe quia erat Ciuitas deformis propter edificia diruta; quo casu, etiam dicta causa cessante priuilegium perpetuò durat. prout in simili dicitur in Immunitate propter numerum liberorum, licet filij moriantur, Immunitas durat, cum habuerit principium à Causa vera *Add. ad Bart. in l. si cum dotem §. si maritus ff. soluto matrimonio in vers. vltimo in fine col. 2. tom. 3.*

SVMMARIVM ARB. III.

CHristianorum festa quo iure introducta sint num. 1.

Ius humanum decernit dies festorum, non autem ius naturale aut diuinum n. 2.

Preceptum de colendis festis an cultum diuinum interiorem an exteriorem precipiat n. 3.

Cultus exterior ex dicto præcepto præcipitur qua consistit in audienda Missa Ibid.

In abstinendo ab operibus seruilibus exterioribus n. 4.

Et qua n. 5.

Finis huius præcepti quinam sit n. 6.

Finis præcepti quando cadit sub præcepto n. 7. 8.

Diebus feriatis in honorem Dei ius dicere permissum non est sine pæna nullitatis n. 9.

Quod etiam antiquitus seruabatur n. 10.

Feriæ quotuplex sint n. 11. & quæ ibid.

De materia feriarum remissiuè n. 12.

Feriæ inductæ in honorem Dei renunciari nequeunt nu. 13.

Sententia an diebus feriatis in honorem Dei ab Arbitro seu Arbitratore ferri possit ibid.

Ferijs statutarijs renunciari potest n. 14.

Ferias in Regno indicere potest Princeps n. 15.

Prorex in aduentu solet publicare calendarium festorum n. 16.

Modo seruatur calendarium Domi-

ARBOR III.

DE DILATIONE MENSIS FERIARVM Natiuitatis, & Paschatis Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi Ciuibus Agrigentinis concessa ex Priuilegio huius Ciuitatis ad intellectum eiusdem Priuilegij registrati in lib. priuil. fol. 49. in ordine cap. 1.

TErtium Decalogi præceptum de colendis festis exactè obseruare
1 tenemur. Verum † omnia Christianorum festa etiam dies Dominicos solo humano iure, nullo vero iure diuino, naturali aut supernaturali in Ecclesiam introducta videntur *vt in c. licet de ferijs in c. 1. de consecrat. distinct. 3. ex Diuo Thom. S. Anton. Beat. Hieron.* & alijs quos citat *Nauar. in suo Manual. cap. 13. n. 1.* Qui
2 rationẽ † assignat dicens quod quamuis ius naturale, & diuinũ præcipiant nobis Deum ipsum honorare, & riuereri, non tamen diffiniunt tempus quo in nouo testamento id facere teneamur, tantum autẽ ius humanum decernit, statuitque certas dies in quibus ab operibus seruilibus cessare oportet.
3 Per hoc † tamen præceptum de colendis festis non præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando, & colendo Deo consistit, sed tantum exterior, qui consistit in audienda Missa *c. Missas. de consecrat. dist. 1.* † Et
4 in abstinendo ab operibus seruilibus exterioribus. *cap. Ieiunia. cum Glos. & Archid. de con-*

5 *de consecrat. dist. 3.* Quæ † corporis ministerio sunt exercenda sicut docuit *Caiet. 2.2. q. 122. art. 4. in princ.* Quam-
6 uis enim finis huius præcepti sit, vt homo Deo vacet, ipsoque fruatur, & in eo quiescat *vt ait. Diuus Thom. ibid.* Quan-
7 do † tamen finis præcepti est
8 aliud à rè præcepta, tunc † non cadit sub præceptum. verum est tamen quod sunt necessaria propositum, & attentio interiora ad rectè audiendum sacrum, quod sit religionis opus. vt bene docuit dictus *Nauar. dicto cap. 13. sub n. 2.*

Vnde si in dictis festis homo debeat abstinere ab operibus seruilibus exterioribus,
9 multo † magis à litigijs se abstinere habeat, cum his temporibus ius dicere permissum haud sit in omnibus Regni Tribunalibus sub nullitatis pena. *l. 1. ff. de ferijs. cap. vlt. eod. tit. Glos. in l. omnes dies & in l. dies festos C. eod. cap. fin. de Iudic & cap. placita. 10. q. 4. Ceuall. comm. contr. comm. q.*
10 *366.* Quod † etiam apud antiquos fieri cõsueuisset habemus *Cicer. locum lib. 1. de diuinat.* qui dicit *Praeconem edicere solere feriatum tempus quo litibus, & iurgijs abstineretur.*

11 Feriæ † aliæ statuuntur ob reuerentiam Dei, aliæ ob honorem Principis, aliæ ob honorem Ciuitatum, aliæ ob necessitates hominũ; Et quia
12 † solum de ferijs in honorem Dei loquar, quo ad reliquas videre poteris apud *Azon in summ. lib. 3. C. tit. de ferijs n. 3. & per tot.*

13 Quibus quidem † ferijs in honorem Dei inductis renunciari nequit. Et arbiter diebus feriatis sententiam dicere non potest, licet secus Arbitrator quẽ laudare posse ait *Bart. in l. si feriatis 41. ff. de recept. Arbitr. Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 50. n. fin.* Et quod non potest renunciari tenet. *Felin. in c. si dilig. in 4. col. in fine de foro compet.* & alij *per Vezin. in tratt. comm. opin. tit. de ferijs n. 3. lib. 3. fol. 387.*
14 (licet † ferijs statutarijs renũciari possit *Atex. cons. 36. vol. 2. ff. de ferijs Felin. & Vezz. loc. cit. Vant. de nullitate ex defect. process. n. 130.*)

15 Easque in Regno Princeps ipse Tribunalibus circa iudiciorum ad ministrationem indicit. *ad text. in l. à nullo vbi DD. C. de ferijs Nacta in clem. sape in princ. col. 88. in Glos. in verb. ob necessitatem vers. secundo à Principe solo indici possunt. de verbor. signific.*

16 Et in aduentu † Proregis in Regno consueuit, quod publicatur nouum Calendarium in omnibus Regni Tribunalibus seruádũ, ac per

omnes Magistratus *vt in Pragm.* 10. *tom.* 2. *tit. de Magistr. Ration. & in constit. Pragmat. Marc. Ant. Columna tit.*
17 2. Et nouissimè † per Dominum Ducem de Infantado fuit Calendarium prædictum publicatum, & ab Illustriss. Archiepisc. D. Petro Martinez Rubeo Presidente auctum, quo adhuc vtimur, & seruamus.
18 Ratione † igitur temporis iurisdictio suspenditur, illiusque exercitium impeditur, puta ob superuenientiam feriarum, precisè inductarum in honorem Dei, & Sanctorum. *Vant. de nullit. process. ex defect. n.* 129. *fol.* 105. Vnde † cum isto feriarum tempore
19 iurisdictionis exercitium sit suspensum, & Iudicis officiũ conquiescat. *Aschar. cons.* 201. *Prætermittendum. col.* 2. *circa*
20 *medium* † Quicquid in causis non exemptis factum fuerit ex defectu potestatis non valebit. *Bald. in l. cum antea col. penul. vers. vlterius sciendum est C. de Arbitr. & alij per dictũ Vant. loc. cit. sub n.* 130.
21 Idcirco † sententià ferri vel exequi minime potest. Secundum Communem doctorum sententiam de qua testatur *Alex. cons.* 53. *quæritur col.* 2. *lib.* 5. prout tenet concludendo *Sigis. de Homod. cons.* 54. *cum quæritur* quos citat *Vant. loc. præcit. n.* 131. tenet etiam *Papon. lib.* 7. *tit.* 10. *arr.* 5.
22 Imo † nec citatio die feriata in honorem Dei facta ad diem non feriatam valebit. *l. fin. C. de ferijs* Quæ resistit Nuncio, ibi *sileat horrida vox*
23 *præconis* † Et est prohibitiua: ideo quod cõtra fit est nullũ. *l. non dubium C. de leg.* & hanc tenuerunt opinionem *Bald. & alij in l.* 1. §. *nunciatio ff. de oper. nou. nunc. Ang. & Bald. in l. fin. C. de ferijs Pan. in c. fin. extr. eod.*
24 Citatio † itaque facta die feriata in honorem Dei non valet. *l. dies festos C. de ferijs Barbos. in c. conquæstus n.* 2. *de ferijs Galupp. in sua Prax. nouiss.*
25 *p.* 2. *cap.* 2. *n.* 27. Imo † est ipso iure nulla. *Baron. de citat.*
26 *quæst.* 42. *n.* 15. *tom.* 1. † licet secus sit in ferijs in honorem hominum, quia tunc valeret dictus *Baron. dicta quæst.* 42. *n.* 16. *vbi alios citat, & innumeris seqq. diffusè, & per bellè de materia pertractat. quem vide.*
27 Verum † *Ias in l.* 1. §. *nunciatio col.* 5. *post n.* 8. *ff. de nou. oper. nunc.* dicit consuetudinẽ admictere, quod quis possit citari die feriata in honorem Dei pro alia die non feriata: quæ consuetudo seruatur in hoc Regno, & seruari vidi in M. R. C. etiam in causis pro-
prijs;

prijs. Porterij tradunt schedulam citationis die feriata, relationem autem, quam *consito* vocamus, faciunt die sequenti non feriata, nulla facta mentione qua die citationem tradidere, sed simpliciter referunt tradidisse. Hocque etiã seruatur in istis Curijs, de qua consuetudine apud M. R. C. & alia Tribunalia suprema etiam testatur *Baron. de citat. quæst. 42. nu. 23. tom. 1.* Vbi concludit quod apud nos de hoc non est disputandum, & citat inter alios *Aim. Public. super consue. Aluer. tit. 1. art. 2.*

28 Vbi dicit † quod iure communi citatio facta die feriata in honorem Dei non valet *per*

29 *text. in dicta l. fin. C. de ferijs* † sed de generali consuetudine omnium prouinciarũ fit *Caroc. sing. 350.*

30 Acta igitur iudicij die feriata fieri nequeunt. *Maran. in suo specul. p. 6. tit de actor. edit.*

31 *n. 36. & seqq.* † Tractarique non debent ea, quæ ad contentiosam spectant iurisdictionem. Puta non debet quis ad causam vocari, nec causa tractari, neque sententia ferri. *Maran. loc. pracit. lib. 2. de ferijs*

32 *§. sequitur.* † Quia pendentibus ferijs iurisdictio suspenditur, & quicquid interim fit

33 nullum est. *Hier Mago. decis. Luc. 25. n. 37.* † Nec ratificari potest. *Maran dicto §. sequitur*

34 *in princip.* Beneuerum † quod his diebus feriatis in honorem Dei fieri possunt, & tractari ea, quæ causæ cognitionem non desiderant. *Menoch. de Arbitr. quæst. 30. n. 14.* Prout

35 † sunt acta voluntariæ iurisdictionis, quæ fieri possunt etiam die feriata. *Papon. lib. 7.*

36 *tit. 10. arr. 5.* † Vbi dicit acta voluntariæ iurisdictionis esse nempe insinuationes, emancipationes, Curatorum voluntariorum creationes, tutorum testamentariorũ confirmationes *l. 2. & l. actus C. de ferijs.* Manumissiones, contractus inire, instrumenta scribere testamenta facere, & huiusmodi: Tutores etiam, & curatores dari, eorumque exsculationes audiri, alimenta constitui, Mulierem ventris nomine in possessionẽ mitti, mitti etiam creditorem hæreditate iacente; Item Legatarium, & fidecommissarium causæ rei seruandæ, & legatorum in possessionem, ne interim bona pereant, Item pro damno infecto, (quia celeritatem desiderat *l. 1. ff. de damn. infect.*) missionem fieri. Item pro exhibendis testamentis, ne præstetur materia falsum fabricandi, cognitionem fieri *vt in l. 1. ff. quemadm. testam. aper.* Item curatorem bonis hæreditarijs dari, item de alendis liberis,

paren-

parẽtibus, & patronis cognosci, institutum hæredem ex Trebelliano adire cogi, ne interim moriente instituto fideicommissum pereat. Quos refert *Azo.in summa C.de feriis a. n. 7. cum seqq.*

37 Causæ etiam carceratorũ omni tempore fieri posse *dicã in meis allegationibus, & ita multoties obtinui sicq. seruatur* & cum sit materia criminali, in alijs voluminibus per tractãdam remictimus, quæ Deo dante, citiùs in lucem habe-

38 bitis † solum hic scias testes die feriata interrogari posse (in ciuilibus loquendo) cum die non feriata iurauerint. *Menoch. de Arbitr. quæst. 30.*

39 *n. 1.* † Ac etiam examinari

40 *Giud. Pap. quæst. 215.* † insuper causa expulsionis fabri feriatis etiam diebus agitari potest. *Mar. Mantic. sing. 22.*

41 *n. 7.* † Et obligatio penes acta facta etiam die feriata valet, & paratam habet executionẽ, quia non est actus contentiosæ iurisdictionis, licet sit actus iudicialis, & habetur ac si facta fuisset coram Notario. *Baron. de cit. tom. 2. ad quæst. 16. n. 180. fol. 304.*

42 Cumque festum Paschatis Dominicæ resurrectionis sit adeo magnum, & solemne in Ecclesia Dei per Calendarium Ducis de Infantado feriæ constitutæ fuere à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis. Vnde cõgnoscentes Ciues huius Ciuitatis debitam venerationẽ, quam Deo in dicto solemni festo, ac in eo Natiuitatis eiusdẽ Domini nostri Iesu Christi ferre debeant, vt dediti ad Dei cultum, omnes à Iurgijs, & litigijs se abstinere possint, ne ab eo extrahantur: supplicauit Ciuitas Cesareæ Maestati Piæ memoriæ Caroli V. Imperatoris quod in præfatis festis tam Natiuitatis, quam resurrectionis Domini nostri Iesu Christi quilibet debitor non molestetur per quindecim dies ante, & quindecim post. Cui quidem piæ petitioni Imperator ipse ãnuens dictam concessit gratiam, & dilationem per Capitulum tenoris sequentis. quod apparet registratum in libro priuilegiorum fol. 49.

Cap. 1.

43 *Item supplica ditta Città che nelli festi tanto della Natiuità dell'vniuersal Redentore del mondo quanto di la resurrettione ogn'vno debitore sia excarcerato, guidato, & affidato per quindeci giorni auanti, e quindeci poi, infra ditto termine non possi essere preso, ne carcerato per debiti ciuili da Officiale alcuno, Imo l'Algozini, e Commißarij desti-*

destinati per exattione di debiti ciuili durante ditto termine non possino essequiri loro commissioni ma siano persone priuate.

Che s'osserui lo quel derechò manday stà bien accostumbrado.

44 Quod quidem priuilegium fuit approbatum per Reuerendissimos Dominos Inquisitores per prouisionem in dorso memorialis Iuratorum huius Ciuitatis *dat. Pan. die* 16. *Martij* 1596. præsentatã, & executam Agrigenti *die* 26. *eiusdem mensis Martij vt ex libro priuilegiorum fol.* 50. *apparet.*

Seruatur etiam in hac Curia Episcopale quo ad Ciues Clericos.

45 Sed posset oriri quæstio, an hoc priuilegio fruantur debitores tum in persona, tum in bonis? & videtur quod non: nisi tantum in persona stantibus illis verbis priuilegij *ogniuno debitore sia excarcerató, guidato, & affidato.* Et ibi *infra detto termine non possa essiri presone carcerato per debiti ciuili.* Id-

46 circo † non loquitur de bonis debitoris, igitur priuilegium videtur esse personale, quod ad bona non extenditur, *l. quia personale, & ibi Bart. ff. sol. matrim.*

47 Contrarium tamen verum esse teneo, & dico eo debitores gaudere non solum quo ad personam verum etiam quo ad bona. Nam considerari debent priuilegij verba ibi *sia excarcerato, guidato, & affidato* lij autem *guidare* significat dilationem (quando sermo est in ciuilibus) probatur ex lectura *Pragmat. tot. tit. de dilat. &* rescript. & ibi vt plurimum vbi sermo habetur *de dilatione* sequitur cum dictione copulatiua, *& guidaticũ*, Vnde videtur idem esse guidaticum quam dilationem, & per consequens ea gaudere debent Ciues tam in bonis quam in persona. Maxime quia hæc fieri debet interpetratio vt non molestentur in persona nec in bonis, quia priuilegia, & fauores sunt amplianda. Quæ cõfirmãtur per subsequentia priuilegij verba ibi *Imo l'Algozini, e Commissaris destinati per exattione di debiti ciuili durante ditto termine non possano exequire loro commissioni, ma siano persone priuate.* Quamobrem cum Algozirij, & Commissarij eorum commissiones exequi non possint, sed sunt personæ priuatæ; Ergo Ciues debitores hoc gaudent priuilegio tum in persona, tum in bonis. Ex

48 quibus † verbis videntur declarata precedentia; statutum enim vnum declarat aliud, & vna pars statuti aliam *l. verum ff. de pet. hæred, l. si seruus plurium*

rium §. *fin. ff. de leg.* 1. *l. non est nouum ff. de legib. Surd. cons.*
53. n. 10. *& Graß. de except.*
49 *excep.* 3. *n.* 5. † Prout vna pars
legis aliam declarat. *l. seruus*
plurium §. *fin. ff. de leg.* 1. &
alij *per dictum Graff. dicta ex-*
cept. 3. *n.* 10.

50 Vnde infertur quod Ciues
debitores pro eorum debitis,
termino prædicto perdurante,
de persona capi non possunt,
minus expignorari, vel pri-
mum decretum super eorum
bonis recipi, neque ex secũdo
decreto interposito, creditor
possessionem capere potest;
51 † quia secundum decretum
habet vim sententiæ diffini-
tiuę. *vt dixi in Prax. cap.* 4.
n. 29. *&* 30.

52 Et tamen sententia infra
dictum tempus exequi haud
potest, & hoc iure ex imme-
morabili consuetudine, & ob-
seruantia vtimur.

53 Iudicia verò iam incepta
vsque ad ferias per dictum
Calendarium Viceregiũ in-
ductas sequi possunt. Vnde
cursus processuum non im-
54 peditur, quia † feriæ sunt in
maximum reipublicæ preiu-
dicium, cum lites fierent im-
mortales. *vt ait Mastrill. de*
Magistr. tom. 1. *lib.* 3. *cap.* 4.
55 *n.* 198. *fol.* 287. † Ideoque
malè faciunt iudices permi-
ttendo quindenis impedimẽ-
tum apponi ad instantiam de-
bitorum stantibus feriis, quia
56 † oppositiones semper præ-
sentari possunt etiam die fe-
riata propterea restringendæ
sunt.

57 Hi autem † quindecim
dies ante, & quindecim post
integri esse debent, penitus
exclusa die Natiuitatis, seu
resurrectionis Domini, quia
priuilegium dicit *Per quindici*
giorni innanti, & quindici poi.
58 Dictio † enim (*ante*) quoties
casum regit, vt hic, est eiusdẽ
naturæ cum dictione (*post*) se-
que mutuo respiciunt. latè
Tiraquell. in l. si vnquam verb.
& postea num. 14. *de reuocand.*
59 *Donat.* Et † sunt dictiones se-
paratiuè. *Barbos. de diction.*
vsufr. dict. 269. *n.* 3. Qua-
60 propter † separãt quindecim
dies ante, & quindecim post
à die Natiuitatis, & resurrecti-
onis, sicque dilatio per tri-
ginta vnum diem perdurare
videtur.

61 Prædicta notare debeas ne
forte fideiubsionem frangeret
debitor excarceratus, quam
præstare tenetur, vt excarce-
rari possit. debitor enim dila-
tionem à Principe obtinens
de soluendo in fine dilationis
cauere debet. *l. vniuersa. C.*
de precib. Imp. offer. Vinc. de
Anna sing. 463. *de Graff. de*
except. except. 32. *n.* 132. *&*
seqq.

62 Quæ fideiubsio in casu
nostri

nostri priuilegij præstanda, esse dedet de redeundo ad Carceres finito tempore prædicto, aliàs elapso termino de soluendo debitum, ne creditoribus fieret præiudicium, clarum autem est, quod si carcerati debitores liberarentur è carceribus absque dicta fideiubsione fugam arripere possent, in maximum creditorum detrimentum contra
63 Imperatoris intentionem, † qui nunquam intendit tertio præiudicium inferre voluisse. vt in terminis docuit *Mastrill. de Indult. cap. 46. n. 18.*
64 Aduertat † tamen debitor carceratus ne dictam fideiubsionem præstet de redeundo ad carceres finita dilatione prædicta vel de soluendo debitum, vt euitet illorum opi-
65 nionem † tenentium per hác alternatiuam competere creditori, & non debitori electionẽ. *Ias. inst. de action. §. huic autem qui loco n. 10. Vrsill. ad Affl. decis. 397.* de materia electionis Vide *Affl. dicta dec. 397. & Dec. cons. 12.* & latè *ego ipse in arb. 23.* Sed dicat de redeundo ad Carceres dicta dilatione elapsa aliàs de soluendo debitũ quia tunc statim redeundo ad carceres fideiubsor soluere non tenetur, sed dilatione prædicta elapsa, si debitor non redierit ad carceres, tunc electio erit creditoris, & eo inscio ac dissentiente, non poterit fideiubsor se liberare præsentando debitorem in carceribus, sed omnino soluere tenetur debitum
66 quia † tunc illud pactũ, *aliàs de soluendo debitum*, fuit inductum in fauorem creditoris cuius est electio, *Afflict. decis. 397.* Vbi benè de materia electionis, & dixi Arb. 23. de materia, sed si debitor postea ad carceres rediret, & creditor consenserit, tunc mora purgatur, quia pæna tollitur. *dixi in arb. 1. 106.*

SVMMARIVM ARB. IV.

QVi præest maiori affluẽtia gratia est indigens n. 1.

Durissimum iudicium fiet in his qui præsunt, & potentes potenter tormenta patientur n. 2.

Magistratus quanto alijs est altior, tanto esse debet cunctis humilior n. 3.

Magistratus inter alias virtutes vitæ sanctimonia, & bonis moribus clarere debet n. 4.

Sapientia in maleuolam animã non introibit, nec habitabit in corpore subdito peccatis n. 5.

 Iudi-

Iura-

AR-

ARBOR. IV.

DE TEMPORE INFRA QVOD OFFICIALES substituere possunt. Pro interpetratione priuilegij huius Ciuitatis registrati in lib. Priuilegiorum fol. 10. in ordine cap. 9. & ad intellectum cap. 29. Regis Alfonsi.

1 VNusquisq; † qui præest tanto maiori affluentiæ gratiæ, ac virtutum est indigens, quanto in altiori prælatione ac digniori officio est constitutus secundum Diuum Hieronymũ Vnde si sapienter pensauerit
2 illud sapien. cap. 6. *Durissimũ iudicium in his, qui præsunt fiet & potentes potenter tormenta patientur.* puto quod potius perotabit subesse ac obedire, quam præesse atque præcipere. Quo etenim metuendissimus ille Iudex aspiciet eum, per cuius negligentiam, & insufficientiam amiserit animã pro salute cuius dedit se ipsum in pretium, & amarissimam atque ignominio-
3 sissimam pertulit mortem. † Hæc omnia sapienter, frequenter, & profundè aduertat Magistratus, & quanto personis alijs est altior tanto sit cunctis humilior, timoratior, custoditior, atque feruentior, quanto plus in exterioribus, & circa alios occupatur, tanto frequentiùs, ac diligentiùs ad interiora recurrat, & in loco secreto se ipsum discutiat, concientiam purget, mentẽ deuotam exerceat, & meditationibus sanctis insistat.
4 Magistratus † enim omnes inter alias virtutes, vitæ Sanctimonia Deum timentes, & bonis moribus carere debent *ad text. in l. generaliter §. spurios ff. de decurio. c. si quis Abbas 18. q. 2. cap. postquam extr. de electionibus.* Iuxta illud in *Exod. 18. prouide autem de omni plebe uiros potentes, & timentes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitues eos Tribunos, & Centuriones* Vnde *S. August.* scribens ad quemdam Comitem dixit *Elige tibi Consiliarios timentes Deum, & veritatem amantes;* Quoniam vt dixit *Sapien. cap.*
5 *1.* † *in maleuolam animam non introhibit sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Ea propter dixit *Fero. in Apt. cap. 5.* quam

quam prudentes, & pios habere Consiliarios non satis est vt docti sint, nisi, & Deum timeant. Debent † itaque Iudices alijq; officiales esse veritatis amatores. *Diuus Aug. in sermone de Assumpt.* quia authoritas sine veritate nihil valet *Mastrill. de Magistr. lib. 2. cap. 2. n. 53. 54.*

7 Secundo † debent se eximere ab omnibus affectibus siue animi passionibus, seu perturbationibus, nam solent hominum rectos peruertere sensus. *Senec. Epist. 60.*

8 Tertio † non debent esse negligentes vt dicit *Card. in clem. 2. §. 1. de sepult.* nam in Iudice maximum delictum est negligentia *Mastrill. de Magistr. cap. 2. n. 70. & 71.*

9 *lib. 2.* Quarto † nec personarũ acceptores. vt *in leuit. cap. 19.* ibi *nõ consideres personam pauperis nec honores vultum potentis* dixit etiam *Tapp in constit. Regni tit de offic. n. 33. lib. 2.*

10 Quinto † debent esse patientes in audientijs, ne fortè litigantes à petenda iustitia arceant, & expellant, sed omnes benignè audire *ad tex. in l. quicquam §. vbi decretum ff. de offic. Proconsul. Tesaur. in add. in proem. decis. n. 24.* Vbi ait quod in hac patientia optima iustitiæ pars consistit.

11 Sexto † nõ debent esse præcipitantes in negotijs diffiniendis, & sententijs ferendis *ad text. in l. 2. & ibi DD. C. de offic rector. prouinc.* aliàs eorum præcipitata voluntas dicitur nouerca iustitiæ *Clem. pastoralis §. verum & ibi Card. de re iudic.* sicut è contra nec debent esse tardi intellectus, & sic in expeditione causarum æterni *Mastrill. dicto cap. 2. n. 82. ad 85.*

12 Septimo † ne odio ducantur, nec amore vincantur, huiusmodi enim passiones excecant intellectum. latè prosequitur *Simanc. de republ. lib. 6. cap. 7* & latiùs *Mastrill. loc.*
13 *cit. n. 100. cum seqq.* † Qui multas alias qualitates in iudicibus, & Magistratibus circa officij exercitium requiri dicit, & refert, referunt etiam *Peguer. in pract. cap. 8. n. cum seqq.* & *Thesaur. in proem. decis. n. 28.*

14 Propterea officiales in Regno semel à Domino Prorege electi, capta per eos possessione officiorum, cum videatur electa industria personæ substituere non possunt *Carau. in rit. Neapol. 3. n. 16. & seq. per l. inter. artifices. ff de solut.* & ibi *Bart. Innoc in cap. quoniam apostolica n. 2 de offic. de leg.* Vbi autẽ est electa industria personæ nunquam ordinariè cadit substituendi potestas vt in
15 Prædicatore, † & Doctore qui per alium prædicatorem præ-

dica-

dicare neque per alium Doctorem legere nec seruire potest, nisi adesset incontrarium consuetudo vt refert, & sequitur *Carroc. in tract. de locat. & conduct. quæst. 2. tit. de Merced. omiss. n. 16. Affl. decis. 22.*

16 Non † obstante quod persona, cuius substitutio fieret, substituentis filius esset, quia adhuc non potest. quicquid dicat *Roman. citatus per Carau. relatum per Mut. super cap. Reg. Alf. 29. n. 14.*

17 Vltra † prædicta habemus *constit. Regni incip officia tit. vt iust tiarius* per quã disponitur Magistrũ Iustitiarium neque aliquem Iustitiarium Prouinciæ aliquem in locum suum substituere posse, quis quis autem extra prædicta fecerit ordinator, & ordinatus capitali sententia se nouerit subiacere.

18 Quam quidem † *cõstit. Officia.* per aliam *const. incip. duram & diram.* moderatam esse legitur, quia ibi statuta est pœna capitalis, hic publicatio bonorum infligitur, & ab officio contrauenιens remouetur.

19 Verum † hæc Agrigentina Ciuitas à Rege Alfonso priuilegiata existit de anno 1435. nempe iudex Capitanei per viginti dies vel per mensem ad alicuius incumbens necessitati substituere potest. *vt registratum patet in lib. priuileg. Ciuitatis fol. 10. in ordine. cap. 9.*

20 Vltra quod † eodem anno à præfato Rege Alfonso fuit conditum *Cap. Regni 29.* Vbi statutum fuit officia Capitanei, iudicatus, & huiusmodi non debere exercere per substitutum, nisi per mensem vnum infra totum annum vel ob infirmitatem principaliũ siue ob Regias prouisiones in illis verbis (*Prædicta vero per substitutos fieri inhibemus nisi per mensem vnum infra totum annum aut si regij seruitij causa officiales absfuerint, aut infirmitate detempti sint, aut mandato nostro ab eis prouisum sit*) & hoc iure vtimur.

21 Vbi elicitur officiales substituere posse per mensem tantum. Sed quia subiungit textus (*infra totum annum*) † est videndũ an substitutiones plures in ãno fieri possint, ita ut quælibet substitutio mensis vnius tempus non excedat, an vero tantum substitutio infra annum per mensem duratura pluries fieri possit, dũmodo quod singula mensem

22 non excedat? † Videtur vnicam tantum fieri posse infra totum annum per mensem duraturam, vel pluries infra annũ, & omnes mensis tempus non excedere, stantibus illis verbis (*per mensem infra totum annum.*)

Con-

23 Contrarium † vero tenet *Intrigl. singul.* 118. *lib.* 1. ex cõmuni interpetratione prædicti *cap.* 29 *Reg. Alf.* de qua ipse testatur non obstantibus illis verbis (*infra totum annũ*) hoc est si pluriès contingerit absentia in ãno, pluriès posset officialis substituere per mensem tantum, vt elapso mense noua substitutio necessaria sit, vel Proregis prouisio. Quamuis Iure Romano efficax durante impedimento remaneat substitutio *Cagnol. l.* 1. *per illũ textum vbi Ias. Dec. & communiter recentiores ff. de offic. eius* & alij per dictum *Intrigl. sing.* 118. *n.* 3. *lib.* 1.

24 Et licet † *Mut. super dicto cap.* 29. *Reg. Alfon. n.* 16. in medio subaudiat dictum Intrigl. illiusq; opinionem procedere præcedente mandato siue licentia Domini Proregis aliàs nõ posse ex dictis verbis cap. 29. Reg. Alfon. limitatis scilicet (*nisi per mensem infra totum annum*) quæ intelligi ait, in prima vice absq; mandato, & postea cum mandato. Ita etiam dictus *Mut.* intelligit. *Nepet. super consuet. Cath. tit.* 2. *consuet.* 1. Et concludit *n.* 17. quod elapso mense non dicitur amplius substitutus, sed vacat officium.

25 Ego tamen † quicquid dicat dictus Muta opinioni Intrigl. iuxta communem interpetrationem dicti cap. 29. Regis Alfonsi adhæreo; & teneo officiales infra annum pluries substituere posse, dũmodo quod quælibet substitutio tempus mensis vnius nõ excedat, licet omnes mensem excedant. Et ita seruatur in his Curijs, seruaui ac practicaui, quæ quidem obseruantia excusat officiales in sindacatu à pœna, maxime stante facto prædecessoris. *Anchar. in cap. cum venerabilis de cõsuet. Alex. cons.* 8. *n.* 9. *lib.* 5. *Cumia in pract. de Sindac. cap.* 17. *n.* 6. quæ obseruantia est in absentibus, secus in præsentibus quia hi substituere nequeunt in terminis *Nepet. in consuet. Cath. cons.* 1. *tit.* 2. Ex quibus: anno 6. Indit. 1651. quidam Iudex Ciuilis, qui pluriès fecerat substitutiones in anno omnes simul excedẽtes mensem, & satis vltra, in sindacatu inquisitus & prosequutus de reiterata substitutione cõtra cap. Regni, absolutus denique fuit per V.I.D. D. Fidericum Mercadante Procuratorem Fiscalem M. R. C. tunc Regium Sindicatorem hìc Agrigenti degentẽ. Quã obseruantiam etiam practicari in Ciuitate Cathanæ testatur dictus *Nepet. in consuet. Cath. consuet.* 1. *tit.* 2. *n.* 60. *fol. mihi* 51. *Conuers. autem in add. ad dictum. Intrigl. dicto*

sing.

sing. 118. dicit illa verba *cap. Regis Alfon.* 29. (*infra totum annum*) referri ad casum quādo officiales sine causa substituunt. Nam sensus dicti *cap.* 29. est, officiales posse substituere causa absentiæ ob Regium seruitium vel causa infirmitatis, vel de licentia regia sine causa vero non posse hoc facere, nisi per mensem infra totum annum. Quare (dicit *Idem conuers. ibid.*) hæc qualitas vt substitutio fiat per mensem infra totum annum non requiritur nisi quando officialis sine causa substituit,
26 non in alijs casibus. Vnde † substitutionē factam ex causa infirmitatis duraret etiā post mensem dum viget impedimentum, quia *cap.* 29. *Reg. Alf.* simpliciter officiales substituere permictit causa infirmitatis. Igitur substitutio dū durat infirmitas etiam elapso mense non expirat. vt sit iuri cōmuni conforme, per quod substitutio facta ex causa impedimenti valida est durante impedimento, ex causa vero absentiæ elapso mense prorogationē à Principe obtineat, si absentia vltra mensem continuabitur, alias necesse est officialem post 29. dies redire ad Curiam, & iterum substituere, & hoc iure vtimur.
27 De iure † autē cōmuni si substituēs ab hac vita decederet, substituti officium durat donec fuerit de officio prouisum. docet *Boer. decis.* 149. *n.* 15. *Bertazz. in cons.* 71. *n.* 58. *Conuers. in add. ad Intrigl. sing.* 118. *ad n.* 5. *lib.* 1. *Nepet. in consuet. Cath. consue. vnica n.* 66. Vbi de obseruantia testatur,
28 Sed in hac † Ciuitate quidam Regius Secretus ob mortem cuiusdam Iudicis Curiæ Capitanialis, qui sororium meum in eis locum substituerat, intendens pro interim eligere alium in Iudicem ne officium sine rectore remansisset, non obstante quod non sit hoc officium perpetuum, sed annale; Per Dominum Viceregem pro tuitione iurisdictionis Spectabilis Protonotarij, fuit ordinatum virtute suarum literarum per viam officij dicti Spect. Protonotarij quod de cetero iudicatus ciuilis quoquomodo vacans per Iudicem Curiæ Capitanialis, & officium Iudicatus Curiæ Capitanialis etiā quocumque modo vacans per Iudicem Regiæ Curiæ Ciuilis exerceatur. Ita fuisse seruatū vidi tempore mortis V. I. D. Laurētij Scozari Iudicis Curiæ Capitanialis ob cuius mortem eius officium V.I.D. Iulius Poni Iudex Curiæ Ciuilis vsque ad nouam creationē exercuit. Ita etiam anno

5. Indit, 1651. seruaui quod scilicet mortuo V. I. D. D. Vincentio Bauilonia Iudice Curiæ Ciuilis eius officium ego Iudex Curiæ Capitanialis vsque ad nouam creationem administraui, & denique anno 9. Inditionis 1656. ob absentiam V.I.D. Dominici Lombardo Iudicis Criminalis eius officiũ administrauit V. I. D. Franciscus Pancucci Iudex Curiæ Ciuilis.

29 Hic nota † neminẽ huius Ciuitatis Iuratum, istarũque Curiarum Iudicem esse posse, nisi Ciuis sit. licet enim regulariter de iure prohibitum sit quempiam in sua patria officialem esse *l. hi qui. cum l. sequenti ff. ex quibus cau∫. Maior.* & *Muta super consuet. Pan. cap.* 68. *n.* 8. Vbi duas assignat rationes,

30 Prima † quia de iure nemo prophæta acceptus est in Patria sua. dequa *luc. c.* 4. Et Ideo vix timetur. Secunda

31 † propter suspicionẽ ne quid gratiosè egerit. vt est *Glos. de vtraque testans in l. in Consiliarijs C. de Asses.* Et † iuxta

32 prædicta fuit hoc confirmatum *per priuilegium huic Ciuitati concessum à Rege Ferdin. in ordine cap.* 7. *anno* 1488. *registratum in lib. priuileg. fol.* 5. ex quo disponitur quod Capitaneus huius Ciuitatis esse nõ possit Ciuis, nec qui habet in hac Ciuitate cõsanguineos aut affines, nec quiest habitator huius prædictæ Ciuitatis.

33 Ea propter † anno 1466. per alium priuilegium a Domino Prorege D. Lopximen Durrea dispositũ fuerat, quod Capitaneus, ante quam caperet possessionẽ officij, præstaret de stando sindacatui; ne finito officio se abiret, absque quo staret sindacatui. vt *in dicto lib. priuil. registratũ reperitur fol.* 5.

34 Sed visa mala administratione, quam dicti exteri Capitanei faciebant stante eorũ ignobilitate, fuit à Ciuitate aliud obtentum priuilegium ab ipso *Rege Ferdinando* ei cõcesso *eodem anno* 1488. *sub die* 29. *Maij* vt patet *in lib. priuil. fol.* 4. *in ordine cap.* 3. per quod dispositum est neminẽ cuiuscumque conditionis ad officium Iuratorum, Capitanei, & Iudicum huius Ciuitatis concurrere posse, nisi sint nobiles Ciues, & eius habitatores, qui continuam haberent domicilium cuius Priuilegij tenor est vt sequitur. *Item supplica la detta vniuersità alla detta Sacra Maestà che li piaccia concediri alla ditta vniuersità che nisciuno di qualsiuoglia gradu si sia poz a concurriri all'officij infrascritti videlicet, Iurati, Capitanei, e Iudici saluo siano Cittatini nati, e Gentil'homini di la ditta Città, e nõ siann Mir-*

Mircanti, li quali siano idonei e sufficienti all'exercitio dili ditti officij e lo modo, e forma secondo li Capituli del Regno.

Placet Regia Maiestati quod nemo possit ad dicta officia concurrere nisi Ciues in dicta Ciuitate domiciliati, & habentes ibidem suum continuum domicilium.

36 Prout fuerat cōcessum per *Regem Alphonsum sub die 20. Octobris 5. Ind. 1453. vt in lib. priuil. fol. 23. in ord. cap. 5:* Quod scilicet Capitaneus de cetero sit, & esse debeat vir nobilis, & si per inaduertentiam alter eligeretur, Iurati scribant Domino Proregi vt de Idoneo prouideat. Idem

37 † fuit concessum quoad Iuratos Iudicem Ciuilem, & Magistrum Notarium Curiæ Ciuilis *vt eod. fol. 23. priuileg. cap. 6.*

38 Imo 1540. *sub die 2. Martij 13. Indit.* per Dominum Marchionem de Terranoua fuit ordinatum vt officiales huius Ciuitatis sint scrutinandi Ciues oriundi, aut per ductionē vxoris, aut in Ciuitate habitassent cum eorum familia ad minus per annos quinque;

39 Et † nō possint scrutinari Ciues ex priuilegio vt *ex dicto priuilegio registrato in eod. lib. priuil. fol. 109.* Ac etiam per aliud priuilegium tenoris sequentis Ciuitati concessum *de anno prædicto 1540. die 15. Iunij 13. Indit.* fuit dispositum vt infra.

40 *Item supplica ditta Città à V. E. si degni concedere a detta Città che in l'officij di detta Città tam perpetui come annuatim non possino concurriri nisi Cittatini oriūdi o per ductionē vxoris ò che in essa Città habbiano habitato, e commorato cum familia adminus per annos quinque, e che in casu controuersia l'oriundi siano preferuti, e che li Cittatini vltra l'oriundi che andaßero ad habitare in altro loco doue commorassero per vltra misi sei ipso iure perdano la Ciuilitati.*

Placet S. E. præter quam ad prælationem.

41 Et nouissimè tempore Domini D. Francisci de Melos Proregis huius Regni fuit huic Ciuitati concessa gratia de āno 1638. quod de cetero Capitaneus sit, & esse debeat Ciuis oriundus dictæ Ciuitatis, & fuit dicta gratia confirmata *vigore literarum dat. Messanæ die 12. Aprilis 7. Indit. eiusdem anni 1638.* & fuit infra annum remotus D. Ioachinus de Lunar Hyspanus, & soluta fuit pro dicta gratia Regiæ Curiæ ab hac Ciuitate quædā pecuniarum summa.

At quia *anno* 1651. (me Iudice Curiæ Capitanialis) cũ fuerit electus Capitaneus huius Ciuitatis D. Ioseph Mathaplana armorum Capitaneus ad bellum eiusdem Ciuitatis Ciuis ex priuilegio per literas Ciuilitatis concedi solitas nouis Ciuibus pro dilatione decennali quibus ipsi noui Ciues gaudent; ne præiudicium ex dicta electione Capitaniatus Ciuitati inferretur, cum debeat eligi oriundus fuit de mandato Domini Proregis ad relationẽ Ill. D. Petri Filingeri, & Notarbartolo pro Protonotarij Regni dispositum quod prouisio officij Capitanei Iustitiæ, in personam dicti de Mathaplana facta, sit, & intelligatur concessa, & expedita absque preiudicio priuilegij dictæ Ciuitatis vt per actum in officio Spectabilis Protonotarij patet *sub die* 23. *Decembris* 5. *Indit.* 1651, *registratum in lib. priuil. fol.* 209.

42 Cumque officiales Ciues melius iura Curiæ sciãt, rectè fuit dictum priuilegium concessum; debent enim officiales esse Ciues, non autem exteri vt habetur *ex consue. Pan. cap.* 9. *vbi Mut. n.* 1. *&* *cap.* 68 *n.* 8.

43 Quæquidem † gratia cum à Principe concessa fuerit, soluta pecunia, transit in vim contractus, vt non possit reuocari, dicam etiam infra arb. 8. n. 53. vers. secundo respõdetur *Bald. in l. qui se patris C. vnde vi Bart. in l. quod semel ff. de decr. ab ord. facien. Pan. in c. nouit.* 9. *col. extra de Iudic.*

44 † Quod à fortiori procedit in nostra concessione, quæ non sapit priuilegium. *Balbat. cons.* 125. *Fach. comm. opin. de diuers. rescript. tit.* 20. *n.* 70. *lib.* 1. *fol. mihi* 261. & alij per *Mut. in cap. Reg. Iacobi* 38 *n.* 9.

45 Si autem † scire cupis quinam sint officiales, qui virtute dicti *Cap. Regis Alf.* 29. substituere possint, scias infrascriptos substituere posse. Primo est Capitaneus Iustitiæ, vt dictat idem textus qui maximam habet præheminentiam in Ciuitate; Sedet enim in primo loco cui sequuntur Iurati, post tamen Capitaneum armorũ ad bellũ qui solus super scabello binorum graduum in conspectu, & frontispicio Troni Reuerendissimi Episcopi licet sine faldistorio ex antiquissima, ac immemorabili consuetudine primo sedet. Capitaneus itaq;

46 † hanc habet præheminentiam quod nempe primo loco sedet post armorum Capitaneum ad bellum. Et sub suo regimine tenet excubearum Magistros ex priuilegio huic Ciuitati cõcesso à *Rege Alfonso* an-

anno 1433. *vt in lib. priuilegiorum fol.* 9. *cap.* 6. verum substituendi potestate caret Capitaneus huius Ciuitatis vt mox dicam.

47 Iurati vero substituere nequeunt non obstante præfati Regis Alfonsi cap. 29. quia remanent alij, cum sint sex, seu quatuor saltem, vt hi huius Ciuitatis, Iurati autem sunt patres Ciuitatis, nonnullisue in hac Ciuitate gaudent priuilegijs, & præheminentijs: 48 prima † est titulus (*Spectalis*) olim enim habebant titulum, (*Magnifici*) sed tempore ducis Feriæ virtute Priuilegij *dat. Pan. die* 6. *Iunij prima Inditionis* 1603. (*Spectabilis*) titulum obtinuerunt. Secunda 49 † est præheminentia, nempe ob defectum Capitanei Iustitiæ ipsi capitaniatus officium per Egdommodam exercent. (prout etiam officium Capitanei armorum ad bellum in 50 illius defectu) Ideo Capitaneus huius Ciuitatis substituere nequit, sed tantum vará Iustitiæ mictit ad vnum ex Iuratis, ad quem voluerit, & elapsa Egdommoda vara Iustitiæ transfertur ad reliquos Iuratos per Egdommodá: Et licet elapso mense antiquitus ad Iudicem Capitanialis vara Iustitiæ transferebatur, qui Capitanei officium vsque ad nouam Capitanei creationem exercebat: Attamen Iurati (Iudice prædicto non citato, nec audito) obtinuerunt quod vara Iustitiæ remaneat sépex inter ipsos Iuratos per circulú nempe per Egdommodam virtute *literarum dat. Pan. die primo Martij* 13. *Indit.* 1540. Prorege Domino Marchione de Terranoua cum expresso ordine quod sit exclusus Iudex criminalis prædictus. Et licet inde fuerit contrarium seruatum, & præcise tempore V.I.D. Marcelli Traijniti Iudicis qui ob absentiam Capitanei transacto mense: Iuratis per Egdommodam dato, Officium Capitaniatú prædictum vsque ad nouam electionem exercuit. Nihilominus tempore Ducis Ossunæ *de anno* 1613. dicti Iurati iterú obtinuerunt quod Capitanei officiú trásferatur per Egdommodam ad ipsos Iuratos excluso Iudice virtute literarú *dat. Pan. die* 30. *Maij dicti anni* 1613. *vt patet registratum in lib. priuileg. fol.* 163. Inde Iurati fuerunt in dicta quasi possessione manutenuti per Comitem Castri virtute *literarum dat. Pan. die* 22. *Nouembris* 1617. *vt in lib. priuil. fol.* 241. Idem fuit dispositú per dictum Comitem Castri *anno* 1621. & obseruatum à Domino Principe Filiberto virtute literarú *dat. Pan. die* 20.

Iu-

Iulij 1623. Sicque semper seruatum inde fuit precise me Iudice Criminali ãno 1651. 9. Indit. Cpitaneo D. Ioseph Mattaplana, & anno 9. Indit. 1656. Capitaneo D. Antonio Vgo.

51 Tertia est præheminentia quod eis sunt subditi Catapani ex priuilegio concesso huic Ciuitati à Domino Prorege D. Nicolao Speciale *vt in lib. priuileg. fol.* 44.

52 Quarta est quod nõ possunt durante officio molestari in persona nec in bonis pro debito ciuili virtute literarum Ducis Montilione *dat. Pan. die* 20. *Martij* 6. *Indit.* 1533. *in lib. priuil. fol.* 54. quæ literæ fuerunt inde obseruatæ à D. Carolo de Aragona tunc Presidente in hoc Regno per literas obseruatoriales *dat. Pan. die* 23. *Ianuarij* 15. *indit.* 1572.

53 patet *in lib. priuil. fol.* 77. † Bene verum eis fieri possunt protestationes per Notarios publicos ad instantiam cuiuscumque personæ virtute aliarum literarum Viceregiarũ *dat. Pan. die* 5. *Iulij* 9. *Indit.* 1536. *in lib. priuil. fol.* 265.

54 Et † Notarij recusantes eis facere protestationes ab officio remouentur ex dispositione earumdem literarum.

55 Regunt † denique Ciuitatem in metis apponendis detempto tamen concilio per quod eis huiusmodi tribuitur potestas.

56 Habentque † ius eligendi rectores venerabilis Hospitalis Crucifixi Magdalenæ huius Ciuitatis cum interuentu Vicarij Generalis huius Curiæ Episcopalis, sed soli eligunt Cappellanũ dicti Hospitalis qui cum curá habeat animarum per ordinarium præuio examine confirmatur.

57 Tertio † substituere solet Magnificus Regius Secretus ex immemorabili consuetudine. Hoc autem officium graue est, & maximi honoris,

58 cum † Secretus sit in hac Ciuitate procurator Regis; &

59 vti † talis Regias regit gabellas prout est Regia Doana, & similes ad Regias Secretias

60 spectantes à quá † Doana in toto Regno Ciues huius Ciuitatis immunes ac exempti existunt ex priuilegio à Rege Alfonso cõcesso *de anno* 1433. *registrato in lib priuileg. fol.* 9. *cap.* 5. quod prius etiam concessum fuerat à Rege Federico *anno* 1366. *in lib. priuil.*

61 *fol.* 21. *cap.* 1. Inde † fuit iterũ expressè concessum à solutione Doanæ debitæ in Ciuitate Nari per D. Lopximen Durrea tunc Proregem *anno* 1468. quo anno dicta Ciuitas ad Demanium redijt *vt in lib.*

62 *priuil. fol.* 28. Quæ quidem † priuilegia exẽptionis Doanæ

po-

postea confirmata fuere à Rege Martino in desponsatione cũ Regina Blanca *anno* 1506. *sub die* 12 *Aprilis* 4. *Indit.*

63 Insuper vti procurator Regis iste Secretus in Ecclesia Monasterij Monialium Sãcti Spiritus huius Ciuitatis in Festo Paschatis Pentecosten assistit dũ decantatur Missa cum iuratis, & sedet in prima sede, in loco Capitanei armorum ad bellum, dictusque Capitaneus illo mane ibi locum haud habet, & hoc ex antiquissima cousuetudine, & obseruãtia immemorabili inde confirmata per Dominum Proregem Ducem de Alcalà sub visione Tribunalis Regij Patrimonij virtute binarum literarum vna data Panormi *die* 6. *Aprilis* 2. *Indit.* & altera ibidem *dat. die* 15. *Decembris*

64 3. *Indit.* 1634. licet † alijs festis & temporibus sedeat vltimo loco post Iuratos, & habet titulum, *Magnifici.*

65 Estque † Iudex primarum appellationum huius Ciuitatis quod officium cum officio prædicto Secreti emit infeudum pro se, & suis V. I. D. Gaspar Giardina ab Illustre Duce Palmæ ius, & causam habente à Regia Curia: tenet

66 † etiam Curiam cum Consultore, Magistro Notario, ac seruientibus Curiæ: aliasue habet prærogatiuas.

67 Quarto † substituit Iudex Criminalis seu Curiæ Capi-

68 tanialis qui † causas ciuiles ad instantiam miserabilium personarum etiam cognoscit vt dixi *in Prax. super rit. Regni in Ciuil. in proem. à n.* 15. *cum seqq.*

69 Miserabiles † autem personæ sunt comprænhensæ *in l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* vt dixi *dicto Proem. a n.* 15. *cum seqq.* quibus

70 addo † hoc priuilegium extendi ad minores de iure cõmuni 25. annis, & de iure Regni 18. annis, licet maiores quatuordecim: hi enim comprænhenduntur inter miserabiles, & priuilegiatas personas ex dispositione dictæ l. vnicæ.

71 Vltra † quod ab Ecclesia ad minorem validum est argumentum. *Barbos. loc. commun. argumen. iuris vsufreq. loc.* 40.

72 *n.* 1. Et cum † Ecclesia comprænhendatur in hoc priuilegio vt in dicto *proem dixi sub*

73 *n.* 16. Ita † etiam, & minores ad quorũ instantiã cognoscit causas ciuiles præfatus Iudex criminalis, ipseque dum Iudex fui sic seruaui, atque ab alijs iudicibus seruatum fuisse vidi.

74 Sed quid in minore vel pupillo patrẽ habente? Responde cum *Pasqual. de virib. patr. potest. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 92. *in fine.* qui tenet distinguendo

aut

75 aut † dicti minores sunt in Patria vel auia potestate, & non comprehenduntur, aut emancipati, & tunc inter priuilegiatas personas connumerantur. *Gratian. discept. for. cap. 421. n. 69. & 70. tom. 3. Ricc. in coll. 1. & alij per Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 11. q. 6. sect. 7. n. 531.*

76 Prædicta † tamen limita in feminis, nam eæ, & si sint sub patria potestate, nihilominus hoc priuilegio gaudent ex rationibus relatis per dictum *Carleual. loc. cit. n. 536.* ex *Tappia in constit. statuimus n. 10. in fin. Franch. decis. 100. n. 14.* licet contrarium teneat *Gratian. discept. for. cap. 421. n. 69. tom. 3.*

77 Causas etiam Clericorum cognoscit vt dixi *in Prax. in proem. n. 19.* sed hoc de iure intelligi debet pro bonis Ecclesiæ, non autem pro proprijs vt ait *Falin. in c. Ecclesia Sancta Maria col. 4. in. ver. sic Glos. 2. in ver. sed nihilominus de constit.* Et nouiter dixit *de Gross. ad constit. pragmat. Comitis Castri §. 13. n. 11.* licet habeat

78 † etiam locum in bonis Patrimonialibus. *Vrsill. ad Affl. decis. 157. n. 1. dictus Gross. loc. cit. n. 15.*

79 Sed † quicquid de iure sit, ex immemorabili cõsuetudine Iudex huius Curiæ Capitanialis de omnibus caussis ad instantiam Clericorum indistinctè cognoscit, & hoc iure vtimur. vt dixi etiam *in Prax. loc. cit.*

80 Insuper † ex prædicta immemorabili cõsuetudine caussas ad instantiam exterorum

81 etiam cognoscit, & ratio † esse potest quia peregrinus, & aduena gaudent hoc priuilegio *l. vnica Menochius de Arbitr. cas. 66. n. 15. Thes. decis. 177. n. 1. Tappia in cõstit. statuimus n. 17. Carleual. de Iudic. lib. 1. disp. 2. n. 570.*

82 Literas † etiam Excellẽtiæ suæ sub visione M. R. C. miserabilis refugij cessionis bonorum directas omnibus, & singulis officialibus exequitur earũque uirtute iudicia prædicta cessionis bonorum corã eo agitãtur. Et ita seruaui anno 5. Indit 1651. dum Iudex fui non obstante quod quidam Iudex Curiæ Ciuilis contrarium pretendisset, & miror hanc eum habuisse pratensionem: sciebat equidem dictam

83 † Curiam Capitanialem Regem Petrum (*Fel. record.*) in cap. 6. dicto priuilegio fori electionis ornasse iuxta dispositionem dictæ l. vnicæ. cuius virtute miserabiles personæ fori habent electionem. Earumue appellatione non nè

84 veniunt pauperes? cum † veniat omnis cuius natura mouet nos ad miserandum propter fortunæ iniuriam *Scacc. de*

appel.

appellat. q. 7. n. 138. Dicun-
85 tur † autem miserabiles quasi miseriæ habiles *Rebuff. tom. 1. ad leg. Galliæ tract. de prouis. art. 3. Glos. vltima vers. vltimo miserabilis, & Scacc.*
86 *loc. precit.* Quorum † autem natura mouet nos ad miserandum prout illa pauperum? qui propter fortunæ iniuriam post nonnulla infortunia passa, in talem paupertatem, & tantam miseriam ducti, quod eorum honore derelicto, maximo dedecore sumpto, hoc miserabili beneficio se ruentur, illoque dum carceribus cruciantur, ignominiosè gaudere intendunt, cupiunt, petunt. Nonnè per istos tales pietatis pectus, ad eorum miserandum, mouetur? si vtique: Cur ergo priuilegijs, alijs miserabilibus personis concessis, isti gaudere nequeant? Contrarium æquidem prætēdi vanitas est, quia vltra antiquissimam consuetudinem, ac immemorialē in hac Curia præscriptam, de iure sic etiam determinatum reperi-
87 tur. Nā † pauper dicitur persona miserabilis, vt apud *Afflict. in addit. per Vrsill. decis. 257. sub n. 4. ex Paris, in tract. de reintegra in c. quod incipit an citatus n. 46. & Berthach. in suo repert. verb. persona vers.*
88 *19. fol. 231.* Et † habet electionem fori *Carleual. de Iudic. lib. 1. disp. 2. n. 561. Nact. cons. 90. n. 7. Menoch de Arbitr. cas. 66. Thesaur. decis. 177. n. 1.* qui *Carleual.* ait iure quidem: quoniā † paupertas presertim
89 inuoluntaria maxima est miseria, facitque homines maximis miserijs obnoxios *Isidor. in cap. pauper. 11. q. 3.* Et pauper
90 † dum non habet quod offerat non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Vide dictum *Carleual. loc. pracit.* vbi remissiuè multa refert paupertatis priuilegia. Et *Couarr. pract. quæst. cap. 6. n. 3.*
91 *vers. 2. subsequitur casus*; † apertiùs tenet, fori electionē pauperē habere; vbi ampliat
92 † etiam si sua culpa in miserū statum peruenerit, quia priuilegium hoc alteri nō infert graue præiudicium, cum in
93 Curia † non tantum actori pauperi, sed & reo diuiti iustitia ministranda sit, quare ex hoc priuilegio alteri res propria haud aufertur, nec ius ad rem sibi quæsitum: qua ratione ex multis scripsit *Couarr. lib. 2. Var. resol. cap. 16. n. 9.* & falsā esse tenet *Iserniæ opinionem*. & in dicto *tract. pract. quest. cap. 6. n. 13.* con-

H cludit

94 cludit dicens *Et ideo* † *pauper habebit hoc priuilegium etiam si in paupertatem culpa propria inciderit*, quæ opinio tempe- randa venit per ea quæ in *detto cap. 16*. per dictum *Couarr.* fuere tradita, & idem *eodē tract. dicto cap. 6.* hoc etiam refert.

95 Quibus † addo cedétes bonis audiri nequeunt, nisi carceribus mancipentur, ex dispositione earumdem literarum Viceregiarum commis-
96 sionis; quo † casu cum sint carcerati, hoc etiam capite, isto gaudent priuilegio. *Menoch. de Arbitr. cas. 66. num. 17. Carleual. dicta disp. 2. nu. 169.*

97 Scias autē, quod vt pauper possit eligere forum, sufficit summaria quædam paupertatis probatio, sicut minoris ætatis, aliarumque qualitatum, quarum ratione potest quis ad Curiam vocari, etiam si dicta probatio parte non citata facta fuerit, modo fiat ex mandato Iudicis. *Couarr. dicto cap. 6. n. 3. vers. 2. subsequēns casus quæstio. practic. fol. mihi 77.* Verū
98 † quis censendus sit pauper, est arbitrariū Iudici *Menoch. de Arbitr. cas. 65. lib. 2. Tusc. lit. P. concl. 160. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num.*
99 562. Et quomodo † probetur paupertas vide *Mascard. de probat. concl. 1159. n. 13. Tusc. lit. P. concl. 162. Viuius decis. 454. n. 5. Barbos. in l. si constante 25. in princ. n. 63. & 64. ff. sol. matrim.*

100 Et nota hic † quod hæc causa cessionis bonorum ex quo est miserabilium personarum, est inappellabilis vt cauetur *per Rit. 133. vbi etiam Mur. num. 27. & super cap. rit. 190. num. 15. de Grost. in constit. Pragm. Comitis Cast. i §. 40. n. 7.*

101 Aliæ † miserabiles, vt viduæ, pupilli, & si sint diuites, an gaudeant hoc priuilegio forum eligendi? quod non dixit *Innoc. in cap. significan-*
102 *tibus de offic. deleg.* Sed † contrarium est veriùs *Castill. decis. 48. in add.* contrariumque seruatur, quam obseruantiam etiam refert *Mang. in add. nouiss. ad Bart. in dicta l. vnica C. quand. Imper. int.*
103 *pupill. & vid.* vbi affert † rationem quia est priuilegium personis concessum, quæ, licet sint diuites, tamen gaudent priuilegio, sicut in beneficijs, & restitutionibus. ita etiam tenent. *Nouell. de dote part. 9. priuil. 12. Rola. cons. 76. num. 4. vers. quia respondetur lib. 1. Gratian. de scept. for. cap. 182. n. 3* & alij per *Barbos. de appellat. verb. vtriusq; iuris signifi.*

appell.

appell. 152. *n.* 6. *Carleual. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7. *n.* 541. *& seqq.* qui quinque rationibus hanc defendit opinionem, dicitque veriorem, & communem eam esse.

104 Et † nō solum hoc gaudent priuilegio agendo nomine tantum proprio, sed etiam si agūt iure cesso. Affl. in cōstit. statuimus, & refert *Vrsill. ad Affl. decis.* 252. *n.* 7. *Intrigl. sing.*

105 101. *lib.* 2. *& ibi Conuers.* nisi † appareret cessionem fuisse in fraudem *ibid.* tam ex causa onerosa quam lucratiua. *Carleual. de Iudic. lib.* 1. *disp.* 2. *n.* 615. *Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *cas.* 66. *n.* 35. sentit etiam *de Iser. in dicta constit. statuimus vers. item quid si vtatur iure cesso* latè *ibid. Afflict. n.* 25. *& Tappia n.* 23. *vers. amplia sexto* vbi citat *de Franch. decis.* 195. Percipitur etiā ex dispositione Pragmaticæ Domini Ducis Montisalti §. 4. *circa finem ibi* (*Dechiarando però non includere nel numero delle dette donationi quelle che si fanno à persone priuilegiate ad effetto di poter extrahere, e conuenire nella Gran Corte li non priuilegiati acciò possino in detto Tribunale più facilmente ottenere quello che se li deue*) Ergo persona miserabilis etiam iure cesso vtens, & veniens (etiam si cessio sit simulata) gaudere potest dicto priuilegio l. vnicæ. nec habet contra eos locum pœna cōtra fraudulentas donationes per statutum prædictum inflicta.

106 Et ita † seruatur in hac Curia Capitaniali seu Criminali. imo anno 1655. Iudex Criminalis de ordine S. E. per literas sub visione M. R. C. ad instantiā Iudicis Ciuilis huius Ciuitatis fuit notificatus vt iustificaret causam quare cognouerit causas ciuiles ad instantiam priuilegiatarū personarum cessionario nomine venientium, & causas Miserabilis refugij cessionis bonorum, quem Iudicem Criminalem in M. R. C. ego defendi, causam iustificaui stantibus iuribus prædictis, & ex immemorabili consuetudine plene per nonnulla incartamenta probata, & fuit prouisum per dictam M. R. C. quod literæ iustificatoriæ cōseruētur in actis: & aliàs facto & emanato eodem ordine Iudici criminali de anno 1657. 11. Inditione iustificata causa in eadem M.R.C. ab ea iudex prædictus fuit laudatus, & dictum fuit quod seruetur pro ut hactenus virtute literarum dat. Messanæ die &c.

107 Ea præter † cognoscit causam meretricis, quæ persona dicitur miserabilis, non est enim maior miseria, quam Meretricis artibus victum

H 2 quæ-

quærere, *Pascal. de virib. patr. pot. par. 2. cap. 1. n. 99 de Frãch. decis. 233. Viuius decis. 521.* & alij per *Carleual. dicta disp. 2. n. 574.* apud quem de materia. Vide etiã apud *Tap. & Iser. in dicta constit. statuimus.*

108 Quod quidem † priuilegiũ extenditur ad litis consortes. vt notat *Couarr. in pract. quæst. cap. 7. n. 5. in fine vers. Solet autem Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 66. nu. 29. Carleual. dicta disp. 2. n. 626. Capic. decis. 133.*

109 admissa † distinctione dicti *Couar.* & aliorum dicentium, aut scilicet causa sit diuidua, & non extenditur; aut indiuidua, & extenditur, disponitur etiam per Pragm. Comi-

110 tis Castri §. 15. Itaut † in præiudicium litis cõsortium minor non poterit huic beneficio renunciare *Costa in add. ad cons. 4. sui genitoris.* Quæ nam autem sint causæ indiuiduæ. Vide *de Gross. in constit. pragm. super dicto §. 15.*

111 Et denique scias † hoc priuilegium non prodesse vbi agitur de reddendis rationibus. *Carleual. de Iudic. dicta*

112 *disp. 2. n. 651.* Quia † rationes ibi sunt reddendæ vbi administratio gesta est *l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oport.* vbi *Bart.* & alij, & communiter Doctores *in l. hæres absens. 19. §. si quis tutelam ff. de Iudic.*

113 Quinto (redeundo vnde digressi fuimus) potest substituere Iudex Regiæ Curiæ Ciuilis vt dictat dictum *cap. Regis Alfon. 29.* qui in concilijs detinendis sedet sub Iudice Criminali.

114 Sexto omnes Magistri Notarij curiarum, qui solent etiã virtute dicti cap. 29. Regis Alphonsi substituere, & sic vidi semper practicari.

115 Septimo Regius Viceportulanus Oneratorij huius Ciuitatis, Gubernator Magasinerius, Gubernator contrascriptor, & detentor librorum eiusdẽ Oneratorij substituere solent non obstante *pragm. 20. de offic. Mag. Port.* & Ita seruatum fuisse vidi, dum officium Regij Viceportulani administraui per spatiũ quinque annorum, sicque seruatum fuit ante, & post dictam meam administrationem.

116 Et scias, quod Magasinerius, & contrascriptor debent esse personæ naturales Ciuitatum vbi dicta Oneratoria reperiuntur in administratione R. C. diuites, & facultosæ de quibus maneat cauta Regia Curia *ex pragm. 14. §. 23. eod. tit. de offic. Mag Port.* Prædicti sunt officiales, qui in hac Ciuitate substituunt tum ex dispositione dicti *cap. 29. Reg. Alphonsi* tum etiam ex cõsuetudine immemorabili.

SVM-

SUMMARIUM ARB. V.

ARBOR V.

DE TEMPORE QVO EFFICIATVR QVIS CIVIS per habitationem, & de Mansionarijs huius Cathedralis Ecclesiæ Agrigentinæ ad intellectum dispositionis testamentariæ Reuerendissimi Episcopi Agrigentini D. Francisci Trayna celebratæ in actis Notarij Francisci Giardina die 3. Octobris 1650.

1 HÆreticorum erroribus omissis, orationem vtilem, & conuenientẽ esse negari non potest. licet enim Deus ab æterno omnia quæ in tempore facienda sunt statuerit, ea tamen ex præuisa oratione sæpe statuit fieri, quæ successu temporis habenda erat. Omnibus adultis ad salutem necessariam esse clarè ex pluribus scripturæ locis cõstat, præcipuè ex illo *matth. 26.* vigilate, & orate vt non intretis in tẽtationem pulcrè probat. *Castropal. de orat. spec. orar. canon. disp. 1. puncto 3. n. 1. tom. 2.* Ego ipse *tetigi in opuſculo quod ex deuotine impressi titulato modo facile di fare l'oratione mentale.*

2 Et licet † multis modis oratio fieri possit, tamen specialiter ab Ecclesia instituta est oratio quæ diuinum officium vocatur nec immorandum esse in probando illius institutionis conuenientiam, dicit *Idem Castrop. loc. cit. disp.*
3 *2. in princ.* Cum † satis per se nota sit. Quid enim (inquit) aptiùs excogitari poterit ad Deum laudandum, gratias referendas, mentem instruendam, quam Canonicum officium? quod plenum est verbis à Spiritu Sancto dictatis, Sanctorum Patrum sententijs, & exemplis, & tam admirabili ordine dispositum vt inde solum colligi possit Spiritu Sancto inspirante cõposi-

positũ esse; eaque de causâ vocatur diuinum officium, quia nihil eo postulari potest diuinitati congruentius, nihil magis pium, & religiosum, quam ijs precibus Deum laudare, & honorare.

4 Personæ autem † quæ obligantur horas canonicas priuatim dicere, sunt Clerici in maioribus ordinibus constituti, Beneficiati, & Religiosi professi; de Clericis in maioribus ordinibus constitutis nempe Præsbiteris, Diaconis, & Subdiaconis hanc obligationem sub graui culpa habentibus probant *Nauarr. de hor. Canon. cap.7.à n.2. idem Castropal. dicta disp.2.pun. 1. §.1. n. 1. Suarez lib.4. de Orat. cap. 16. n.9* De beneficia habentibus constat *ex concil. lateran. sub Leon. X. sess. 9. de reformat. Curiæ §. statuimus quoque, & ordinamus*, & ex motu quodam *Pij V.* quem refert *Nauarr. summ. c.25. n. 122. & Bonacin. de hor. canon. disp.1.q.5.p.1.* & dictus *Castrop. dicta disp. 2. p. 1. §. 2.* admissa consideratione an fructus beneficij sint pingues vel exigui vt per præcit. Doctores de Religiosis denique dixit *Siluest. verb. Hor. n.3. ac Nauarr. c. 25. n. 96. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 17. n. 6. Bonacin. disp. 1. de hor. can. q. 2. p. 2. à n. 1. cum seqq.*

5 Potest etiam † diuinum officiũ publicè in Choro recitari. Conuenientia autẽ huius publicæ orationis satis est, sic esse ab Ecclesia institutum, & à tempore Apostolorum vsu, & consuetudine approbatum videndum est apud *Suar. lib. 4. de hor. canon.* per otto capita. Et in Ecclesia præceptũ esse diuinum officiũ publicè recitãdi colligitur ex c. vltimo 92. dist. Vbi clerico Ecclesiæ deputato pœna depositionis imponitur, si matutinis, & Vespertinis horis recitandis (idest omnibus horis tã mane quam vespere) ad Ecclesiã non accesserit, est ergo recitandi in Ecclesia diuinum officium grauis obligatio, cuius obligationis congruentia est manifesta. Ecclesia enim non solum intendit officio diuino deuotionem Ecclesiasticorũ promouere, verum etiam totius populi, ipsumque ad deuotionẽ excitare vt dixit *Diuus Thom. opusc. 19. c. 5.* ibi *orationibus, & Psalmis vacare in Ecclesia est quodam opus publicum ad Ecclesiæ ædificationem ordinatum.*

6 Et inspecto † iuris rigore in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, collegiatis, regularibus, & Parochialibus extat obligatio dicendi publicè diuinum officiũ singulis diebus apertè colligitur *ex clem. 1. de cele-*

celebratione Missarum.

7 Verum † ex consuetudine in pluribus Ecclesijs præcipuè collegiatis, & Parochialibus, immo, & regularibus temperatur obligatio publicè recitandi, vt solum pro diebus Dominicis, & festiuis vel alijs

8 solemnioribus sit. Immo † in aliquibus ex toto hæc obligatio est extracta. vt hic Agrigenti quo ad Ecclesias Parochiales ob paucitatem Ministrorum ob quam nō possec deuotè, & decenter diuinum officium recitari. Sed solum in Cathedrali quotidie decantatur mirabili modo, assistentia interpellata, & horis debitis ac ordine singulari in alijs Cathedralibus forsan me-

9 lioribus non vsitato. Olim † enim Psalmodia viginti Canonicorum, & triginta mansionariorum stipendiatorum numero qui quo ad mansionarios à Reuerendissimo piæ memoriæ Fratre Vincentio Bonincontro Episcopo Agrigentino fuerat præscriptus, & iuxta sacrum ritum ac ceremoniale Romanum, maxima populi edificatione decantabatur, prout hodie etiam decantatur. Vnde omnes ferè Episcopi de tali Psalmodia admodum mirati fuere, & in Italia ac extra similem Cathedralem Ecclesiam in hac parte haud vidisse veraciter falsi sunt, non tantum circa ordinem recitandi in Choro diuini officij, sed etiam inspectis Canonicorum Præsbiterorumque vita, & moribus, quibus ad maiorem Dei gloriam, & fidelium edificationē deuotè ac religiosè viuunt

10 Quibus stantibus † Reuerendissimus Episcopus felicis recordationis Don Franciscus Trayna Eminentissimi Cardinalis Rodulfi successor, & Reuerendissimi Episcopi Fratris Ferdinandi Sanchez de Cuellar. (cuius indignus assessor ipse fui) prædecessor, post nonnulla beneficia, quæ huic Cathedrali Ecclesiæ peregit, dictum numerum triginta præsbiterorum in ea cum stipendio descriptorum simili de proprio auxit stipendio decem alios Sacerdotes addendo, qui modò in totum quatraginta numerum capiūt.

11 Et licet † in præfata triginta præsbiterorum numero ob alicuius ex eis mortem nemo recipi ac describi poterat, nisi originarius Ciuis Agrigentinus ex immemorabili consuetudine, præuio tamen examine super moribus cocientia, & cantu gregoriano, Attamen præfatus Reuerendissim. Episcopus de Trayna in eius testamento eidem immemorabili consuetudini adhærendo neminem nisi verum Ci-

uem originarium huius Ciuitatis Agrigenti eligi posse disposuit vt ex tenore sui testamenti celebrati *in actis notarij Francisci Giardina Agrigentini sub die tertio Octobris* 1650. patescit ibi (*eligantur huius Ciuitatis oriundi, & ex natiuitate ac veri Ciues, & non aliundè.*)

Quçquidem dispositio iuris cõmunis dispositioni admodum videtur consona. Nam

12 † valde honestum ac fructuosum est quemlibet in patria sua beneficiari, nec exteros occupari stipendia Ciuium, & æquitatem sapit, vt qui, ex loco est, habetque idoneitatem, præferendus veniat exteris *l. in Ecclesijs. C. de Episc. & cler. Nouar. tract. de grauam. Vassall. n. 2. & 3.*

13 Hinc oritur quæstio † (vt ad materiam nostram terminorum ingrediamur) an scilicet Ciues per habitationem in dicto numero presbiterorum huius sacræ distributionis ascribi, & recipi possint?

14 Scimus † enim dupppliciter dici Ciuem, alter naturaliter nempe, per originem. *l. origine. & l. seq. C. de Municip. & orig. lib.* 10. *l. assumptio in princip. ff. ad Municip.* Alter vero accidentaliter qui multis modis fit nempe habitatione, allectione, priuilegio, & vxoris ductione. *l. si in patria iuncta l. seq. C. de incol. lib.* 10.

15 Ciuilitas † autem per habitationem probatur, si ciuis ostendet se alibi assidue habitasse, seu secundum aliquos per decẽ annos iuxta sententiam. *Accurs. in l. hæres absens §. proinde. verb. debebit ibi item ratione cursus temporis ff. de Iudic. & in l. 2. in verb. constituerint, & in l. 3. in verb. incolas C. de incol. lib.* 10 quem sequutus est *Bald. cons.* 393. *n. 2. vers. si autem appareat vol.* 1. Idem tenet *Ang. cons.* 129. *col. 2. lib. 1. & Paris cons.* 53. *n.* 88.

16 Per decennium † igitur acquiritur domiciliũ, & gaudet talis ciuis priuilegijs Ciuium *Alex. in dicta l. 2. C. de Incol. lib. 10. Rol. à Vall. cons. 79. n. 63. & seq. vol. 2. Ruin. cons. 18. n. 2. & in cons. 61. n. 12. vol. 1. & Alij per Mascard. de probat. concl. 535. n. 6. & seqq. & Castr. cons* 8. *n* 2. *lib.* 1 ait quod habitãs cõtinuo in Ciuitate per decẽ, & viginti annos efficitur ciuis simpliciter, prout qui habitat Romæ per ãnos viginti quinq; efficitur ciuis vt dixit *Socc. cons* 129. *col. 2. lib.* 1.

17 Verũ † alij dixerunt vt non satis sit spatiũ decenij sed id Iudicis arbitrio relinquendũ esse. sũt *Abb. in cap. fin. n. 8. vers. vltimo quæro de Paroch. Felin. in c. dilectus filius il 2. n. 12. vers. primus casus de rescriptis. Dec. cons.* 283. *n.* 12.

Qui

Qui iudex etiam minori tempore decennij arbitrari poterit contractum esse domicilium iuxta loci, & personarum conditionem vt scripsit *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. cas. 86. post. n. 16. vers. ego absolutè.*

18 In hac autem † Ciuitate statutum est domicilium cõstitui per quinquennium ex dispositione priuilegij circa creationem officialium, quod ad verbum retuli *arb. proxima præcedenti n. 40.* iuxta *consuetudinem Ciuitatis Cathanæ 1. tit. de personis creand. official.* quæ est similis *capitulo Regni Regis Alfonsi 501.* per quod disponitur quod Iudices M. R. C. qui debent esse de Vrbe Panormi, Messanæ, & Catinæ debent esse oriundi ex dictis Ciuitatibus ipsi, vel vxores eorum vel per quinquenniũ in dictis Ciuitatibus habitauerint, *de consuetudine vero Syracusarum cap. 1. sub rubrica de Ciuib. & habitator.* requiritur tempus septem annorum, & plus.

19 Quapropter † dum Ciues per habitationem per quinquennium vigore priuilegij huius Ciuitatis ad officia eiusdem Ciuitatis concurrere possunt pari modo obtinere posse videtur, vt ingrediatur in sacram distributionem, & in numero mansionariorum describatur, & recipiatur.

20 Contrarium † tamen verũ esse teneo, imo Ciues per habitationem nec alij, nisi oriundi tantum origine, & natiuitate propria admicti debeãt, exclusis omnino alijs Ciuibus cuiuscumque speciei, sic statutum est ex immemorabili consuetudine prædicta quam manuscriptam legi enunciatam in quadam relatione status huius Episcopatus in contaturia præfati Reuerendissimi fratris Ferdinandi Sãchez de Cuellar Episcopi conseruata.

21 Quæ † consuetudo omnino seruanda est cũ sit altera lex, & actendenda vti ius non scriptum. *Bursat. cons. 370. n. 21.* Et iustitiæ vim habet. *Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 71. n. 6. cum seq. vbi plures cumulat effectus cõsuetudinis. Paris. in cons. 68. n. 3. vol. 3. & cons. 97. n. 30. vol. 4.*

22 Præcipuè † cum hæc consuetudo sit immemorabilis. *Paris cons. 25. n. 61. cum seqq. vol. 1.*

23 De qua consuetudine † legitimè videtur costare, *per constitutiones Synodales nouissimas æditas per præfatum Reuerendissimũ de Cuellar Episcopum Agrigentinum in cap. 11. de Mansionarijs vers. insuper. immemorabili adhærentes consuetudini.* Prædicta corroboratur per dispositionem testa-

mentariam dicti quondam de Trayna Episcopi, qui in electione facienda de decẽ præsbiteris, per eum numero triginta additis, voluit quod eligantur oriundi huius Ciuitatis, & ex Natiuitate ac veri Ciues, & non aliundè, & sic videntur exclusi alij Ciues etiam per lõgissimam habitationem, quia inclusio vnius est exclusio alterius.

Nec obstaret dicere hoc procedere in decem per eum relictis, non autem in triginta constitutis ante regimen dicti Reuerendissimi Episcopi de Bonincontro. Quoniam respondetur etiã quoad triginta prædictos præsbiteros consuetudinem ipsam locũ habere. Imo solum ad illos esse immemorabilem consuetudinẽ patescit, quia decem inde nouissimè fuerunt creati anno 1651. tempore mortis præfati Episcopi de Trayna virtute eius testamenti.

24 Nec modo † disceptatur amplius de dicta consuetudine minus de alia dispositione, sed tantum attenditur testamentaria dispositio prædicti Episcopi de Trayna fundatoris, quia in Cathedrali detento solemniter capitulo fuit in eo conclusum, quod dicti decem præsbiteri, nouiter dispositi, adoptent locum alterius ex dictis triginta ob eius mortem vel alia ex causa vacantem. Stante qva adoptione aliquis locus prædicti antiqui numeri triginta de cætero amplius haud vacare potest, quia adoptatur per primum ex dictis decem, & solum vacare potest locus adoptantis, qui esset de decem dispositis per dictũ Episcopum de Trayna; in cuius locum eligi non potest, nisi alter Ciuis ex oriundis, &

25 ex natiuitate, veri Ciues, & non aliundè, † Quæ quidem testamẽtaria dispositio omnino seruanda est tanquã altera lex. ex regula *disponat testa-*

26 *tor, & fiat lex.* † Nam quoties Ciuibus Originarijs aliquid conceditur, non habebit locum in eo, qui per viginti annos habitauit, quia incola solum afficitur vt refert. *Tusc. concl. 275. n. 17. lit. C.* Et hoc iure vtimur.

27 Quæri etiam posset. Pone † quod Mariti à Terris Baronalibus in Agrigẽti finibus morantes prægnãtes vxores Agrigentum transferunt, quãdiu pariant, sed partu vix edito, ad eorum patriam statim redeunt; Inde natum filium hic Agrigenti Baptizzatũ in statu Clericali educunt, cumque Sacerdotem effectum in sacrã distributionem, & præsbiterorum numerum recipi, & admicti prætendunt, in verorum Ciuium præiudicium.

An

An talis hic natus, & Baptizzatus ad sacram distributionem admitti debeat?

Habui in facto pro Sacerdote, tunc Subdiacono, Don Leonardo Cappallo Cliente contra D. Ioseph de Geraci Terræ montisaperti natum, & Baptizzatum hic Agrigenti, qui intendebat ingredi, & recipi in dictam Communiam, seu sacram distributionem, ipseque de Cappallo instabat pro eius receptione, & exclusione prædicti de Geraci, & tandem seruatis seruandis fuit decisum in fauorem ipsius de Cappallo, & dictus de Geraci fuit tanquam exterus exclusus de anno 1654. die 23. Februarij 7. Indit. per sententiam in contradictorio iudicio latã in hac Curia Episcopali die prædicto, & sic fuit executum.

28 Quamquidem sententiam ritè, & rectè latam fuisse patet: nam licet per Baptismum quis Ciuis fiat, & illius loci origo acquiratur *c. debitum de Baptism. Gonsal. Cancell. reg. 8. Glos. 9. §. 1. d. n. 105. Mascard. de probat. concl. 1146. Giurb. obser. 75. n. 15. Barbos. de Paroch. c. 7. n. 4. 5.*

29 Quod † probari poterit per fidem libri Baptismalis, quæ magna est probatio. *Costa fiscl. cons. 33. n. 4. Mascard. concl. 672. Giurb. dicta obs. 75. n. 15.* vbi alios citat *& n. 24.*

30 Quod † secus esset si fides Baptismalis libri non produceretur, sed quarumdam mulierũ testimoniale parte non citata, nec iuramento receptũ esset, tunc enim de natiuitate aut ciuilitate non constat vt tenet *Giurb. loc. cit. n. 21.* vbi citat *Thor. compend. decis. verb. Ciuis alicuius Ciuitatis ad medium vers. non obstat asserta.*

31 Si quis † itaque in aliquo loco Baptizaretur, vt originariam illius loci haberet Ciuilitatem, requiritur, quod vltra Baptismũ ibi fuerit natus, si vero ibi solũ baptizaretur, & alibi natus fuerit pro extraneo censendus est. *Bart. in l. 1. n. 8. ff. ad Municip.* quem videtur sequi *Giurb. dicta obs. 75. num. 16.*

32 Attamen † prædicta non procedũt indistinctè, sed quãdo tertij præiudicium vel formatum interesse non versatur, tunc simplex ortus vel etiam ex accidenti ciuem illum, & nobilem constituit; si vero de tertij agitur præiudicio (vt in casu quæstionis præpositæ) & tunc tutiùs est contrarium, veritatis rigore inspecto; Ideo in præiudicicium ciuium originariorum huius Ciuitatis, talis sic natus, & Baptizatus ingredi non poterit dictam distributionem.

33 Et licet † etiam natus per transitum ex accidenti citra frau-

fraudem Ciuis fiat vbi nascitur. *Gratian discept.* 75. *&* *Rouit. tit. de* immunit. *Neapol. pragm.* 1. *n.* 9. *ad finem.* Con-
34 trarium † tamen refert opinionem. *Ceuall. comm. quaest.*
35 458. à qua † opinione in iudicando recedendum nõ esse voluit *Bess. in cons.* 18. 113. quem refert *Giurb. dicta obs.* 75. *n.* 20.

36 Igitur † multo fortius in casu nostro vbi semper videtur induci fraus contra ciues veros originarios. Si quis enim in fraudem baptizzaretur in loco, vt acquireret illius loci originem iudicandus erit extraneus, nec diceretur ciuis in praeiudicium aliorum. *Gonsal. in reg.* 8. *cancell. Glos.* 9. §. 1. *n.* 18. *iuncto n.* 113. *Gratian. discept. for. cap.* 75. *n.* 17. *Giurb. obs.* 76. *n.* 10. vbi hanc tenet opinionem, & multis eam defendit rationibus Maximè
37 † si pater alibi haberet domicilium, & originem, filius enim sequitur originem patris *Rot. Roman. apud Oliuer. decis.* 479. *n.* 19. Nec obstaret matrem hîc habere originem.
38 Quia † filius matris originem non sequitur. *Affl. decis.* 384.
39 *n.* 4. Et † casu quo filius hîc originaliter natus ratione propriae originis, & non maternae subiret munera, hoc tamen verum esset si parentes hîc constituerint domicilium non autem transeundo, vel si animo hîc non permanendi commorauerint, mater hîc pareret filium, & postea reuerteretur ad domum, vel domicilium mariti, nã filius tunc hîc natus non subiret munera, quia alibi haberet domicilium *Glos. in l. filios l. de Municip. & orig.* Et *Glos. in l. assumptio* §. *filius in verb. domicilium ff. ad Municip.* ait quod natus in Ciuitate in omnibus subit munera ratione sui originis vel manumissionis, vt ibi, nisi habeat alibi domicilium, quia tunc nihil subit oneris, vel honoris, & allegat dictam *l. filios C. de Municip.*
40 *& orig.* Vnde † dicta *Glos.* intelligit dictam *l. filios* vt Ciuis originarius praeferatur alteri Ciui, nisi Ciuis originarius alibi habeat domicilium. *Affl. decis.* 384. *n.* 2. *& n.* 3. ait quod ista est melior authoritas, quae potest haberi in ista materia,
41 quia est authoritas Glosè, † quae omnes alias authoritates antecellit, quando Doctores communiter non concludunt contra eam. vt ait *Iacob. Butr. in l.* 1. *C. qui pro sua iurisd. &* dicit *Bald.* quod in iudicando nunquam recedas ab opinione Glosè, *in l.* 1. *ff. de Senatoribus* & dicit idem *Bald. in l. quanquam C. de sentent. quae sint cert. quant.* Quod in magnis dubijs semper est attendenda,

& te-

& tenenda opinio Glosę. Cui addo in pũcto *Affl. decis. 384.* vbi quærit † vtrum ad hoc vt quis dicatur Ciuis Ciuitatis Neapolis & gaudere debeat priuilegijs, & immunitatibus Ciuitatis prædictæ sufficiat esse natum in dicta Ciuitate Neapolitana licet habeat domicilium extra ipsam, puta in prouincia Calabriæ, vel requiratur quod habeat etiam domicilium in illa Ciuitate in qua est natus, maximè quãdo sui antecessores semper habuerunt domicilium non in dicta Ciuitate Neapolis sed extra? & respondendo defendit contrarios impugnando quod non sufficit quod sit natus in Ciuitate sed requiritur, quod ibi etiam eius parentes constituerint domicilium.

Secundo magis in puncto *Alb. in cap. Rodulfus n. 9. de rescript.*
43 Vbi dicit † quod est dubium notabile verũ natus in aliqua Ciuitate ex parentibus qui non constituerunt ibi domicilium, sed erant transeuntes vel ad tempus trahebant ibi moram dicatur Ciuis illius Ciuitatis? & dicit quod non, assignans rationem quia oportet ad hoc vt acquirat ciuilitatem quod parentes constituerint ibi domicilium, & dicit quod est dictum singulare, & semper menti tenendum.

Tertio etiam in terminis *Bart. in l. filios C. de Municip.*
44 *& orig.* vbi concludit dicens. Ad hoc ergo vt quis ratione propriæ originis sequatur locum, oportet quod sit natus in aliquo loco in quo parentes constituerunt domicilium nec erãt ibi tanquã trãseũtes.

Quarto etiam adest *Boer decis. 13. n. 49. & Bart. idem dicens in cons. 172. n. 5. lib. 1.* Vbi quod licet filius rustici
45 commorantis in districtu Ciuitatis natus fuerit in Ciuitate non dicitur per hoc Ciuis originarius, quia ex eo quod natus ex patre rustico, & comitatensi cẽsetur ascriptitius, & patris sequens conditionem & non attenditur origo Natiuitatis, *& n. 51. dictus Boer.* sequitur † dicens originarius
46 enim non dicitur quis loci in quo natus est transeundo.

Quinto *Paul. de Castr. in l. huiusmodi §. legatũ ff. de leg. 1. vers. idẽ Nota* tenet q. Bononiæ per statutũ nullus Doctor possit esse de collegio Iuristarum vel Medicorum nisi sit originarius Ciuis, quod si mater casualiter abest, si ibi parit certè fingitur natus in Ciuitate vbi mater fingitur esse. Sic ergo à contrario sensu.

Sexto *Felin. in cap. Rodulfus sub n. 23, & seq. vers. hanc conclusionem de rescript.* asserit se ita de facto vidisse in se ipso obser-

obseruari Ferrariæ, in qua extat dictum statutum prout Bononiæ, & dicit quod, si aliquis est natus in aliqua Ciuitate ex parentibus, qui non constituerunt ibi domicilium sed erant transeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram, non dicitur Ciuis illius Ciuitatis, & hanc defendit opinionem.

Septimo *Mascard. deprobat.*
47 *concl. 1146. n. 5.* Vbi † limitando illam conclusionem, nempe quod origo alicuius ex Vrbe aliqua ex eo probatur quod in ea natus sit vt sancitum est in l. Ciues C. de incol. lib. 10. dicit locum sibi non vendicare in origine fortuita, vt si in Ciuitate aliquâ sit quis natus ex parentibus qui non constituere ibi domicilium, sed transeuntes erant vel ad tempus ibi moram trahebant, nam tunc ibi natus illius Ciuitatis ob hanc originem fortuitam Ciuis non probabitur.

48 Ottauo ex nostratib; *Giurb. obs. 76. n. 1. 2.* dicit natiuitate sortiri quemlibet ciuilitatẽ loci, vbi natus est ex dicta *l. Ciuis C. de. Incol. lib.* 10. nisi casu, & transitu nascatur cum mulier tenderet aliò, nec dicitur propriè illius loci vbi natus est, sed loci quem petebat, & vbi pater proprium haberet domicilium, ac si in ea natus videatur.

Nono denique etiam ex nostratibus adest *Nepet. in consuet. Cathin. tit. 2. de perf. offic. creand. consuet. 1. n.* 138. qui quærit an in Ciue nato in Ciuitate per transitum vel à casu habeat locum illud statutum, & respondet quod non quia non dicitur Ciuis illius Ciuitatis Idem tenet *Ripa de pest. tit. de priuileg. contra caus. pest. n. 181. & 183. Bart. Ias. Plate. Marz. Leon. Honded Bello Valen. Gramm. Menoch. Bott. Fanut. Ceuall. & Sanchez. relati per Giurb. dicta obser. 76. n. 2.* vbi reprobat *Gratian. discept. for. cap. 15. & Caldas contrarium opinantes, & mihi vt ipse testatur.* Idem tenent *Petr. Cyn. Nicol. Bald Ang. Alber. & alij per Mascara. de probat. concl. 1146. n. 5.* qui etiã citat *Dec. in l. hæres absens §. proinde ff. de iudic.* vbi hoc intrepidè determinat dicens hanc opinionem esse communem secundum *August. de Arim. in dicto §. legatum l. huiusmodi ff. de leg. 1.* Idem etiam tenent *Vinius, Imol. Cuman. & Alen. citati per dictũ Nepet. in consuet. Cath. consue. 1. n. 138. de materia vide Barbos. de potes. Epis. alleg. 4.*

Prædicta sine difficultate procedunt in casu præpositæ quæstionis stante dispositione testamentaria præfati Reuerendissimi Episcopi de Trayna

qui

qui voluit vt eligantur Ciues huius Ciuitatis oriundi, & ex natiuitate, ac veri Ciues, & non aliundè.

49 Dixit † *oriundi, & ex natiuitate*, vt excludatur origo patris, quam filius sequitur *ex Oliuer. Rot. Rom. decis. 179. n. 19.* admictens solum oriundi origine propria stante illo verbo (*ex natiuitate*) quia natiuitate sortitur quilibet Ciuilitatem loci, vbi natus est. *Text. expressus in l. Ciues C. de Incol lib. 10. & l. 1. vbi Bart. n. 2. ff. ad Municip.* & alij per *Giurb. obs. 76. n. 1.*

Nec valet dicere voluisse prędictum Reuerendissimum Testatorem vt eligantur omnes oriundi alterius speciei, & sic vt eligantur etiam Ciues originarij origine parentum, sicut etiam originarij origine propria. Quoniam respondetur Testatorem prima verba copulasse cum sequentia; dixit vt eligantur *oriundi*, illico subiungens per eumdem sermonem, *& ex natiuitate* cum

50 copula, &, † quæ est coniunctiua, & copulatiua. *Vt in l. si quis ita stipulatus ff. de verb. oblig. l. si hæredi plures ff. de Condit. instit. l hæredi §. Caio ff. de fund. instruct. & Menoch. cons. 225. num. 59. & cons. 435. nu. 12. & præcisè in cons. 497. num. 17.* vbi quod subsequentia nectit antecedentibus. Quasi dixisset oriundi origine propria ad excludendum oriundos origine parentum.

Posset etiam interpetrari dicti Testatoris voluntas, vt admictendi, & eligendi non tantum sint, & esse debeant Ciues natiuitate, & origine propria, sed etiam origine parentum saltem patris, & sic filij patris originarij huius Ciuitatis stante dicta copula, &, quia per ly, oriundi, consideratur patris origo, & per ly, ex natiuitate, consideratur origo propria, & vtrumque verbum fuit coniunctum cum copula, &, quasi duo copulatiuè requirantur vt quis possit eligi, & recipi in numerum Præsbiterorum dictæ distributionis, quod scilicet sit natus in hac Ciuitate, & proueniat à patre etiam in hac Ciuitate nato, nec requiretur matris origo; cum de Iure ex persona matris, aut auiæ Ciuilitatem quis non acquirat, sed solum ex propria, vel patris persona. *L. 1. l. assumptio §. filius ff. ad Municip. l. filius C. de Municip. lib. 10.* & alij per *Giurb. obser. 75. nu. 23.* quia filius matris originem non sequitur *vt dixi num. 38.*

Nec posset dici ly, oriundi esse nomen demonstratiuum respiciens aliud nomen

men subsequens, nempè, ex natiuitate, quia hoc procederet si inter vnum, & aliud verbum non interfuisset copula, &, sed dictum fuisset oriundi ex natiuitate, secus est in casu nostro stante dicta copula, &, stante qua videtur dispositio diuersæ significationis, quòd scilicet eligatur oriundus origine patris, & ex natiuitate, idest, & oriundus origine propria si enim idem esset ly *oriundi*, & ly, *ex natiuitate* ad essent verba frustatoria, & entia non debent multiplicari sine necessitate.

52 Supradicta proxima interpetratio mihi videtur nimis stricta, & odiosa: Propterea Ego teneo dicta verba sic interpetrari debere, nimirum vt eligantur Ciues originarij ex natiuitate, & origine propria vt puta nati in hac Ciuitate, licet eorum parentes Ciues essent non oriundi, sed per accidens dummodo hic verè constituissent domicilium ante partũ, vel in ipso partu hic inde semper commorassent de domo, & familia sine fraudis suspicione, non obstante dicta copula, &, cum sit posita inter duo verba idem significantia quo casu non dicitur inter diuersa posita, sed declaratiuè pro, *Idest*, nempè eligantur oriũdi idest ex natiuitate. *Ex Bart. in l. 1. ff. de Iustit. & Iur. Ias. & alij ibid. Felin. in cap. ex parte il primo nu. 92. vers. copula citatus per Barbos. de diction. vsufr. dict. 93. n. 26. & Surd. in cons. 315. n. 19.*

51 Amplius † Testator subiunxit, *ac veri Ciues* post dicta verba, *& ex natiuitate*, ad excludendos totaliter Ciues per accidens: cum veri Ciues sint Ciues originarij. *Bald. in l. 3. §. hac verba ff. de neg. gestis: Anchar. in cap. statuto num. 357. de constit. Alex. in cons. 160. num. 2. & 5. Boer. decis. 3. nu. 24. Giurb. obser. 78. nu. 3.* Et quia † Ciuis originarius multis modis fieri potest: vt ex *Ruin. cons. 48. nu. 1. & 2. Sanfilic. decis. 74. nu. 1. Menoch. de Arbitr. cas. 184. à nu. 5. Hondéd. cons. 5. nu. 1. & Cephal. cons. 451.* nempè origine paterna, vel origine propria vt dictum est, aut per ductionem vxoris: ex *Giurb. obs. 18. n. 2. per totam.*

53 Ea propter inter ly, *oriundi*, quod est quodam Ciuium genus, & ly, *ex natiuitate*, quod est species posuit testator copulam, &, quæ † quoties ponitur inter genus, & speciem censetur posita declaratiuè pro *idest. Barbos. de diction. vsufr. dict. 93. nu. 27.* vbi citat *Cened. sing. 50. num. 6. & alij per eos.*

Nec

54 Nec obstant † DD. tenētes per solam natiuitatem acquiri originē etiam à casu, & transeundo, quia respondetur cōtrariam esse communem opinionem vt testatur *Dec. in l. hæres absens §. proinde ff. de Iudic.*

55 Et dato † sed non concesso illorum opinionem in aliquo procedere; tamen hoc esset si parentes post fortuitam natiuitatem filij cōstituerent domicilium in loco vbi mater peperit, & non reuerterent amplius ad locum eorū originis, & domicilij: vt conciliat hinc inde opiniones. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 384. quē sequitur *Nepet. in consue: prima Cathan. tit.* 2. *n.* 138. Vel si cum natiuitate concurreret conceptio nempe quod sit conceptus, & natus in loco, vbi prætenditur acquiri originem ex propria natiuitate; vt has opiniones conciliando dicit *Mascard. de probat. cōcl.* 1146. quem etiam refert *Nepet. dicto n.* 138.

Aliam meliorem adducit conciliationem *Giurb. obser.* 75. *n.* 13. dicens quod, si tertij præiudicium, vel formatum interesse non versatur, tunc simplex ortus, vel etiam ex accidenti ciuē illum cōstituit: Si vero de tertij agitur præiudicio tunc tutiùs erit contrarium veritatis rigore inspecto.

In casu autem proposito de præiudicio tertij clarè cōstat; quia, si iste talis hic natus à casu admitteretur in numerum Præsbiterorum sacræ distributionis, excluderetur verus Ciuis originarius cum graue eius præiudicio, & interesse: quia amitteret panem quotidianum, cum prouentus, & fructus ipsius sacræ distributionis ad centū argentea ducata de moneta huius Regni Siciliæ, & plus quolibet anno pro quolibet Sacerdote ascendunt.

56 Et valdè † honestum, ac fructuosum est quemlibet in patria sua beneficiari, nec exteros occupari stipendia Ciuium, æquitatemque sapit, vt, qui ex loco est, habetque idoneitatem, præferendus veniat exteris. *L. in Ecclesijs C. de Episc. & Cler. ex Nouar. tract. de Grauamin. vassall. nu.* 2. *&* 3. vt dixi *supra nu.* 12. Iustè igitur, & rectè lata fuit dicta sententia in fauorem dicti de Cappallo clientis cōtra illum de Geraci Terræ Montisaperti. Et ista ego semper iudicarem si Iudex essem.

57 Et scias quod † natus in Burgo, seu Rabato huius Ciuitatis dicitur in hac Ciuitate natus, ita vt possit dictam sacram distributionem ingredi tanquā oriundus verus huius Ciuitatis. *Ex Abb. in cons.* 52. *n.* 6.

nu. 6. lib. 2. dixi Arb. 1. n. 23. & faciunt quæ tetigi *Arb. 2. à n. 58. cum seqq.*

58 Sed † an recedente Ciue cum tota familia ab hac Ciuitate loco originis, originaria Ciuilitas amictatur?

Videtur negatiuè respondendum cum ciuilitas originaria sit immutabilis *L. origine, & l. fin. C. de Municip. & orig. lib. 10. Bart. in l. fin. ff. de Municip. Boniortus inter consilia Luna cons. 6. nu. 102.* Quia Ciuis naturaliter dicitur per originem. *L. assumpto in princ. ff. ad Municip. Socc. in cap. 11. vltim. n. 52. de foro compet.* Et est quodammodo patriæ hypotecatus; ac ideo, quod nunquam possit desinere quin sit Ciuis, est opinio *Caphal. cons. 451. nu. 125. Decian. cons. 44. lib. 4. Mut. ad consuet. Pan. cap. 30. n. 9. & 10.*

59 Contrarium † tamen veriùs est in casu nostro; nam, licet aliqui putent Ciuilitatem originariam nunquam mutari, eo quia dicitur natura prouenite, perinde immutabilis sit.

60 Nihilominus † Surd. inferiùs citandus, qui in eodem casu consuluit post Rolan., respondet verum esse naturalia mutari non posse, ne ille talis desinat esse originarius, sed quoad effectum iuris non esse dubium, quod habetur, ac si nõ esset Ciues, vna vice quod Ciuitatem, vnde originem ducit, cum tota familia deserat, & alibi domicilium suum constituat. *Surd. in cons. 313. ante n. 55. & n. 69. vers. vnico tamen verbo.* Et melior quã omnes *Honded in cons. 5. n. 43. lib. 1.* quos sequitur *Cutell. decis. 33. sub nu. 9.* vbi viginti octo patres citat *tom. 2.* Vbi ait quod in Ciue originario recedente cum tota familia à loco originis ad habitandum alibi magis communis opinio Doctorum est, quod amictat effectum Ciuilitatis, & de Iure habeatur pro non Ciue. *Surd. dicto cons. 313 nu. 6. & per tot.* qui respondet *Caphal. & Deciano locis præcitatis.* Tenet etiam *Gratian. discept. for. cap. 559. nu. 33.* vbi respondet eidem *Caphalo* dicens. Et si Cæphal. ibi dicat, quod nõ est necessaria habitatio in Ciue originario, tamen hoc intelligi (*dicit dictus Gratian.*) quando alibi domicilium nõ constituit; nam, si constituit, amictit illud originis.

61 Vnde, † si non constat de animo manendi, nunquam amictitur forus originis esto quod alibi longissimo tempore etiam si per mille annos habitauerint; nam semper isto casu retinetur domicilium originis vt post multos declarat *Surd. in cons. 553. n. 21. & 22.*

vol.

vol. 4. *& conf.* 560. *n.* 7. *&* 8. *eod vol.*

62 Si verò † constat de animo permanēdi, quod multis modis constare poterit. *vt dixi Arb.* 1. *à nu.* 77. 81. *cum seqq.*

63 Et adesset † cursus decennij, non est locus remissionis fori prætextu originis, vel domicilij. *Mut. super cap. Reg. Ioan.* 22. *nu.* 9. *& super Pragm. tit.* 10. *de foro compet. lib.* 2. Idem *in decis.* 81. *nu.* 8. vel saltem per sex menses prout disponi-

64 tur *ex cap Reg. Alph.* 72. † nimirum originarius cum familia habitans in alio loco per sex menses perdat priuilegia, & forum originis. Refert etiā *Boniorn. inter consil. Lunæ cons.* 6. *n.* 3. *in add. ad n.* 101. Quod quidem cap. Regni seruari debet etiam in Curia Ecclesiastica cum sit conditum per tria brachia Demaniale, scilicet, Militare, & Ecclesiasticum vt dixi alibi. Prædicta autem intelligas vt vltra habitationem interueniat etiam animus constituendi domicilium, & non aliter *vt dixi supra in n.* 61.

65 Ratio † prædictorum est, quia originaria ciuilitas (quoad eius effectus) per domicilium alibi constitutum amictitur. Hoc est, iste Ciuis amittit priuilegia Ciuitatis originariæ. *Sanfilic. decis.* 74. *lib.* 1. *Galupp. in prax. nouis. tit. de excapt. par.* 2. *cap.* 6. *nu.* 66. *in fin. Bertaz. in cons.* 124. *nu.* 7. & alij *per Lun. in cons.* 6. *ad n.* 102. *Boniorni.*

66 Et scias quod natus ex patre Ciue dicitur Ciuis licet nascatur casualiter ruri, vel alibi vt in n. ... *ex Paul. de Castr. in l. huiusmodi §. legatum ff. de leg.* 1. *vbi etiam Ias. qui multas refert decisiones, & idem tenet in cons.* 77. *lib.* 3.

67 Si vero † Ciuis originarius ad patriam redire velit, & in effectu redit animo hic permanendi, & domicilium cōstituendi; an ciuilitatem reacquirat? Responde quod sic. Quoniam, licet ciuilitatem acquisitam per accidens amittat, originariam tamen vbi habitum accedit reacquirit. Sic Consului in Ciuitate Nari pro illa sacra distributione, seu cōmunia in fauorem cuiusdam Præsbiteri originarij Ciuis illius Ciuitatis ob eius reditum in dictam Ciuitatē. *Ex Paul. de Castr. Dec. Cur. & Cagn. in l. cum quadā puella, & Rimin. Sen. n.* 6. *de Iurisd. omn. Iud. Rimin. Iun. in cons* 353. *n.* 154 *& seq. & Cut. decis.* 35. *n.*

68 6. *& n.* 13. *tom.* 2. Vbi † assignat rationē quia de facili res redit ad pristinam naturam.

Prędicta scripsi in fauorem Reuerendorum Præsbiterorū mihi Conciuiū, vt de cetero in eorū iuribus se tueri posset.

SVM-

SVMMARIVM ARB. VI.

Index

gis

gis vinco tē num. 61.

Priuilegia creditorum ex causa succursus, & terragij contra burgenses n. 62. ad finem.

Burgensis animalia transferre non potest propria, & dominorum sine illorum consensu n. 63.

Pœna officialibus non remittentibus requisitis burgensis fugitiuos imposita ex pragmatica qua sit n. 64.

Burgensis vt in aliqua Ciuitate recipiatur quid facere debeat n. 65.

Burgensis ab eius massaria frumenta nec vt dicitur gregni transferre potest nisi soluto debito succursus, & terragij n. 66.

Et Bordonarij seu muliones frumenta prædicta trasportantes incidunt in pœnā n. 67.

Burgenses debitores eorumq; insolidum obligati nulla dilatione aut priuilegio gaudent n. 68.

ARBOR VI.

DE DILATIONE BVRGENSIBVS CONCESSA virtute Pragmaticæ Domini Marchionis de los Velez olim Proregis huius Regni ad intellectum §. 10. eiusdem Pragmaticæ tom. 3.

VNũ ex necessarijs pro vitæ hominum substantia est victus, qui è seminerio cum percipiatur, illud ad Regni conseruationē, Regnicolarum commoditatē, & Regiæ Curiæ vtilitatem, importantissimũ esse patescit, experientia docet: Vnde pro eius cōseruatione à (piæ memoriæ) Domino Marchione de los Velez, olim in hoc Regno Prorege pijssimo condita fuit *Pragmatica dat. Pan. die 10. Octobris 15. Indit. 1646.* per quam in seminerij beneficium non nulla fuerunt cō-cessa priuilegia, quorum vnũ est, quod facit ad nostrā terminorum materiam tenoris vt sequitur.

§. 10.

1 *Similmente ordinamo che tutti li Borgesi, & altre persone le quali di man propria col trauaglio di lor proprie persone tantum nel Val di Mazzara seminaranno salmi quattro trā-*

fro-

fromento, & orgio, pur che le due terze parti siano di fromento: in quel di Noto salmi tre, & in quel di Demone salme due, ma però nelle terre ammaesate da essi almeno di due arati, nō possino dal primo d'ottobre fino all'ultimo di decembre, che sono li soliti mesi del seminare, e dal primo di Giugno insino a mezzo Agosto che sono del raccogliere, esser molestati de persona tantum. ne anche le loro Buoi, Vacche aratorie, bestie, & stigli per uso di Massaria per qualsiuoglia debito priuiligiato che che fosse etiam Dio della Regia Corte, e Bullale; non intendendosi peró per li debiti di soccorsi, e Terraggi, che douessero, respetto alle quali si osserui quello stabilito nelli seguenti paragrafi.

Ex qua quidē pragmatica burgensibus dilationem ad menses quinque, & dies decē & nouem concessam fuisse legitur, nempe ad dies nonaginta duos tempore seminerij & ad dies septuaginta septem tempore recollectionis: Verū, vt ea burgēses gaudere possint, aliqua seruare tenentur.

2 Primò opus est vt seminerium faciant proprijs manibus, cùmque labore suarum propriatum personatum, sic videtur pragmaticam dictare ibi in principio, *le quali di man propria col trauaglio di lor*
3 *proprie persone*. Vnde † videtur electa industria personæ, & ideo per alios terram colere nequeunt, si dilatione gaudere intendunt. non obstante regula, quòd qui per alium facit, per se ipsum facere videtur *reg. 72. de regul. Iur. in 6.* Quoniā dicta regula, vbi electa est personæ industria, non procedit *l. vna §. ne autē C. de Caduc. tollen. Dyn. in d. Reg. 72. qui p aliū facit.* Igitur per alios terrā colentes dicta dilatione gaudere haud posse videntur.

4 Contrarium tamen † verū esse puto. Immo dico hac dilatione vti, fruique posse, qui per aliorum manus terram colunt. Et probatur ex *reg. pracit. 72. de reg. Iur. in 6.* nimirum qui per alium facit perinde est ac si faceret per se ipsū. Neq; hoc in casū videtur electa industria personæ nam † causa finalis pragmaticæ nō fuit, nisi vt seminerium manuteneatur, & conseruetur prout ex præfatione dispositionis prædictæ pragmaticæ
6 colligitur: Præfationes † enim probant causam finalem dispositionis *text. est in l. fin. vbi Bart. ff. de hared. instit. cum concord. de quibus per Barbat. cons. 1. in 2. col. vol. 3. & Petr. de Greg de censibus quaest. 3. n. 2.* Sed hæc causa finalis verificatur in Dominis per alios terram colentes. igitur, & ipsi etiam dicta gaudēt di-

 latione

7 latione. Nam causa † finali statuti non cessante, nec eius effectus, nempe dilatio, cessare debet vt dicam *Arb.* 8. *verf. fraus. autem & Dolus n.* 77. 78. *& dicam hic infra.* Quia regula, cessante causa, cessat effectus, locum sibi vendicat, quando causa finalis cessat (quod non est in casu nostro) *Anchar. cons.* 47. *n.* 4. *Tusc. concl.* 137. *n.* 14. *lit. C. Mantic. decis.* 131. *n.* 4. *Barbos. Axio.* 40. *n.* 5. *Sanch. in pracept. Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 42. *tetigi Arb.* 1. *n.* 66. & hic n. 29.

Nec obstaret asserere pragmaticam loqui de burgensibus, & sic propriè intelligendum esse de ipsis burgensibus, qui non sunt. ipsi domini. Quoniam duppliciter respondetur, Primo ex verbis eiusdem pragmaticæ, quæ nō solum mensionem facit de burgensibus, sed subiungit, & aliæ personæ ibi. *Che* tutti li borgesi, & altre persone. Quæ verba aliquid operari debent, ergo loquitur, & de Burgēsibus, & de dominis, qui per alienas manus terrā colūt.

8 Secundo † respōdetur etiā ipsos dominos esse burgenses, nam cultores dicuntur domini per alios terram colentes. *Glos in verb. cultores in l. fin. C. quod cum eo qui in alien. pot.*

Minus obstant illa verba pragmaticæ ibi. (*di man propria*) quia in seminando non fit actus præiudicialis, sed fauorabilis, etiam si per aliorū manus seminetur, cum hoc medio victum quæratur, humana natura substentetur, & rei publicæ maxima fiat vti-

9 litas Et in actibus † non præiudicialibus, quæ proprijs manibus fieri debere leguntur, per alienas manus fieri non prohibētur, sed per aliū fieri possunt *Text. in clem. vnica §. præfatis itaque in fin. de iureiur. Card. in ead. clem.* 1. *quam sequitur Felin. in cap. licet ex quadam n.* 1. *post medium de testamen.* Et quæ in dispositione mandantur proprijs manibus fieri debere, per alium fieri possunt *dicto §. præfatis itaque in fin. & Glos. in c. cum Episcopus in verb. capere idest capi facere de offic. ordin. in* 6.

10 Illaque † verba (*col trauaglio di lor proprie persone*) interpetrātur de tertia persona, nā verba denotantia propriā personā aliquādo (*vt hic*) interpetrantur de tertia persona, vt sufficiat. *Glos. quam sequitur Felin. in c. veniēs n.* 1. *post mediū vers. & scias quod de cognat. spirit.* quos refert, & sequitur *Frāc. Leo. in Thes. for. Eccles. par.* 2. *de spōsal. & matr. c.* 24. *n.* 67.

11 Nec obesse potest quod dicitur in cognatione spirituali † quæ cōntrahitur in actu baptismi, vbi doctores quærunt, An pro-

procurator baptiſmo pro alio interueniens, principali vel ſibi cognationem ſpiritualem acquirat? &,licet aliqui teneāt nec ſecum, nec cum mandante, alij vero teneant quòd ſecum non autem cum mandante ſpiritualis cognatio cōtrahitur. Secundum *Bart. in l. Gallus* §. *forſitan n.* 2. *ff. de liber. & poſt.* quem ſequitur *Roman. ſing.* 54. tenet etiam *Ias. in dicto* §. *forſitan n.* 15. *&* 16. & dicit eſſe communem opinionem *Sylueſ. in verb. matrimonium* 8. *q.* 7. §. 14. *ſot. in* 4. *ſent ent. diſtinct.* 42. *art.* 2. *col. vlt. & Card. Tolet. de iſtructio. Sacerd. lib.* 7. *c.* 4. *verſ. hinc fit tertio.* Qui rationem aſſignat, quia ad contrahendū hanc cognationem ſpiritualē eſt neceſſaria actio realis tangendi. *c. ad limine ibi* (proprijs manibus retinendo ſuſcepit) 30. *q.* 1. Ergo idem videtur dicēdum in caſu noſtro; quod ſcilicet dicta dilatione non gaudet Dominus, qui per aliū terram colit, ſed ipſe qui ſuis proprijs manibus ſeminat ob illa pragmaticæ verba (*di man propria.*)

Contrariā tamen opinionē quod immo Dominus ipſe dicto gaudet priuilegio, & dilatione licet per alienas manus terram colat; defendimus: & teneo; prout dicimus in ipſa cognatione ſpirituali, quæ, licet *d. c. ad limine* ibi (*proprijs manibus retinendo ſuſcepit,*) videatur contrarium diſponi nempe cognationem contrahere procuratorem tāgentem non autē mandantem, & cōſtituentem. Tamen cum ipſo procuratore non contrahitur, ſed cum principali cōſtituēte quicquid alij dicant. *Card. in c. veniens* vbi etiam *Abb. n.* 4. *de cognat. ſpirit.* quam opinionem vti veriorem ſeruandam eſſe teſtatur *Franc. Leo in thes. for. eccl. par.* 2. *c.* 44. *ſub n.* 63. vbi multis ex rationibus hanc defendit ſententiam, & teſtatur eam vti veram tenere *ſacram Congregationem Concilij ſuper c.* 2. *de reformat. matrim. ſeſſ.* 24. *in deciſ. ſub tit. Veron.* Hanc etiam Cardinalium declarationem ad verb. refert *Bellarm. ſuper concil. Trid. dict. c.* 2. *verſ.* 3. & aliàs etiam refert declaraſſe *vt ibi verſ.* 12. *fol.* 352. quæquidem declarationes ſunt infraſcriptæ videlicet.

Item duo viri poſſunt recipere puerum; vnus per ſe, alter vt procurator mulieris, ſed cognationem acquirit mandans.

Item procurator nullam cōtrahit affinitatem.

Et refert etiā *ibid. Bellarm. in obſer. doctr. verb. inter quos,* refertque etiam ſic cenſuiſſe

factam Congregationem, & citat *Nouar. in conf. 6. de cognat. spirit. lib.* 4. Contra *decis. Rot. Caputaque p. 3. decis.* 246. vbi quod requiritur tactus.

12 Denique non obstat illa dictio in pragmatica circa principium (*tantum*) quæ videtur referri ad Burgenses, qui proprijs manibus, & ex labore propriarum personarũ seminabunt, & ideo cum sit taxatiua, & restrictiua. *l. qui aliena* §. *libertos ff. de negot. gest. l. qui sella* §. *qui actum. ff. de seruit. prædio. rustico.* Et alij per *Barbof. de diction. dict.* 401. Non potest dispositio ipsius pragmaticæ extendi ad dominos per alios colentes.

Quoniã respondetur quod dicta dictio, tantum, non refertur ad personas Burgentium sed ad summã frumentorum seminandorum subsequentem, hoc est, quod gaudeant hac dilatione Burgenses qui seminabunt tantũ salmas quatuor frumentorũ in Valle Mazzariæ &c.

Quasi diceret dicta pragmatica, Burgenses, qui solum, seu saltẽ seminabunt salmas quatuor &c, non molestentur & hæc est vera intelligentia quæ in Praxi seruatur.

13 Secundum erit requisitum vt in Valle Mazzariæ saltem seminauerint salmas quatuor inter frumentum, & ordeum, in Valle Noti salmas tres, illoque de Demone salmas duas, ita tamen quòd duæ tertiæ partes esse debeant frumentorum, quæ intelligo siue sint frumenta fortia, siue Ruccella cum Pragmatica generaliter loquatur, & mentionem faciat de frumento, quod est genus, sub quo includũtur etiã Ruccella, tanquã species fru-

14 mẽti, genus † enim in se cõprehẽdit omnes species. *l. omnes vbi Ang. C. de præscript.* 30. *anno l. semper ff. de Reg. Iur. Marian. Ant. var. resol. lib.* 2. *resol.* 33. *n.* 2. *Menoch. conf.* 266. *n.* 69. *Surd. conf.* 255. *n.* 20. *& conf.* 959. *n.* 19.

Si vero minorem frumentorum summam seminabunt, dicta gaudere non poterunt dilatione; nam illa dictio (*Per-*

15 *che*) quæ in latino † est (*dummodo*) licet de sui natura denotet modum, & non conditionem *Bart. in l. quibus diebus* §. *vlt. n.* 4. *verf. quid de dictione, dummodo, ff. de condit. & demonstrat. Card. Seraph. decis.* 338. *n.* 5. *& decis.* 349. *n.* 1. *Surd. conf.* 186. *n.* 1. *& conf.* 371. *n.* 69. *Barbof. de dictio dict.* 95. *n.* 2. *vbi multas citat.* Actamen omnes tenent quod huiusmodi dictio denotat modũ & non resoluit dispositionem, sed obligat ad sic faciendum. Et licet etiam regulariter importet modum, nilominus, quan-

quando actui imperfecto, ut in casu nostro, importat conditionem. *Caualc. de vsufr. cap. 9. n. 117. Barbos. dicta dict. 95. n. 4. Pute. decis. 420. n. 4. lib. 1. in Correct. Sanch. de matrim. lib. 3. disp 83. n. 2.* Qui notant hanc dictionem (*dummodo*) tunc modum includi si actui perfecto adijciatur, quod non est in casu nostro, cum loquatur pragmatica de seminerio futuro, ac de futura recollectione. Præterea siue ista dictio faciat modum, siue conditionem, semper requiritur quòd adimpleantur quibus ista dictio adiungitur, aliàs, si non interueniunt, actus corruit; nec cõsequitur effectus. *Paris cõs. 95. n. 44. vol. 2. Dec. cons. 661. n. 12. vers. secundo Grat. cons. 86. n. 1. vol. 2. Barbos. dicta dict. 95. n. 8. Anchar. cons. 169. n. 2. vers. siue tamen contrarium; & Alcia. in cons. 211. n. 3.* Igitur Burgenses non seminando integrã quantitatem frumẽtorum in dicta pragmatica expressatam hac dilatione gaudere nequeunt.

16 Tertio requiritur vt dicta frumenta seminentur in terris noualibus saltẽ bis aratis. ibi (*nelle terre ammaiesate da essi almeno di due arati* Quæ dictio

17 †(*saltem*) est subsidaria, & diminutiua *c. statutum §. cum vero de rescript. in 6. Tusc. cõcl. 367. nu. 3. & 4. lit. D.* Et, licet excludatur per dictam dictionem minor numerus quã binerum aratuum, non excluditur tamen maior numerus, prout si dicatur, quód debeant esse saltem tres Canonaci, possunt adesse quatuor, quia dispositio non restringitur *c. excommunicamus §. addamus de haret.* & alij per *Barbos. diction. 255. n. 2.* Omnino † inquam requiritur vt frumenta prædicta seminentur in terris noualibus duorũ saltem aratuum, aliàs dilatione burgensis non fruetur; stante illa dictione (*mà però*) latinè (*Ita tamen*) quæ est modificatiua, restrictiua, & limitatiua prædecentium *l. vbi adhuc vers. ita tamen vbi Salyc. C. de Iur. dot. l. Lucius §. qui habebat, & l. ita tamen ff. ad Trebell.* Et conditionem importat. *per text. in l. Titio centum 70. §. Titio centum vers. conditio & in l. Iulianus 85. in princ. vbi Glos. in verb. & ita ff. de condit. & demostr. Barbos. dict. 183. n. 9.* vbi refert in Rota decisum, & tenuit *ead. Rot. Rom. apud Farinac. in recent. decis. 513. n. 2. p. 1.*

19 Ideo † adimpleri debet in forma specifica vt dixi *in Prax. super Rit. Regni in Ciuilibus cap. 7. n. 17. fol. 227.*

Adimpletis igitur requisitis prædictis Burgẽses gaudent dicta

dicta dilatione, & molestandi nō sunt a die prima Octobris vsque ad diem vltimam Decembris,& à prima Iunij vsq; ad medium mensis Augusti iuxta dictam Pragmaticam.

20 Sed an dictæ dies primæ ottobris, & Iunij in dicta dilatione includantur? cum pragmatica loquatur per dictionem (*à*) nempe (*à primo Octobris*) & (*à primo Iunij*) &

21 tamen † dictio, *à*, vel, *ab*, est exclusiua. *Glos. in verb. ab initio in l. 20. §. fin. ff. de actio. empt. & vend. & verb. à die in clem. sicut appellationem. de appell. & verb. numerandū paulo ante finem in c. statutum de præbend. in 6. & ibi DD.*

22 Respondeo affirmatiuè, non obstante quòd regulariter dicta dictio, *a*, vel *ab*, sit exclusiua, quia, quoties dicta dictio ponitur in dispositione, vbi iungitur actus cum tempore, quod est de initio ipsius (vt hic) & tunc stat inclusiuè. *Cened. sing. 1. n. 20.* Insuper, vbi dispositio est odiosa, tunc dictio, *a*, vel, ab, excludit; si verò est fauorabilis (vt hic) & tunc stat inclusiuè. Tradit. *Gratian. discept. for. cap. 161. n. 23. Cened. sing. 1. n. 10. Barbos. dictio 1. n. 3. & 4.*

23 Sed an vltimus dies decembris, & 16. Augusti excludātur à dilatione prædicta? dic negatiuè. quia, quādo ista dictio (*vsque*) cum qua videtur dicta dispositio concepta) est apposita respectu temporis, tunc totum tempus includit. probat. *Nact. in cons. 461. per tot.* & docet *Mart. de Clausul. Clau. 77. ante n. 6. Barbos. de dictio. dict. 437. n. 14.* Maximè cū hic respiciat terminum hominis, quia dixit Princeps non molestentur vsque ad vltimum Decembris, & ad medium Augusti, quas dies includit. vt tradit *Alex. in cons. 114. n. 5. vers quia illa dictio lib 5.* quem refert *Card. Tusc. concl. 291. n. 7. lit. D. & Barbos. dicta dict. 437. n. 5.*

Quibus tribus præcedentibus requisitis verificandis à Burgensibus, aliud requisitū: quod ea omnia includit, additur: nempe ipsa probatio, & verificatio eorumdem. Hæc

25 † autem probatio fieri potest parte incitata ex deductis per *Cum. super rit. ord. suo cap. 80. n. 8.* quem refero *in Prax. super rit. in Ciuil. cap. 10. n. 5.*

26 Sed coram † quo iudice fieri debeat? teneo fieri debere coram Iudice burgensi cōpetente. hæc enim probatio est quodam præparatorium, seu prementionis iudicium, per viā legitimæ exceptionis, iuxta terminos *l. si contendat ff. de fideiubsoribus & l. diffamari C. de*

27 *C. de ingen. manum.* Quo casu iudicium debet fieri coram iudice debitori competente, licet creditor iurisditioni illius non sit subditus, dixi ex *Capic. in decis.* 18. vbi testatur ita fuisse Neapoli votatum. *Amat. resol.* 54. *per tot.* vbi dicit quod de hoc amplius nō dubitatur in Regno. *ego ipse in Prax. super rit. Regni in Ciuilibus cap.* 5. *n.* 86. Et quia ex dicta pragmatica disponitur burgensē dicta frui dilatione pro quocumque debito quoquomodo priuilegiato etiā Regiæ Curiæ & bullali; propterea debitor Regiæ Curiæ seu gabellarum dictā probationē facere poterit in Curia Iuratorū quæ Curia est ei cōpetens in dicta causa gabellarum, & quia ipsi eum cogere debent ad solutionem gabellarū prædictarum, ijdē ideo ad dictam dilationem burgensem prædictum admictere debent. Eodem modo in reliquis, qui alicui particulari deberent corā suo iudice competente cōparere debent pro admissione ad dictam dilationem, & pro verificandis requisitis prædictis. Nec ipsi Iurati prætendere possunt ad eos hanc iurisdictionem priuatiuè spectare, quia pragmatica prædicta omnibus, & singulis officialibus dirigitur. Igitur ad omnes cognitio prædicta spectare videtur, ad omnes nimirum officiales, qui iurisdictionem cum causarū cognitione habent iuxta naturam causæ, non autem ad commissarios, Algozirios, & similes qui nullam habent causarum cognitionem, sed sunt meri executores: Verum isti, si burgenses ab aliqua Curia fuissent ad dictam dilationem legitimè admissi, eosdem ad eamdem dilationem etiam admictere tenentur, eosque penitus nec molestare etiam ex debito Regiæ Curiæ, & bullali, alias in pœnas pragmaticæ incurrerēt Et iuxta prædicta vidi practicatum fuisse in hac Ciuitate tam per Regiam Curiam Ciuilem (Iudice genitore meo) quàm per Curiam Iuratorum, & in ambabus Curijs huiusmodi admissiones factas fuisse testor, verum aliquibus ab hinc annis burgenses hanc probationem fecisse patet in curia Iuratorum tantùm, etiā si ageretur de debitis priuatorum. licet malè.

28 Hæc autem probatio fieri debet super seminerio præsenti si ageretur de dilatione trium mensium seminerij, si verò de dilatione recollectonis, probatio fieri debet de seminerio proximo præterito, cuius est recollectio ipsa. Et ratio est quia causa finalis dictæ nostræ pragmaticæ fuit, vt ma-

vt manuteneatur, est conseruetur seminerium &; causa finalis dictæ dilationis fuit vt burgenses dictis temporibus seminerij, & recollectionis dicto seminerio, & recollectioni incũbere possent, quæ causa cessat in seminerio, & recollectione præteritis aut in seminerio futuro, &, cessante
29 † causa finali statuti, etiam ipsius statuti dispositio cessare debet *Tiraquell. in tract. cessãte caus. lib. 1. n. 1. & seq; Barbos. Axio. 40. n. 5. & seq; & alij quos citaui arb. 8. de insinuatione subiugationis vers. fraus autem*
30 *& dolus. & dixi n. 7.* Et in † terminis quod cessante causa dilationis cessat, & dilatio dixi alibi *ex Roman. cons. 503. n. 8. Anchar. cons. 394. num. 3. & Barbos. Axio. 40. n. 11.* Estque adeo verum quòd causa finalis dictæ dilationis sit, vt burgenses seminerio, & recollectioni incũbere possint, quia in alijs temporibus quam seminerij, & recollectionis dicta dilatione non gaudent; Probatur etiã quia nõ possunt molestari nisi tantum de persona, & in bobus suis, aut Vaccis aratorijs, animabus, & stiuilibus ad vsum messis seruientibus.
31 Hinc quæritur. † Animalia prædicta molestari an possint virtute manusiniectionis? videtur negatiuè respondendum ex quo pragmatica disponit molestanda non esse pro quolibet debito quomodolibet priuilegiato. igitur includitur etiam debitum cum priuilegio manusiniectionis:
32 quæ † dictiò (*quolibet*) est vniuersalis omnia cõprehendens. *l. cum quid ff. si cert. pet. notat Glos. in verb. quaslibet alias in l. omnes C. de quadr. præscript. & in clem. 1. verb. quauis alia de re iudic. Barbos. dict. 320. n. 1.*
33 Maxime † stante dicta dictione (*quomodolibet*) quæ idẽ importat quod (*quocũque modo*) & est vniuersalis, ac omnes casus comprehendit, eosque distribuit. *Hippol. cons. 80. n. 38. Ruin. cons. 15. n. 36. & 37. vol. 1. Barbos. dict. 350. n. 1. Menoch. remed. 6. recuperan. n. 15. & alij per eos.* Et non solum intelligitur de iure communi sed etiam de iure speciali, consuetudine, præscriptione, aut priuilegio apostolico. *Gonzal. ad reg. Cancell. 8. Glos. 29. per tot. censuit Rot. Rom. in recent. apud Farinac. decis. 614. n. 2. p. 2. Barbos. dictio. 330. n. 3.*
34 Contrarium † tamen verũ esse teneo nam statutũ strictè precisè, & propriè est intelligendum, ac restringendum, vt quantum fieri potest minus lædat ius commune. *Angel. cons. 158. num. 2. Osasc. decis.*

Pedam.

Pedam. 21. *n.* 12. Qui concludunt sat esse statutum si duo contra ius commune operari posse, in altero sortiri effectum, vt minus lædat ius commune prædictum: Et sic dum dicta nostra pragmatica potest operari duo contra ius commune nempe quod burgēsis gaudeat pro debito simplici, Et pro debito priuilegiato sat est sortiri effectum pro quocumque debito etiam priuilegiato, nō autē pro hoc debito cum manusiniectione, quod non est priuilegiū; quia
35 † pactū manusiniectionis non est priuilegium sed ius commune *Alex. in. add. ad l. creditores C. de pignor. sub n.* 23. *lit. f.* Quamobrem dum effectum habet proquocumq; debito et iā priuilegiato, accipi debet vt minus lædat ius commune, & sic hanc manusiniectionem, quia non debet extendi dicta pragmatica ad dictam manusiniectionem,
36 cum in † correctorijs ex eadem ratione non sit licita extentio. *l. præcipimus C. de appellat. Ossc. dicta decis.* 21. *nu.* 13.

37 Et dato quod manus iniectio sit priuilegiū & sic debitū hoc esset priuilegiatum actamen in dictis debitis priuilegiatis, de quibus in dicta pragmatica disponitur, includi non potest; quia absurdum esset, vt debitor de præsenti vtatur, & fruatur dictis animalibus ei venditis, dictusq; dominus ipsis spoliatus, prætium habere nequeat, nec illa adhuc integra existentia, tanquam rem propriam recuperare virtute dictæ manus-
38 iniectionis possit; ex qua † sua propria authoritate illa a quolibet successore, & possessore auferre & recuperare potest. *Aloys. de septim. super rit.* 192. *lit. D. & Cumia eod. rit. sed ord. suo cap.* 97. *n.* 13. Dictusq;
39 † creditor hoc casu non dicitur inferre vim *Bart. in l. creditores n.* 3. *C. de pignor.* Et po-
40 test † capere rem etiam debitore ignorante absque vitio clandestinitatis. Vt tenet dictus *Bart. dicta l. creditores num.* 20.

41 Propterea † cum sequatur hoc absurdum ex dicta pragmatica, sic generaliter disponente pro quocumque debito etiam priuilegiato, ea interpetrari, & restringi debet vt non comprehendat hoc absurdum, per quod indebitè, & sine causa dictus creditor damnum pateretur. *Bart. communiter approbatus in l. Cæsar ff. de public. & in l. omnes populi in* 2. *quæst. ff. de Iustit. & Iur. quem refert Alex. cons.* 101. *num.* 7. *&* 14. *vol.* 3. *& sequitur Ossc. decis. Pedam.* 58. *num.* 8.

Igitur propter hoc absurdum non debet intelligi dictam Pragmaticam procedere pro hoc debitocum manusiniec-
42 tione, quia † argumentum ab absurdo vitando, seu remouendo valet in iure. *Barbos. in locis comm. Argumen. Iuris loco 2. n. 1. vbi multos citat.*

Quæ cuncta probantur a veri similimente statuētis, verisimile enim non est, quòd si princeps interrogatus de hoc casu, voluisset debitorem emptorem vti, frui dictis animalibus ei venditis, & pretiū non soluere, cū fructus
43 suos facere non possit prætio non soluto vt dicā *infra n.49.*
44 Imo verosimiliter tāquam æquitati, & iustitiæ consentaneum decreuisset vnicuique ius suum conseruandum esse (maximè hoc casu super re propria) iuxta *Glos. communiter approbatam in l. tale pactum ff. de pactis.* vt etiā refert *Osa-*
45 *sc. decis. Ped. 58.n. 9.* Quod † quidem argumentum à verosimili statuentis mente validum est de iure. *Barbos. loco cit. in loc. 121. n. 1. Farinac. in prax. crim. p. 4. decis. 47. n. 2.*
46 *in fine.* Qui ait † esse optimū argumentum, & procedere etiam in statutis.

Amplius nostra pragmatica disponit, quòd non possit burgensis in bobus, & alijs animalibus proprijs molestari. per illa verba (*nè anco li lo-*
47 *ro buoi.*) latinè (*neque suos boues.*) quod quidem verbum (*suos*) importat dominium. *Bart. in l. si ita & in l. quintus la 2. §. argento. de aur. & arg. leg. & Fran. Prouin. in apostill. ad Bull. & Reg. pragm. de censib. n. 6. fol. mihi 140.* In casu autē nostro animalia de quibus loquimur non sunt propria ipsius burgensis, igitur non procedit dilatio. Minor probatur *ex Alex. in add. ad l. creditores lit. A. addit. 2. sub*
48 *nu. 6. C. de pignor.* vbi dicit † quòd stante hoc pacto de ingrediendo possessionem rei sibi obligatæ (quod idem importat hoc pactum manusiniectionis. *Aloij.de Septimo. super rit. cap. 192.* vbi *Mut.* etiā *& alij scribentes. Idem Mut. decis. 49. n.31.*) possessio naturalis remanet penes venditorem, quia si per talem alienationem venditor priuaretur ciuili, & naturalem amitteret possessionem, non posset propria authoritate ingredi, quòd nō est; cū stante manus iniectione rē propriā authoritate capere possit. Ergo &c.

Probatur etiā, quòd nō sūt propria debitoris ex aurea doctrina *Felician. de censib lib. 3. cap. 5. n.22.* vbi docet per traditionē rei vēditæ, emptori factam, nō habita per venditorem fide de pretio, non trāsit dictæ rei venditæ dominium in ipsum emptorem.

Nec

Nec obstat *text. in l. tradito ff. de acquir. rer. domin.* vbi habetur per traditionem rei acquiri eius dominium per acceptantem. Quia dictus textus locum sibi vendicat habita fide de prætio, secus in re cuius prętium non fuit solutũ quia hoc casu non transit dominiũ. sic tenet dictus *Felic.* loquens de prælatione creditorum sub his verbis nempe *Quando vẽditor merces emptori tradidit. non habita fide pretij, quia tunc cum in emptorem dominium non transierit, reliquis omnibus etiam anterioribus venditor potior est.* Idcirco ex mẽte eiusdẽ statuti burgensis dicta dilatione non gaudet super animalibus conuenctus à creditore virtute manusiniectionis.

50 Rursus ex vi † eiusdẽ pragmaticæ burgensis hac dilatione gaudere nequit pro debito ex causa succursus, & tamen debitum de quo loquimur prouenit ex venditione animalium pro messe seruientium, ergo videtur debitum ex causa succursus in dicta pragmatica exceptuatum. Nam, si dictus burgẽsis boues non habuisset, opus erat pecunias sibi mutuasse pro conducendis dictis bobus, & animalibus; in quibus pecunijs sic mutatis debitor dicta dilatione gaudere non posset ex vi dictæ pragmaticæ, quia videntur datæ ex causa succursus, sicque dispositum hoc in casu procedit in casu simili, qui est casus noster,

51 argumentum enim à simile valet in iure, cum de similibus idem sit iudiciũ *Decian. cons. 31. n. 97. vol. 1. Barbos. in loc. comm. argum. loc. 101. n. 1. & 2.*

52 Et Denique † faciunt quæ dixi super dilatione decennali ex priuilegio huius Ciuitatis nouis ciuibus concessa, qui ea non gaudent pro debito cum manusiniectione super eadem rè vendita vt supra *Arb. 1. vers. sed si fuerit n. 68. ex Pern. in interpetr. eiusd. priuilegij fol. 50.*

53 Nequaquam gaudent pro debitis ex causa succursus, & terragij ex dispositione eiusdẽ pragmaticæ, vt tetigi superiùs per illa verba (*non intendendosi però per li debiti di soccorsi, e terraggi,*) Et optimè: quia, si causa finalis dictæ dilationis, & pragmaticæ fuit vt conseruetur seminerium vt dictum est supra, si burgenses eadem gauderent dilatione pro debito ex causa succursus, & terraggij creditum, ac fidem amicterent burgẽses, & nemo eis amplius pecunias pro succursu seminerij mutuaret; nec domini terrarũ eis terras concederent, & sic semineriũ destru-

destrueretur contra mentem, & voluntatem statuētis. Vltra quod adest etiam alia *pragmatica* quæ est *vnic. tit. 29. relata per Nepet. in consuet. Chatan. tit. 35. n. 5. circa finem.* vbi disponitur talem debitorem nulla dilatione, aut priuilegio se lætari posse.

54 Sed in casu concursus inter creditorē ex causa succursus, & creditorem ex causa terragij quis nam eorum sit præferendus, cum pragmaticæ exceptio ambobus faueat?

55 Videtur † dicendum præferri debere creditorem ex causa terragij, quia sine terris semina fieri non possunt, & in hoc attenditur prima causa *l. cēsoria §. 1. ff. de verb. signific.*

56 Quia † quicquid est causa causæ, est causa causati. *l. manumissores ff. de Iustit. & Iur. not. Decius. in rubr. C. quand. non pet. accresc.* Et hoc esse de iure dicunt. *Angel. & Bart. in l. 1. C. de Metall. lib. 1.*

57 Cōtrarium verò verum est in casu nostro, quia prædicta procedunt in alijs creditoribus non autem in debito de Massaro ad mercatorē, nēpe in debito succursus, seu seminis, quia huiusmodi creditor etiam Domino soli pro causa terragij creditori præfertur cum sit pariter priuilegiatus, & est causa, vt dominis terragia soluantur, & sine eo non seminarent, nec recolligerēt, ideo etiam quod sit talis creditor posterior, debet præferri *Arg. l. interdum ff. qui potior. in pign. hab. & in terminis* tenet *Nepet. in consuet. Cathan. tit. 35. n. 5.* dicens etiam quod viget fauor prius vt seminetur

58 & recolligatur. Vnde † priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, & citat. *Bart. in auth. quas actiones C. de sacros. Eccl. l. siue apud. ff. de minorib. Hypol. sing. 99.* Quicquid dicat. *Decian. cons. 50. lib. 3.* quem refert *Castill. decis. 7. n. 7.*

59 Et in casu nostro † omnis cessat difficultas quia pragmatica prius nominat succursus, inde terragia, & primò nominatus videtur magis priuilegiatus argumento de primo nominato quia præsumitur magis dilectus. *Eusar. de fidecomm. q. 468. n. 1. & 15.* textus est *in l. quoties ff. de vsufruct. l. Lucius la vltima ff. de hæred. instit Corn. cons. 200. col. 3. & cons. 210. col. 2. lib. 2. Mascard. de probat. conc l.* 67. Et quoties † sunt duo vo- 60

cati intelliguntur ordine successiuo, & gradatim, quo casu in concursu primo vocatus præfertur per ea quæ dicit *Eusar. loc. cit. quæst. 468. n. 15.* Creditor autem ex causa succursus reperitur primo vocatus in dicta pragmatica, merito

ritò itaque est præferēdus creditori ex causa terragij, & cōsequenter omnibus alijs creditoribus super ipsa messe, dū
61 præfertur terragio, quod † alijs omnibus præfertur vt dictum est. Ex regula si vincto vincentem te, multo magis vinco te. *L. de accessionibus ff. de diuers. tēp. præscript. l. æquissimum ff. ad Tertull. Glos. l. proximis in auth. defuncto. C. ad Orfician. Socc. cōs. 212. in princ. lib. 2. Surd. cons. 416. n. 2. &* 25. vbi declarat latè.

62 Dictaque † pragmatica voluit huiusmodi creditores ex causa succursus, & terragij taliter priuilegiare, quod
63 † disposuit vt burgenses vllo tempore animalia cuiuscumque generis, tam propria, quā habita à dominis absque eorum consensu, & licentia transferre possint, quo casu, contraueniendo, de furto accusari possunt, & contra eos procedi per Officiales loci à quo fuerunt transportata ad sententiam banni.

64 Et dicto casu teneantur dicti Officiales certiorare Capitaneo dictæ Ciuitatis, aut Terræ vbi capitabunt burgēses ad effectum vt cum tali notitia contrauentores carcerare, & simul cum animalibus transportatis, tunc in esse inuenientibus, ad illos Officiales à quorum territorio fuit facta dicta translatio remictere teneantur. Aliàs vltra pœnas arbitrarias creditum per dictos contrauentores debitum eorum creditoribus de proprio satisfacere debeant, ac teneantur. Sic dictat pragmatica prædicta *in* §. 18. quæ voluit, quod hoc casu debet destinari contra dictos Officiales, ad simplicem instantiam faciendam à dictis dominis, seu affictatoribus, & sufficit contra dictos Officiales probatio, nempè quod præsentetur copia literarum transmissarum ad Officiales prædictos ab Officialibus, vnde fuit facta translatio, & cum duobus testibus deponentibus super præsentatione dictarum literarum eis facta.

65 Aliud etiam ex dicta pragmatica dispositum fuit priuilegium *in dicto* §. 18. quod scilicet nullus Baro, Capitaneus, Iuratus, & alij officiales tam Ciuitatum demanialium quàm Terrarum Baronū, possint recipere in dictis Ciuitatibus aut terris personas venientes illuc ad habitandū, nisi prius fieri faciant à dictis personis actum declaratoriū, vnde scilicet, veniant, & si sint debitores ex causa seminerij, &, si dixerint quod sic, illos recipere non possint, aliàs, si eos reciperent absque dicto actu declaratorio, sint in pænā

de re-

de remigando per annos tres ignobiles,& nobiles per annos tres in Castro. Si vero eos reciperēt cū dicto actu declaratorio absq; satisfactione dicti debiti creditoribus facta, quod ipsi creditores à dictis officialibus,qui dictos burgēses receperint, sibi satisfieri facere possint, dictique officiales intelligātur cum dictis debitoribus in solidum obligati.

66 Disponitur † præterea per dictam pragmaticam dictos burgenses non posse ab eorū messe transferre frumēta, nec vt dicitur *Gregni*, nisi prius soluerint dominis feudorum aut alijs personis quæ succursum eis dederint, nec vendere possint aut macellare animalia prædicta nisi priùs soluerint vt supra aliàs possint de furto criminaliter accusari,& contra eos procedi per officiales loci vbi contrauenitur ad sententiam banni, illique sint in pænam de remigando

67 per annos tres, † in quā pænā etiam incurrant muliones,qui ibunt ad onerandum dictum frumentum ab aera burgensium absque licentia dominorū in scriptis. *vt ibid.* §. 19.

Eadéque animalia vt supra translata absque dicta licētia; officiales Ciuitatum, & Terrarum,in quorum territorium capitabunt, restituere dictis dominis teneantur statim ac carcerata fuerint,ipsique officiales requisiti, gratis, aliàs vti de rebus furto subtractis officiales prædicti, & Capitanei de proprio prætium dictis dominis soluere teneantur *ex dicta pragm.* §. 20. *Et* §. 21. Conceditur potestas, & licentia dominis animalium transportatarum, & creditoribus super eis ex causa succursus ob seminerium, capiendi animalia prædicta propria authoritate absq; brachij iudicialis inuocatione, & qui eos impedirent nobiles sint in pænam carceris in Castro per annos tres, & ignobiles per idem tempus super regijs Triremibus ad remigandum, ac de soluēdo prętium dominis,aut creditoribus prædictis.

68 Et denique † disposuit dicta pragmatica quod burgenses, & alij cum eis in solidum obligati eorumque fideiubsores nullo modo priuilegij, & saluaguardia Ciuitatum aut Terrarum,vbi ibunt ad habitandum,gaudere possint; sed hoc casu creditores ex causa succursus in pecunijs animalibus, aut alijs recurrere possint ad quemcumq; armorū Capitaneum,& aliosquouis officiales Regni ordinarios, & extraordinarios ad effectū vt super loco se conferant, & ibi animalia, & alia quæ in

esse

esse reperirentur eis restituere faciant non obstante mero, & mixto imperio, ad expēsas tamen ipsorum creditorum, quæ expensæ postea legitimè taxandæ possint ijdem creditores sibi satisfieri facere a debitoribus. quibus officialibus omnis fauor, omneque brachium per locorum officiales præstari bebent sub pœnis cōtra resistentes impositis. Et ipsi armorum Capitanei seu alij officiales cui vel quibus brachium denegatum fuerit cum suis literis informatiuis E. S. de dicta inobedientia, & resistentia certiorare teneantur. vt ex dicta *Pragm* §. 23. vbi in alijs §§. nonnulla alia priuilegia burgensibus concessa reperiuntur, ad quos tè remicto visurum.

SVMMARIVM ARB. VII.

Tertius non obligatus nec in contractu nominatus executiuè conueniri non potest n. 1. 6.

Amplia n. 2.

Ratio n. 3.

Limita n. 5.

Instrumenta, & in eis contenta non probant nisi pro, vel contra rogantes n. 4.

Actio personalis fundum sequitur n. 7.

Alter alterius odio pregrauari nō debet n. 8.

Tertius vt virtute contractus bullalis conueniri possit fundū specialiter subiugatum de præsenti possidere probandum est n 9.

Sed hæc probatio quando fieri debeat n. 10.

Et facta quanto duret n. 11.

Tertius possessor tenetur ad omnia interusuria decurrenda, & decursa n. 12.

Etiam non dum facta excussione principalis n. 13.

Intellige n. 14.

Tertius dimictens fundum censui subiectum liberatur a censibus decurrendis n. 15. 19.

Non autem a decursis n. 16. *intellige n.* 23.

Fructus qui percipit tenetur ad onera n. 17.

Commodum quis sentijt, debet sentire, & incommodū n. 18.

Sublato emolumēto tollitur onus annexum n. 20. 25.

Tertius dimictens fundum subiugatū an teneatur ad omnes census decursos etiam ante eius detentionē, seu possessionē maturatos, an tantùm ad census tempore suæ possessionis n. 21.

ARBOR VII.

DE TERMINO DATO TERTIO TAM POSSESSORI; quàm detentori ad dimictendum rem subiugatam vt gaudeat beneficio vulgariter dicto il Quamdiu

Ad intellectum Regiæ Pragmaticæ Regis Philippi II. dat. Madril die 26. Augusti 1581. Et Marci Antonij Columna tit. de bonis censual. §.2. dat. Panormi die 4. Martij 1582.

1 INdubitati iuris est tertiũ non obligatum, nec in contractu nominatũ, executiuè conueniendum haud esse. *Gramm. vot. 16. n. 1. Duen. reg. 275. lim. 6. socc. reg. 26. lit. E. Graff. de except. in prælud. n. 215. Intrigl. sing. 100. n. 3. & ibi Conuerf. lib. 2. Milan. decis. 2. n. 1. & decis. 8. n. 1. lib. 2. Cumia super rit. 6. n. 12.* Ego ipse *in in prax. super Rit. in ciuilibus cap. 2. n. 8.* & disponitur per *Rit. in interpetratione cap. cum*
2 *varia.* Quamuis † instrumẽtis statutum executionem tribuisset. *Ruin. conf. 209. n. 21. vol. 1. Asin. de execut. §. 1. cap. 44. n. 3.*
3 Quoniam † pactum vel statutum executionem instrumentis tribuens non se extendit, nisi ad personas, & bona contrahentiũ, inter quas iustrumentum celebratum extat, non autem contra tertium. *Felin. in c. cum super n. 15. & in c. penul. de re iudic. Alex. in l. à diuo Pio §. si super rebus n. 28. ff. de re iudic.*
4 cum † instrumenta, & in eis cõtenta non probent nisi pro, vel contra rogantes. *Glos. in §. non autem verb. iungatur in auth. de tabell. Bald. in rubric. C. de fide instrum. n. 12. Graff. de except. in prælud. n. 218.*
5 Verum prædicta in bullaris contractus executione (eo tamen legitimè insinuato de quo dicam *Arb. seq.*) pragmatica regia de cẽsibus minime procedere disposuit, sed ei etiam contra tertium executiuum tribuit priuilegium. Talis enim contractus, solemnitatibus per pragmaticã requisitis interuenientibus, paratam habet executionem, ne dum contra personis, & bona principalium subiugatiuum, verum etiam contra personas, & bona quorumcumq; singularium detentorũ

Quæ-

Quæquidem via executiua concessa fuit ratione solius detentionis absque aliqua personali actione, seu obliga-
6 tione præcedente Vnde † cũ contractus non obliget, nisi in eo nominatos. *l. stipulatus §. Chrisogonus ff. de verbor. oblig.* Huic iuri per pragmaticam correctio data fuit. Nam bullare instrumentum etiam contra tertium pragmatica exequi disposuit, ratione tamẽ possessionis, seu detentionis, quæ, licet non obliget possidentem nisi realiter tantùm, & non personaliter, nihilominus hoc maximum præstat priuilegium, specialiter inductum fauore emptorum
7 subiugatoriorũ, ita vt † actio personalis fundum sequi videatur, in eoq; concurrunt plura specialiter exorbitantia
8 à regulis iuris, decernentis † aliquem alterius odio prægrauari non debere *c. non. debet de reg. iur. in 6.* Et tamen grauatur tertius in contractu nõ nominatus, nec obligatus ob alterius obligationem. Ea propter dixi *in praxi super rit. in Ciuilib. c. 2. a n. 27. & seqq.* ante adimplimentum executionis tertium executũ fundũ specialiter subiugatum de presẽti possidere omnino pro-
10 bandum esse: Quoniam † cũ pragmatica contra tertium detẽtorem executionem concedat, ratione solius detentionis, intelligitur si qualitas à pragmatica requisita, nempe detentio, tempore executionis, & ante omnia fuerit verificata: licet in prattica seruetur quod vnius testis super extremorum verificatione deponẽs recipitur ante adimplimentum, & alter etiam post adimplimentum, infra tamen quindenam. *de Groß. super constit. prag. §. 37. n. 9. Baron. de cit. tom. 1. ad quæst. 16. n. 77. Const. consf. 7. n. 68.*
11 Ita vt † si post verificationem extremorum creditor nõ comparuisset, vel aliquo alio modo ad executionis adimplimentum contra istum tertium non potuisset deueniri, huiusmodi tertius absq; alia noua verificatione cogi non poterit, nisi infra mensem à die receptionis testium vt doctè docuit *Genitor meus* felicis recordationis *in addit. ad meam. prax. super rit. in ciuilib. c. 2. n. 5. ex Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 6. n.* 100. vbi de hac practica testatur. Seu infra menses duos vti voluit *Castill. decis. 192. n. 5. & 6. & Mut. super bull. de censib. n. 376. tom. 5. de Groß. super constit. pragm. §. 37. n. 6. & dicam loco suo.*
12 Immo iste tertius detentor ex vi dictæ pragmaticæ non tantùm tenetur ad interusuria cen-

census decurrenda, sed etiam ad omnia decursa, tum tempore suæ detentionis, tum ante ipsam detentionem, cũ hoc priuilegium executiuum seu meliùs actio ex dicta pragmatica, seu statuto successerit in locum actionis hypotecariæ, quæ afficit pro toto debito, & contra omnia corpora bonorum debitoris in solidum vt *in l. solutum §. solutã ff. de pignorat. actio.* Etiã
13 † non dum facta excussione bonorũ principalis debitoris
14 *de Greg. de censib. q. 6. n. 9.* † si tamen iste tertius detentor in detentione insisterit, tunc ad totam summam teneretur *l. 2. C. si vn ex plur. & arg. l. si vero §. fin. ff. sol. matrim. Iacob. Chirco in apostill. ad pragm. de censibus n. 15.* & ibidem *Blasc. Lancea n. 40. & dixi in prax. super rit. in Ciuilib. cap. 2. n. 75.* quia videtur ex propria voluntate creditori obligatus *l. fin. §. cum igitur C. de Iur. deliber Mut. super cap. Reg. Iacob. 39. sub n. 123.*

Sed quid si tertius possessor rei subiugatæ rem ipsam dimictere vellet, an posset? &, si dimiserit, an à census solutione omnino liberetur?

15 Videtur † respondendum posse, sed à solutione censuũ decursorum non liberatur,
16 nisi † tantùm à decurrendis. *Pitrol. in Apostill. ad pragm. de censib. n. 5. Blasc. Lancea ibid. n. 42.* ego ipse *in prax. cap. 2. n. 79. Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 6. n. 106. 107. & 108.* Et quod à decursis non liberatur patet, quia, qui percipit fructus, tenetur ad onera *Glos. 1. c. de*
18 *his de eccl. ædif.* Et † qui sentit commodum debet sentire & incommodum *c. qui sentit*
19 *de reg. Iur. in 6.* A † decurrendis secus suadet ratio, nam, dum tertius renunciauit prædium, ex eo fructus amplius non percipit; & ideo, cum nõ sentiat commodum, minus incommodum sentire debeat
20 ex dicta *reg. qui sentit.* Et † sublato emolumento tollitur onus annexum *l. pater filio §. diuus filius ff. de leg. 3. Pitrolus loc. prox. citato, & l. Tamphilo §. duas filias ff. de leg. 3. Vide etiam Cut. ll. de d nat. tract. 1. disc. 1. n. 111. Abruz. de mod. proced. p. 2. c. 2. n. 94. vbi refert pluries decisum Mut. decis. 18. n. 31. per tot.*

21 Posset etiam dubitari, an iste tertius qui dimiserit prædium teneatur ad omnes census decursos etiam ante eius detentionem, seu possessioné maturatos, an tantum teneatur soluere census tempore eius possessionis, & detentionis?

22 Pro solutione huius dubij duo casus distinguẽdi veniunt

aut

aut scilicet loquimur in tertio detentore, nempe in conductore, aut de tertio possessore. Primo casu tenetur detentor soluere ratam gabellæ, seu loerij, aut affictus siue pensionis quamdiu possedit. Ita dispofuit *Rex noster Fel. rec. Philippi. II. virtute eius regiarũ literarum dat. Madril die 26. Augusti* 1581. pro quarum executione fuit edita pragmatica in hoc Regno per *Marcũ Antonium Columna olim Proregem die 4 Martij* 1582. quam tetigi in *praxi super rit. in ciuil. c. 2. n.* 75. Cuius Regij ordinis, ac pragmaticæ tenor est. nempe.

Sù Magestad manda que se guarde la bolla di Papa Nicolao V. y la pragmatica del Rey Alfonso, y se declare, que queriendo los inquilinos ò colonos dexar la detention, ò possession de los bienes, que tienen arrendados y pagar por rata lo que hasta a quel dia deuen, non sean molestados per los demas en persona, ny en bienes &c.

Prag. Marc. Ant. Columna de bonis censual. secundum formam bullæ.

§. 2.

Dichiar si che volendo gl'inquilini, e coloni lasciare la detentione, e possessione de' beni censuati secondo la detta bolla, e pragmatica, i quali essi hanno arrendati, e pagare per rata quello, che in fin à quel giorno deono, non possono esser molestati nella persona, ò nelli beni loro per il restante debito di censi, à quali quei beni censuati sian soggetti, e rimanga à tal'inquilini, ò coloni, e qualsiuoglia delle parti salua la giustitia loro.

23 Ex † quibus noto quod detentor, vt à solutione censuum bullalium se eximat, duo copulatiuè facere tenetur primo quod realiter dimittat, aliàs, si insistat, ratione huiusmodi insistentiæ teneretur ad omnia decursa, etiam ante detentionem maturata vt dictũ est. Secundò quòd soluat ratam quamdiu possederit vt infra dicetur.

24 Quamquidem † dimissionem facere poterit siue in personã creditoris subiugatarij, vel aliorũ (si erit tertius possessor) etiam trasferendo in aliam tertiam personam. vt ait *Afflicta decis.* 18. *n.* 14. & 3.

25 Sed si erit † conductor poterit rem dimittere eidem locatori vero domino, vel alteri de illius voluntate, & ordine, dummodo quòd ipse detentor nil percipiat ex causa dictæ dimissionis, seu relaxitus; sed iste relaxatarius, cui sine locatoris voluntate, & ordine fuit di-

dimissa, & relaxata res conducta debet se obligare soluere loerium, gabellam seu pensionem eidem locatori, aliàs, si se obligauerit soluere ipsimet dimictenti, seu relaxanti, videtur in rè insistere fructus, & pensionem percipiendo, & per consequens teneretur tanquam si non dimisisset.

Debet etiam relaxitus, seu dimissio non stimulatè fieri sed cum effectu. *Muta dicta decis.* 18. *n.* 10. *Milan. decis.*
26 11. *n.* 28. *&* 39. *p.* 2. Nec † fieri in fraudem iudicij incepti, & dolosè post causatam executionem, quia tunc ei nil dimissio proderit *l. si culpa & l. si is qui dolo ff. de reiuend. Hond. in cons.* 14. *n.* 21. *lib* 1.

Hinc videndum erit an dimissio fieri possit post executionem causatam, sed ante adimplimentum, vel omnino fieri debeat ante causatam executionem?

27 Videtur respondendum † dimissionem ante causatam executionem omnino fieri debere, quia post ceptum iudicium facta in fraudem, & dolosè facta fuisse videtur, vt in priuilegio decennalis dilationis huius Ciuitatis, quæquidem dilatio, & priuilegiũ superueniens post causatam executionem non prodest vt ait licet incõsideratè. *Guglelmus Perna in interpetr. huiusmodi priuileg. fol.* 50. dixit etiam licet confusè conciuis meus *Corrad. Puteus in Apostill. ad pragmat. de censib. sub n.* 3. *vers. detentorem.* Vbi ait quòd, si est causata executio, & detentor desinit possidere, si est præuentum non euadit solutionem decursorum, secus si non est præuentum.

Sed contrarium est verum, Immo posset fieri dimissio etiam post causatam executionem, ante tamen adimplimentum, non enim dicitur ceptum iudicium nisi executio adimpleta fuisset. Nam executio perfecta esse debet, & vera, & tunc vera dicitur executio facta quã lo fit adimplimentum. *Mut. in cap. rit.* 112. *n.* 3. *Milan. decis.* 15. *n.* 15. *&* 16. *lib.* 2. Ego ipse *in prax. super rit. in Ciuilib. cap.* 2. *n.* 41.

Et ita † intelligendus est 28
dictus Perna circa priuilegiũ decennalis delationis huius Ciuitatis vt dixi *supra arb.* 1. *nu.* 30 *&* 41.

Intantum quod † decennij 29
præscriptio non interrumpitur nisi per adimplimentum. *Mastrill decis.* 30. *n.* 8. *Camia rit.* 90. *n.* 34. *Roman cons.* 38. *in medio* sic etiam voluit affirmare dictus *Puteus conciuis meus per illa verb.* (*si est causata executio, & prauentum,*)

tum,) quia tunc dicitur præuentum quando fit adimplimentum, quia facto adimplimento perfecta, & vera tunc dicitur executio facta vt dictum est.

30 Post igitur † adimplimentum dimissionem fieri non suffragatur absque molestia de præteritis præstationibus, & interusurijs. tenent in terminis. *Milan. decis.* 11. *n.* 41. 42. *lib.* 2. *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censibus q.* 6. *n.* 106. 107. 108. *dixi in Prax. super rit. in Ciuilib. cap.* 2. *n.* 42. & 43. *Mut. super Cap Reg. Alfon. de censib. n.* 295. *tom.* 5 Potest

31 † tamen licitè fieri ante adimplimentum, & post causatam executionem in puncto, & terminis terminantibus habemus. *Mut. decis M. R. C.* 18. *à n.* 25. vbi refert decisũ

32 & *n.* 31. ait quod † & si conductor habuisset notitiam de executione contra eum causatã, & ante adimplimentum à sè faciendum relaxat rem, vel eam alienat in aliam personam, maximè dando notitiam subiugatarijs per bannũ quod ipse non possidet, & tũc ad nullas præstationes tenetur nec præteritas nec futuras.

33 Immo † licet censeatur, & videatur hoc dolo fecisse, nihilominus dolum hunc licitum esse ac de iure permissum censeo, bonus enim dolus, & bona fraus à Doctoribus vocatur *Rol. cons.* 57. *n.* 52. *lib.* 1. & *cons.* 11. *n.* 23.

34 *lib.* 3. dicit † quod dolus non potest ei imputari, qui sui iuris conseruandi aliquid egit. *per l.* 1. §. *quod ait Prætor ff. de incend. ruin. nauf. furd. cons.* 528. *à. n.* 35. *cum seqq.* Vbi docet in dolo non dici, nec fraude illum qui non facit aliquid, vt quem fraudet, sed vt suum seruaret. & *Alex. in l. totius n.* 9. *ff. ad Trebell.* ait quòd dolo non facit, qui suo iure vtitur. & in terminis nostris his, & alijs vtens rationibus, dixit perbellè. *Muta decis.* 18. *num.* 26. & 27. ad *n.* 31.

35 Hinc oritur alia quæstio, an scilicet talis conductor dimittens etiam ab expensis iudicialibus liberetur?

Pro resolutione, & responsione huius quæstionis distinguendum esse puto. † aut dimittit ante executionem causatam, aut post; sed ante adimplimentum. In secundo casu indistinctè tenetur ad expensas, quia licitè, & rectè contra eum, dum possidebat, fuit causata executio, licet aliqua ex causa adimpleta non fuit. ita videtur tenere *Mut. decis.* 18 *n* 26. At primo casu, quãdo nimirum dimissio fuit facta ante executionem causatam, subdistinguendum etiam esse

36

existimo, aut sciiicet dimissio facta fuit ante executionem, sed post quam creditor produxerit testes super verificatione extremorum, & hoc casu etiam ad expensas tenebitur debitor dimictens, quia creditor, dum per testes iam probauerat istum detinere, rectè contra eum potuit executionem exercere, & per cõsequens tenebitur ad expensas; sibi enim debitor imputari debet, ob eius negligentiam ob quam creditori dimissionē non notificauit: si vero ei notificasset; vtique se ab expēsis eximisset; quia, dum creditor sciuerit eum amplius non possidere, malè, & indebitè contra eumdem executionem exercuit: cum debebat illam causare contra verum de presenti possessorem, aut detentorem rei censui obnoxiæ, quia hodie iudicia executiua fiunt contra rei possessorem, non contra dominium habentes *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. part. 2. n. 78. in fine.*

Si vero dimissio facta fuerit ante executionem, & extremorum verificationem; hoc in casu penitus ab expensis liberabitur dimictens: debebat enim creditor consultè, & cautiùs rem suam agere, & scrutinare priùs qui nam esset verus, & realis rei censuatæ possessor, seu detentor vt ritè, & rectè contra eum executio exerceatur.

37 Pone. Debitor tertius conductor, pro adimplenda executione contra eum causata fuisset captus, & non dū carceratus, an adhuc dimictere possit in manibus satellitum existens?

Difficilis mihi videtur huius dubij resolutio. Nam supra firmaui conductorem rem censualem dimictere posse ante adimplimentum: Et

38 † tamen personæ captura non dicitur adimplimentum nisi per carcerationem realem, & verā, qui est quartus modus, quo executio adimpletur; dixi *in Prax. super rit. cap. 2. n. 39.* per *Rit. 124. vbi Cumia n. 18.* Qui ritus, dum mensionem facit de carceratione censeri debet de propria, vera, & reali carceratione; non autem de captura, quæ, licet esset sub custodia satellitum, tamen videtur impropriè carceratus, & non cum effectu At

39 † verba intelligi debēt cum effectu *l. penul. & ibi Glos. ff. ne quis eum qui Iust. voc.* Maximè quia in pragmatica non præfigitur terminus infra quem conductor relaxare, & dimictere possit, vnde videtur quandocumque posse dimictere; Et

40 † beneficia sunt amplianda *c. decet de reg. Iur. in 6.*

Et tamen refert *Mut. decis.*

18.

18. *sub n.* 18. *ex Milan. ibi cit.* q quando conductor est præuentus, dimictere non potest, nec euadit solutionem iuriũ censualium præteritorum, & exẽplificat, quãdo scilicet iudex facit mãdatũ ipsi tertio vt soluat stante captura personæ.

42 Quid ergo dicendum erit? sanè equidem ex parte mea responderem istũ conductoré, vt executio cõtra eum causata pro debito censuali adimpleretur, captum, sed non dum carceratum rem censui obnoxiam liberè dimictere posse, ne ad cẽsus decursos teneatur.

43 Et ratio † clara est. Certi enim, & indubitati est iuris, per ea quæ superiùs deduxi; tertium conductorem etiam post executionem causatam ante tamen adimplimentum liberè rem censualem dimictere posse, vt solutioné censuum decursorum euadat. sic decisum refert *Mut. in dicta decis.* 18. *iurib. ac doctrinis fulcita.*

44 Clarissimi † etiã est iuris, executionem vno ex quatuor modis ex vi ritus adimpleri posse, nempe, per solutionem, per pignoris captionem, per fideiubsionem de soluendo infra quindecim dies, & per carcerationem. sic disponitur per *rit.* 124. *& dixi super rit. in prox. in ciuilib. cap.* 2. *n.* 39. Igitur, dũ carceratio conductoris non fuerit secuta, & facta executio non videtur adimpleta, ergo dimissio valebit vt facta ante adimplimentum.

Amplius capitulum Ritus, disponens adimplimenti modos, inter alios dat illum per debitoris carcerationem, ergo perfecta debet esse carceratio, & cum effectu; nec sufficit captura, quia captus non dicitur carcere detrusus, &

45 pa-tet quia † è manibus birrorũ aufugiens, pænas contra è carceribus fugientes statutas non incurrit. ....

46 Nec valeret asserere quòd, qui captus reperitur, videtur sub custodia positus, & sic carceratus, prout ille sub fideiubsione relaxatus qui in carceribus dicitur constitutus ....

47 Quoniam respõdetur quòd cum textus nostri ritus loquatur de carceratione, debet intelligi de vera, & reali carce-

48 ratione, tanquam † de suo potiori significatu. §. *sed ius quidem instit. de iur. nat. gent.*

49 *& ciuil.* Prout † in statuto disponente super morte; & non dicit an de ciuili, vel naturali, tũnc intelligendum est de naturali tanquam de suo potiori significatu dixi. *Mut. super consuet. Pan. cap.* 35. *n.*

50 23. † Præterea verba debent intelligi naturaliter, & propriè; non ciuiliter, vel fictè, aut impropriè. *l. fin. C. de his qua*

51 *ven. atat. impetr.* Et debent † intelligi cum effectu *l. penul. & ibi Gloss. ff. ne quis eum qui iust. voc.*

52 Et denique † probatur ex *Milan. decis. 11. nu. 28. lib. 2.* Vbi testatur ante istam Regiam Pragmaticam practicasse in Regia Curia Præturæ Panormi etiam post capturã ante tamen carcerationem, vel ante captionem pignoris, seu interpositionẽ cedulæ primi decreti, si iste tertius volebat euitare vt non teneretur ad omnes pensiones præteritas, & futuras renunciare posse rem specialiter subiugatã, dicit etiam *Mut. decis. 18. nu. 19. & 20.* Vndè, si hoc procedebat ante istam Regiam Pragmaticam, quantò hoc magis modò procedere debet stante dicta Pragmatica Regia tam conductores fauente, nullumque terminum ad dimictendum præfigente. Ita iuris esse existimo.

53 Diximus itaque, ac firmauimus conductorẽ dimictendo rem cõductam soluentem quamdiu possederit molestãdum haud esse. Modo quæritur an debeat soluere ratam pensionis ratione conductionis, seu loerij, an vero ratam censuum iam decursorũ quãdiu possederit?

Videtur respondendum ratam cẽsuum decursorum soluere teneri cum hoc temperamento, nimirum, si creditor reperiretur pro decursis vnciẹ vnius ad summam vnciarum quinque, & tertius possedisset pro annis tribus, & percepisset vncias quindecim, non tenebitur soluere, nisi tantùm vncias tres pro dictis tribus annis tempore eius detensionis maturatis, licet executio sit in omnibus vncias quinque causata. *Milan. decis. 11. n. 25. & 26. & de Greg. de censibus quos allegat Mut. decis. 18. n. 24.*

Sic è cõtra, si creditor bullaris recipere deberet multũ, & tertius non possedisset nisi per annũ, non deberet soluere illud multum, sed tantùm pro vno anno. *Arg. l. Imper. ff. de public. Bald. in l. cum fructuarius ff. de vsufruct. Idem de Gregor. quem etiam citat Mut. dicta decis. 18. nu. 23.*

Ego vero dico quòd, si creditor censualis, seu bullaris recipere deberet vncias decem, licet per viginti annos ad rationem tarenorũ quindecim quolibet anno, & tertius conductor possedisset solũ per annũ, sed esset debitor in vncijs decẽ pro loerio, seu pensione affictus illius anni; nõ tarenos quindecim soluere debebit, sed omnes vncias decẽ, in quibus reperitur executus, & de eisdẽ totidẽ etiã reperitur debitor, ly enim (*Quãdiu*) literarũ

Re-

Regiarum, & pragmaticæ nō refertur ad tempus quamdiu possedit, & ad census decursos per dictum tempus, sed ad tempus respectu summæ, & ratæ pensionis affictus, seu gabellæ aut loerij. sic clarè dictant literæ Regiæ, & pragmatica ibi *y pagar por rata lo que hasta a quel dia deuen.* Et ibi, *e pagare per rata quello che à fin a quel giorno deono.* Et sic loquitur de debito proprio ipsius conductoris, quod est loerium, seu pensio affictus.

Milan. de Greg. & Mut. superius citati loquuntur in terminis possessoris, nos loquimur in cōductore, in cuius fauorem principaliter dicta pragmatica condita fuit. Nam postquam conductor demonstrauerit principali creditori locatori soluisse totū id quod debebat, seque debitorem non esse, ad nihilum dimictendo tenebitur, nec pro præteritis, nec pro futuris decursis: dixi dimictendo, vt ait in terminis dictus *Petr. de Greg. de cēsib. q. 6. n. 14.* quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio *in princ. Instit. quib. mod. solu. oblig.* Aliàs secus si vellet persistere vt dictum est *ex DD. praallegatis*, & præcisè *Mut. dicta decis. 18. n. 2. & 20. in fin. & super Cap. Reg. Alf. de censib. n. 29. fol. 124. tom. 5.* Quicquid dicat *Milan. decis. 11. n. 29. lib. 2.* volens non obstare solutionem factam per conductorem locatori, & non creditori executionem exercenti, licet inde melius cogitandum relinquat. Vltra quod loquitur ante dictā nostram pragmaticā; hodie verò nulli dubium est, nec dubitatur amplius. Verū puto quod post dimissionem conductor non possit amplius soluere locatori, sed creditori bullari, & cauthela est vt debitum coram suo Iudice competente deponeter ad nomen dicti locatoris cum clausula quod non tradatur ei nisi citato creditore censuario, ad instantiam cuius fuit causata executio, & sic erit tutus quo ad vtrumque creditorem, quia Iudex depositum tradet, cui legitimè debebitur facta apoca de recepto pro cauthela debitoris deponentis.

54 Sed aduerte † quòd, si huiusmodi conductor anticipatim pro tempore futuro soluisset, vt aliquando sic soluere consuetum est, hoc in casu talis solutio, cum cadat in causam mutui; non oberit creditori bullari quo minus executio contra eum debitorem procedat vt soluat annuū censuum *Milan. decis. 11. n. 31. lib. 2. quem sequitur Mut. decis. 18. n. 22.*

55 Cui quidem † conductori, facto per eum actu dimissionis & relaxitus, competit terminus ad migrandũ, & interim supersedetur in coactione. Idem *Milan. decis. 11. n. 39. Mut. decis. 18. n. 22. & super cap. 39. Regis Iacobi n. 123.* & sic post dimissionem, & non ante, & ita intelligendus est *Groff. in constit. pragm. §.*
56 *37. num. 15.* Qui † terminus erit iudici arbitrarius iuxta personarum, & rei conductæ qualitatem; dixi *in Prax. super rit. cap. 2. n. 76. ex Masinll. ad Petr. de Greg. de censib. q. 6. n. 90.* vbi sic seruari testatur, & potest prorogari dictus *Groff. dict. §. 37. n. 16.*

57 Quid † si non soluisset creditori censuario, nec domino locatori, nec debitum depositasset, sed soluisset alteri tertio creditori; an sit liberatus à præstatione censuum decursorum dimictendo rem conductam.

58 Distinguendo † respódeas: aut solutio facta fuerit alteri quam creditori censuario, aut domino locatori sponte per conductorem; & tunc non liberabit soluentem *l. filius pacificendo C. de pactis l. qui aliena negotia §. quamquam ff. de negot. gest. Alex. in cons. 4. n. 3. lib. 2.* vbi de communi
59 testatur opinione. Et ratio † est quia solutio debet fieri vero creditori, & non alteri, alias soluens non liberatur. *l. si ego ff. de negot. gest. l. eius qui in prouincia. Vbi Glos. & Bart. ff. si certum pet. Graff. de except. excep. 25. n. 57. cum seqq. vbi ponit tres fallentias.*

60 Aut † verò soluerit alteri quam creditori iussu iudicis, & tunc liberabitur. *Glos. & Bart. in l. ait Prætor n. 2. ff. de Minor. Rimi. in cons. 71. n. 28. lib. 1.* vbi ait quòd tunc debitor consequitur plenissimam
61 liberationem; & ratio † erit quia soluens iussu iudicis dicitur coactè soluere. *Grat. cõs. 5. n. 25. Graff. dicta except. 25. n. 77.* in terminis *Mut. super pragm. Regis Alf. de censib. n. 296. tom 5. Fider. Campix. in Apostill. ad dictam pragm. de censib. n. 27.* Quia bona fides non patitur quòd semel exactum iterum exigatur *l. bona fides de reg. Iur. c. bona fides eod. tit. in 6.* Et debitor necesse habet parere magistratui. *in auth. vt omn. obed. Iud. in princ. & l. 1. ff. de Iust. & Iur.*

62 Sed † quomodo probetur quòd debitum fuerit exactum iussu iudicis? ponit *Bart. in l. creditor ff. de solut. Rot. Genue. decis. 33. n. 10. Et Graff. except.*
63 *25. num. 80* putat quod † in Regno sufficit quòd debitor cõuenctus se opponat, & quòd oppositiones reijciantur, & citat *Paul. de castr. & Ruin.* qui-

quibus addo ea quæ dicit Farinac. quibus Rot. Rom. in recent. decis. 345. p. 1.

64 Verum † si penes ipsum debitorem sequestrum à creditore bullari factum fuisset, tunc non posset soluere, nec domino locatori, nec alteri etiam iussu iudicis *Mut. super Bull. de censib. fall. 20. vers. est verũ tertio n. 391. & 392.* Sed deberet omnino debitũ depositare in Curia cum clausula quòd nemini tradatur nisi citato creditore ad cuius instantiam fuit factum sequestrum, iuxta formam illius cum debitor magistratui parere debet vt dixi supra per *text. in auth. vt omn. Iudic. in princ. & l. 1. ff. de Iustit. & Iur. in terminis dixit Mut. decis. 18. sub n. 22.*

65 Nec sufficit, † ad effectum vt iste tertius non molestetur, quòd ostendat integrè soluisse vero domino locatori, seu alteri iussu iudicis vt dictũ est, nisi hanc solutionẽ ostẽdat, & probet per publica documenta. sic dictant verba pragmaticæ ibi (*realis solutionis*) vt apostillat *Blasc. Ant. Lancea ibid. n. 51. super verb. realis solutionis.* Item probatur ex illis verbis eiusdem pragmaticæ de censibus ibi (*authenticis documentis*) apostillauit etiam *Fider. Campix. super dictis verbis, authenticis documentis*, Idem tenuerunt *ibidẽ Aloisi. de Septim. n. 119. Petr. de Greg. de censib. q. 9. n. 10.*

66 Nec potest † probari per testes; dixerunt *proximè citati apostillantes, & ibid. tenuere latus n. 4. Blasc. Lanc. n. 51.*

67 Partitæ † vero bancæ sunt publica documenta contenta sub illis verbis dictæ pragmaticæ (*& alijs scripturis plenam fidem facientibus*) quicquid dicat *Roman. in cons. 77.* cui respondet *Nicol. Saccan. in apostilla, quam facit super Bulla & dicta pragm. de censibus n. 5.*

68 Et, licet non valeat pactum quòd solutio debiti fieri, seu probari non possit nisi per instrumentum. vt ait *Glos. in §. quia vero in auth. Iubemus vbi Ioason. de Iudic. col. 1.*

69 Actamen † per statutum hoc fieri non prohibetur; sed potest statui *Bald. clare concludit in l. euacuatis C. de decurio. lib. 10. Angel. in dict. auth. in fine,* & in terminis docuit *Fideric. Campix. in apostill. ad prag. de censib. n. 28. vbi n. 29.* aduer-

70 tit quòd † si Iudex exceptiones apparentes per publica documenta non admiserit, ab ista interlocutoria appellari poterit, quia grauamen esset euidens, & sentẽtia esset euidenter iniqua. *Glos. not. in c., ex quæstione de restit. spoliat.*

71 Dicuntur † etiam instrumenta publica, quæ facit cõ-

fue-

suetudo loci, & reputatio cõmunis vt ex *Patern. in apostill, ad bull. & prag. de censib. super illis verb. authenticis documentis n. 29. 30. & 31.*

72 Hinc teneo † instrumenta facta per manus magistrorum notariorum terrarum, & locorum, ob defectum notarij publici, publica esse instrumenta, & in vim instrumenti publici reputari, quia sic ibi communiter reputantur.

73 Cuncta † prædicta expressè procedunt in conductore, Inquilino, depositario, & mãdatario, de quibus sentierunt *Milan. decis. 11. n. 16. Mut. decis. M. R. C. 18. n. 19. & Bart. in l. officiũ ff. de reiuendic.*

74 Et redeundo † ad aliam partem distinctionis superius adductæ *in vers. sed erit dubiũ n. 21.* nempe aut loquimur de tertio possessore dimictere volente rem censualem, vt à solutione, & præstatione censuũ decursorũ, & decurrẽdorũ bullaliũ liberetur. Et tũc Doctores omnes scribẽtes super dicta pragmatica communiter tenent liberè posse, quia possessor rei subiugatæ, si definit possidere, cessat ius executiuum, cum sit onus reale, & cohæreat rei, & certo loco sit limitatum donec in loco est possessor. Pulchrè Cõciuis meus *Corrad. Fut. in apostill. ad Bull. & pragm. de censib. n.* 10. Idem tenet *ibid. in apostill. de Paternione n. 21.* Et ratio †

75 est quia sublato emolumento tollitur onus annexum vt dixi *n. 20.*

76 Verum † distinguendũ esse dixi in *Prax. super rit. cap. 2. n. 79.* aut scilicet vult refutare vt non soluat pensionem præteritam, & iam inductam, & non potest, aut futuras, & inducendas, & potest; affirmat hoc etiam. *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 6. n. 108. Blasc. Lancea per eum citatus.* sed pro præteritis soluere tenetur quamdiu possederit *Iacob. Cbirc. in apostill. ad Bull. & prag. n. 13. Milane decis. 11. per tot. lib. 2. Mut. decis. M. R. C. 18. per totam* vbi refert decisum, & præcisè *sub n. 31.* & super *Bull. de censib. n. 428. tom 5.* & melius ac diffusius *ibid. n. 287. cum seqq. Intrigl. super bull. de censibus q. 66. & Mastrill. ad Petr. Greg. de censib. q. 6. n. 107.*

77 Et Ly † (*Quamdiu*) habet respectum ad tempus, non ad quãtitatem fructuum *Milan. decis. 11. num. 25. & 26.* ponit exemplum de subiugatione vnicæ vnius, nam, si tertius possedit pro annis quinq; esto quod perceperit viginti, non tenetur nisi ad vncias quinque, esto quod executio sit in pluri causata; hoc tamen intelligo si iste tertius post

cau-

causatam executionem, & fictam extremorum verificationem quòd ipse de præsenti possidet, vellet ante adimplimentum relaxare, tunc enim teneretur quamdiu possedit, si vero dimicteret, & relaxaret, aut alienaret ante verificationem extremorum benè poterit. & puto non teneri istũ sic dimictentem ad vllas præstactationes, nec quãdiu possedit, & ratio est quia contra eum procedi non potest, nec executio adimpleri, cum de præsenti non possideat. pragmatica enim præsupponens detentionem, seu possessionẽ rei subiugatæ dat, viam executiuam contra ipsum tertiũ possessorem. Vnde, non verificata illa qualitate super qua se fundat, non procedit eius dispositio, & ista qualitas ante omnia verificari, & probari debet. dixi pleniùs *in Prax. super rit. in Ciuilib. cap. 2. a n. 27. ad n. 33.*

Secundò intelligo si adimplimentum fiat de persona, secus vero si realiter procederetur per primum, & secundũ decretum, aut actione hypotecaria; quia tunc teneretur ad omnes census decursos, non autem quamdiu possederit. *Milan. decis. 11. n. 20. lib. 2. quem, & alios citat, & sequitur Mũt. decis. 18. n. 24.*

78 Sed † videtur quòd talis tertius possessor, volens dimictẽdo se eximere à præstatione cẽsuũ decursorũ, dimissionem prædictam notificare debeat creditori per cedulam notificatoriam. sic videtur tenere *Petr. de Greg. de censib. q. 6. n. 52.* Ego verò dico hanc dimissionem notificari creditori necessarium non esse, sed posset fieri pro maiori cauthela ipsius; sic in diem vidimus quòd scilicet tertij possessores dimictunt, seu alienant rem censualem, nec talem dimissionem creditorib. notificare solent, quia ipsi creditores, ante quam executionem exercent, inquirunt quinam sit illius rei possessor, & si hãc omictat inquisitionem imputet sibi, si inde succumberit. Puto tamen hanc notifiaationem fieri debere per conductorem locatori, vt se liberet à præstatione pensionis stante molestia habita, seu imminente, & vt iterum locatorem dimissam ad suum arbitrium alijs locari possit, ne ob dictam dimissionem, eo inscio factam, in amissione loerij, & pensionis damnum aliquod pateretur.

79 Denique † pro cõplimento huius materiæ dico quòd, quæ superius satisdicta sunt de tertio conductore, & inquilino, applicari etiam possunt in tertio possessore, cum vigeat

eadem ratio vt pleniùs,& eleganter peragere. *Muta dicta decis. 18. per tot. & super Cap. Reg. Alphon. in pragm. de censib. fallen. 3. Milan. decis. 11. lib. 2. & Scribentes omnes super dicta bulla, & Reg. pragm. de censib. apud quos te remitto.*

80 Vnum † solum non omictam, quòd si tertius, seu conductor post renunciationem, & dimissionem vellet se pœnitere, & iterum possidere, posset. *Tetigi in Prax. super rit. in Ciuil. cap. 2. nu. 78. ex Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 6. n. 107. & faciunt quæ diffusius scripsit Felic. de censib. p. 2. c. 4. lib. 3. à n. 20. cum seqq.*

81 Quia † est priuilegium cõcessum detentori, cui potest renunciare; dictus *Mastrill. dicta q. 6. n. 107.* Sed ad omnes

82 † census decursos teneretur, ac decurrendos, quia videretur ex propria voluntate creditori obligatus, quòd idem erit si tertius dimictere noller, sed in possessione insisteret. vt plenè dixi *supra vers. si tamen iste tertius nu. 14.*

83 Et pro † coronide huius materiæ quæro an, qui vt tertius possessor recognouit dominum census, eidemque fecit titulum nouũ, re alienata, & traslata in aliũ, absq; fraude conueniri possit de cetero pro redditibus per eum accollatis, & recognitis?

84 Huic quæsito † satisfacit *Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 7. n. 6. vers. hinc etiam deducitur.* Quam sententiam veram esse censeo, licet ab ea discesserit *Petr. Salazar.* quem reprobat, & hanc veram esse opinionem testatur *Felician. de censib. lib. 3. cap. 6. sub num. 7. vers. tertio inquirendum fol. mihi 162.* Vbi assignat rationem; quia recognitio, personalis obligatio, & titulus nouus nõ plus afficit quoad substãtiam obligationis ipsum recognoscentem, quam is antea virtute possessionis tenebatur. Adijcitur enim ea obligatio, & recognitio ex necessitate possessionis, & oneris adhærentis rei possessæ, & ideo intelligendum est solum quatenus necessitas ipsa postular, & præsertim quia non fit animo inducendæ nouæ dispositionis, sed ad effectum vt possit cõpetere ius executionis contra ipsum recognoscentem.

85 Hoc tamen † perstringi potest vt ait *Couarr.* quando in instrumẽto recognitionis cõtrarium expressim ageretur. Nec mirum, quia recognoscens habere potuit obligare se ipsum ad persoluendos annuos census etiam re alienata perempta, & distructa.

86 Et, quia † aliqui tenent, quòd desinens volũtariè possidere semper ad annuam tenetur,

netur prout sunt *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. p. 2. n. 56. & par. 10. n. 56. & seqq. Petr. Pecch. super reg. 36. Iur. Pontif. & alij a me cit. in prax. cap. 2. n. 166.* Propterea ibi posui cauthelam ne desinens possidere etiam voluntariè teneretur ad onera accollata, seu recognita, nempe, cum protestatione quòd, tādiu teneatur soluere onera accollata seu recognita, quādiu possederit bona alienata, seu empta aut ad iudicata, & non aliter nam protestatio conseruat ius protestantis, & ex hoc clarè patet istum ementem, aut recognoscentem cum hac protestatione animū non habere soluendi onera nisi quamdiu possederit, & non aliter.

SVMMARIVM ARB. VIII.

Censum iuxta formā bullæ ad rationem de decem pro centenario Nicolaus PP. V. permisit anno incarnationis domini 1452. & quare n. 1.

Pragmatica Regia obseruatorialis dictarum bullarum Nicolai V. de censibus permisit, & concessit viam executiuam contra tertios n. 2.

Bullæ prædictæ certo modo fuerunt confirmatæ a Pio PP. V. & a Gregorio XIII. n. 3.

Cēsus iuxta formā bullæ fuerunt regulati ad rationem de quinque pro centenario, & sic de cetero fieri debent n. 4.

Contractus bullares debent infra certum tempus insinuari n. 5.

Sub pœna nullitatis quoad tertij præiudicium n. 6.

Insinuatio non censetur facta si iura magistro notario soluta fuerint, & magister notarius contractum non registrauerit n. 7. 88.

Subiugatio facta in testamento insinuari etiam debet n. 8.

Hoc in casu terminus pragmaticæ quando, & à quo die currat n. 9.

Census iuxta formam bullæ constitui potest per viam legati, donationis, vel alio titulo; adhibita distinctione vt nu. 10. & sub distinctione vt in n. 11. & 15.

Census reseruatiuus potest constitui etiam plusquam de quinq; pro centenario n. 12.

Et quomodo constituatur n. 13.

Census reseruatiuus non subijcitur regulis, & conditionibus bullæ n. 14.

Cēsus in testamēto constitutus, & alio quocumque titulo habens requisita bullæ, pragmaticæ priuilegijs gaudet n. 16.

Et quare n. 17.

Am-

vt valeat num. 82.
Idem est non fieri, & illegitimè fieri n. 83.
Insinuatio facta subiugationis in alia Curia quam Iuratorum non valet n, 84.
Insinuatio subiugationis facta post tempus statutum a pragmatica non valet n, 85.
Amplia ibid.
Falsi præsumptio in ciuilib. pro falsitate habetur n. 86. *secus in criminalibus ibid.*
Subiugatio registrata in volumine donationum non valet num. 87.
Insinuationis solemnitati renunciari non potest etiam cum iuramento. n. 89.

ARBOR VIII.

DE TERMINO INFRA QVEM CONTRACTVS subiugatorij iuxta formam bullæ, & Regiæ Pragmaticæ insinuari debeant ac registrari. Ad intellectum

Regiæ Pragmaticæ Philippi II. dat. Madril. die 26. Augusti 1581. registratæ in vol. 2. prag. Regni prag. 2. tit. 46. tom. 2.

Obseruatæ in Regno tempore Marci Antonij Columna de anno 1582. sub die 13. Martij 10. Ind.

1 CVm in hoc Siciliæ Regno Summus Pontifex *Nicolaus Papa V.* ad Regias præcationes Iura censualia instrumento gratiæ pro consimili prætio illa redimendi mediante, dummodo quod annualis census non excedat decimam partem principalis recepti iustis ac rationabilib. de causis, vendendi facultatē concessit, vt ex eius bulla *dat. Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1452. pridie Kalēdas Octobris constat.* Qua † ab inuictissimo Rege Alfonso recepta illam obseruandā præcepit: Et contractum venditionis huiusmodi cēsus iuxta formam dictæ bullæ celebratum contra tertios possessores, & quoquomodo detētores bonorum specialiter subiugatorum exequi posse disposuit per eius literas Regias *dat. Turri Ottaui die 20. mensis Octo-*
2

Octobris 1452. in Regno obseruatas, & executas in vim pragmaticæ eodē anno editæ sub *die* 13. *Decembris prima Ind. Prorege* Lopximen Durrea *vt in* 2. *tom. pragm. tit.* 46. *de censib. iuxta form. bull. pragm.* 1. *fol. mihi* 416.

3 Quæ quidem † bulla sub certo modo fuit *à Pio V.* confirmata anno incarnationis *Domini* 1568. Et inde *à Gregorio XIII. anno* 1574. vt patet *in dicto pragmaticarum vol.* 2. loco proximè citato registratum.

4 Volens † autem Rex noster Catholicus Philippus IV. censum huiusmodi bullarem ad minorem quantitatem reduci facere, pro minori damno eius vassallorum ac Regni, per eius literas Regias mandauit dictos censūs de cætero haud fieri, nisi ad rationem de quinque pro centenario, *de anno* 1623. *vt in pragm.* 3. *dict. tit.* 46. *de censib. tom.* 2.

5 Et, cum † in constitutione talium subiugationum nonnullæ fraudes interfuissent, *de anno* 1581., sua Catholica Maiestas *Philippus II.* decreuit præfatos contractus subiugatorios esse insinuandos, & registrandos eo modo, & forma quibus à Rege *Ferdinando in cap.* 61. circa insinuationem donationum (*de qua in arb. seqq. loquar*) dispositum fuerat procuius Regij ordinis executione fuit inde condita in Regno pragmatica *Prorege Mar. Ant. Columna de anno* 1582. per quam disponitur omnes cōtractus subiugatorios iuxta formā bullæ, & Regiæ pragmaticæ registrandos esse in actis Curiæ Iuratorum Ciuitatum, terrarum, & locorum vbi dicti contractus celebrati fuissent, &, si celebrati essent extra domicilium subiugātitium, registrari debere tam in loco contractus quàm in loco domicilij subiugantium, si in domicilio insinuatio fieri debeat infra sex dies à die qua fuerit celebratus contractus, & publicatus, sic etiam obseruandum erit etiam extra domicilium celebrato in loco tamen contractus, sed, si extra domicilium contractus celebraretur, infra tamen Regnū, quoad locum domicilij, terminus ad insinuandum sit mensis vnius. Sed si extra Regnum sit ad arbitrium Iudicum attenta loci distantia, dummodo quod non excedat terminum mēsium sex. Aliàs

6 † huiusmodi contractus sint irriti, nulli, & cassi quoad tertij præiudicium. Et prout melius in præfata *pragm. quæ est* 2. *dicto tit.* 46. *de censib. tom.* 2.

Igitur, vt possit contra tertium procedi via executiua

virtute huiusmodi contractus subiugatorij, debet insinuari iuxta dispositionem dictæ pragmaticæ.

7 Ita † vt si quis Magistro Notario soluerit iura pro insinuando contractu subiugatorio, & Magister Notarius illum non registrauerit, pro non insinuato habetur; licet enim subiugatarius faciat quod in se est, & vbi non est culpa, ibi non debet esse pœna, & æquitas non patitur, quod subiugatio non habeatur pro insinuata facit; *Tex. in cap. rit.* 183. *Cumia rit.* 88. *n.* 73. *cum seq.* Nihilominus sẽper, dum non legitur in registro, pro non insinuata censebitur. *Abruzz. de modo proced. p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 174. & dicam *infra n.* 86.

8 Si autem subiugatio facta fuerit in testamento ignorante hærede, seu legatario; subiugatio etiam insinuanda erit, iuxta formam dictæ pragmaticæ, vt ait *Testai alleg.* 10. *nu.* 241. *cum plurib. seq.*

9 Sed terminus non currit à die publicationis testamenti, sed à die scientiæ, & poterit hæres, vel legatarius quamprimùm sciuerit, & acceptauerit legatum census bullæ registrari facere non obstante lapsu termini dierum sex, vt deueniat ad omnium notitiã ne fraudaretur tertius, cum talis terminus dierũ sex à die scientiæ currat. *Tex. in l. tali ff. de Iur. dot. Testai alleg.* 10. *nu.* 266. *Intrigl. sing.* 163. *de Groff. super pragm. constit.* §. 2. *nu.* 48. *tetigi Arb. seq. n.* 95.

10 Hinc † scias quòd subiugatio, seu census iuxta formã Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ, etiam in testamento constitui potest, & per viam legati, donationis, vel alio titulo, & habet priuilegia bullæ, & Regiæ Pragmaticæ, adhibita tamen infrascripta distinctione, penitus reiecta opinione. *Foller. Intrigl.* & aliorum contrarium tenentium, quam euidenter falsum esse dicit dictus. *Testai alleg.* 10. *num.* 53. Aut scilicet testator vult censum constituere in vltima voluntate iuxta formam bullæ seruando omnes conditiones à bulla requisitis, & hoc casu census etiam in testamento constitui potest, quia contractus est vẽditionis, & emptionis in testamento factus. vt ex *Felicia. de censib. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. *Roderiq. lib* 3. *q.* 6. *n.* 4. *vers. intellige, & Testai alleg.* 10. *nu.* 54. *vbi nu.* 55. *&* 56. *cum n. seqq* rationem assignat. Aut verò agitur per viã simplicis legati reuocabilis, vel donationis causa mortis etiam reuocabilis; testator an cẽsum constituere possit? & hoc casu *dictus Testai n.* 62. subdistin-

11 guit † aut scilicet loquimur de

de iure communi constituendo censum reseruatiuum, &
12 tunc clarum † est testatorem posse per viam legati vel donationis facere, & constituere cēsum reseruatiuum ex DD. relatis per *Mastrill.ad Petr. de Greg.de Censib q.5.nu.184.cum seq.*Etiam plusquam de quinque pro centenario non obstante pragmatica *Saler. cons. 8.à nu.81.cum.seqq.*vbi de Ma-
13 teria. † Et sufficiunt ad constituendum istum censum quecumque verba denotantia hypotecam, & realem obligationem, vt relinquo decem ãno quolibet super tali vel tali fundo vel assigno talem fundum pro decem, vel obligo. *Mastrill.ad Petr. de Greg.super bull.dicta.quast.5 n. 197. vers.*
14 *predicta pariter.* † Et hunc cēsum vocant reseruatiuum nō subiectum regulis, & conditionibus bullæ; dictus *Testai dict.alleg.10.nu.64.& Salern. dicto cons.8.num.81.cum seqq.*
15 Aut vero † agimus de cōstitutione census à testatore factam per viam legati iuxta formam bullæ, vt eius habeat priuilegia, & dicit idē *Testai num.65.*intrepidè respondendum esse quod non ex *Ferd. Bongior. per eum allegato* quòd intelligendum est si requisita à bulla nō interuinissent;alias secus.*Mastrill.de censib.ad Pet. de Greg.q.5.nu. 195.& dictus Testai dicta alleg.10.sub n.76.*

16 Est enim indubitatum in Regno quòd constitutus census,tam in testamento,quàm in in alio quocumque cōtractu stantibus requisitis necessarijs, reducatur ad formam bullæ, & Regiæ pragmaticæ, & priuilegijs eiusdem potiatur, vt non semel iudicauit. *Mastrill. vt ipse testatur in decis.103.nu.1. Idem tenet Consta noster cons.7.nu.2.vbi Mastrill.*
17 rationem † assignat,quia cōtractus censetur celebratus iuxta morem regionis, & vt omni meliori modo valeat.*per tex.in l.quod si nolit §.qui assidua ff.de ædilit.edict.Ias.Ang.& ceteri in l. vt liberis C. de collat. Petr.de Greg.de Censib.q.5.n.39. Castill.decis.51.num.3* & idem *Mastrill.decis.103.sub.num.2.* testatur hodie in supremis Tribunalibus Regni de hoc amplius disputationes non audiri, & veluti indubitatum teneri.
18 Requisita † autem bullæ sunt infrascripta videlicet:primò prętium ad minus olim de decem procentenario,modo de quinque procentenario virtute alterius nouissimæ pragmaticæ.

Secūdum requisitum specialitas bonorum subiugatorum de quo dixi *in prax. super rit.in Ciuilib.cap.2.nu 17.*

Tertium pactum de retrouen-

uendendo vt in terminis docuerunt *Testai alleg. 10. nu. 6. Blasc. Lancea, Mont'alto*, *& Octau. Corsett. relati per Mastr. decis. 103. nu* 4

Qui quartum addit requisitum vt scilicet sors sit demortua. Idem tenet *Luna cōs. 22. num. 33.*

19 Quibus † requisitis interuenientibus, etiam si in contractu appositum non fuerit (iuxta formam bullæ, & regiæ pragmaticæ) Nihil minus huiusmodi contractus censebitur, & iudicabitur subiugatorius, & iuxta formam pragmaticæ, & bullæ, ita vt vigore illius possit directè agi contra tertium possessorem (accedête tamen insinuatione vt mox dicam) cum omnibus priuilegijs ipsius bullæ, & Regiæ pragmaticæ. *Petr. de Greg. de censib. q. 5. nu. 44.* & alii per *Castill. decis. 51. nu. 1. in fine.*

20 Maximè † interueniente pacto de retrouendêdo, quod quidem pactum est, quod dat robur, & substantiam contractui subiugatorio, quia sine illo erit nullus. *Castill. decis. 51. num. 2.*

21 Sed † si dictum fuerit secundum formam bullę, & regię pragmaticę nullis expressis pactis, & requisitis prædictis superius expressatis etiam valebit, ac si fuissent omnia requisita expressa in instrumento bullari secundum *Milan. decis. 2. num. 85. lib. 2. & alij per Intrigl. sing. 17. lib. 2.*

22 Contrarium † tenet Conuers. in addit. ad Intrigl. loc. prox. cit. quem sequitur *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 5. nu. 260.* attestans in praxi aliter seruari, & non semel iudicatum fuisse licet hæc secunda opinio eius iudicio verior sit de Iure mihique magis placet.

23 Hæc igitur subiugatio † vt valeat, quo ad tertij præiudicium, omnino insinuari, & registrari debet in actis Curiæ iuratorum Ciuitatum, & terrarum, vbi dictæ subiugationis contractus facti fuissent infra sex dies à die publicationis, & casu quo facti essent extra domicilium subiugantium registrari debent, tam in loco contractus, quàm domicilij subiugantium; in loco contractus infra sex dies vt dictum est, & in loco domicilij si infra Regnū factus fuerit infra mensem, extra verò Regnum infra terminum Iudici arbitrarium, dummodo quòd terminum mensium sex non excedat, sic dictat pragmatica nostra, nec alibi insinuādam

24 esse disponitur, nec † requiritur quòd insinuatio sit etiam facienda eo in loco quo sita res est, adeo vt si sint bona sita diuersis in locis vbique fieri

ri debeat insinuatio, alias non esset valida quoad bona vbi facta est insinuatio. Quicquid dicat. *Giurb. obser. 37. num. 19.* hoc tenentem *ex Rebuff. ad reg. constit. tit. de donat. insinuan. art. 1. Gloss. 5. num. 6.* Quoniam statutum nostrum solum disponit vt ea registretur, & insinuetur in loco contractus, & in loco domicilij subiugantium; non autem in loco vbi sita sunt bona, & sic cum habeamus statutum non est vlterius inuestigandum vt alibi dixi, *dictus* verò *Giurb.* se fundat in doctrina prædicti Rebuff, qui loquitur in terminis statuti franciæ, diuersi à nostro, cum ibi requiratur insinuatio etiam in loco vbi sita sunt bona, hic verò insinuatio solum fieri debet in loco contractus, & in domicilio subiugantium, & non alibi.

25 *Si* autem † tempus insinuandæ subiugationis à statuto prefixum elapsum sit, an postea validè fieri posset insinuatio?

Respondet Negatiuè *Cuman. cons. 173. nu. 2. Alex. cons. 93. nu. 13. & alij per Giurb. obser. 37. nu. 17.*

26 Nisi dictum † tempus à Principe fuerit prorogatum. *Alex. cons. 93. nu. 13. Tusc. concl. 197. n. 14. lit. I. Giurb. obser. 37.*

27 *num. 17.* Vbi tenet † quòd ex iuxta causa etiam post dictū tempus insinuatio fieri potest. *ex Becc. cons. 66. nu. 18.* Iustam autem causam esse existimo ignorantiam subiugatarij quando scilicet subiugatio fit in testamento absente legatario subiugatario.

28 Nec potest † insinuatio per Principem suppleri quia agitur de præiudicio tertij. *Capic. latro decis. 68. nu. 6. Cutell. de donat. tract. 1. discur. 2. part. 6.*

29 *sub nu. 144.* Quia † Principis gratia alteri damnosa esse nō potest. *l. impuberi ff. de administ. tutor. Cancer. var. resol. c. 3. a nu. 77. à Ponte cons. 135. nu. 7. in 2.*

30 Adeo vt † si aliquid ipsi det, vel confirmet, intelligi debet saluo iure tertij, vt bene ait *Giurb.* in terminis *obser. 37. nu.*

31 *21.* Et † ita passim seruatur quòd elapso tempore à statuto prefixo supplicatur Principi vt dignetur mandare quòd non obstante lapsu temporis possit donatio seu contractus subiugatorius insinuari, & Princeps ad relationem M. R. C. in causis fiscalibus mandat quòd possit absque præiudicio illorum, qui medio tempore contraxerunt, & de anno 1636. sic fuit regulata quædam prouisio citra tertij præiudicium. teste *Giurb. obser. 37. in fine.* Ego quoque eamdem Prouisionem à Principe obtinui pro insinuanda donatio-

natione mihi facta à genitoribus meis propter nuptias cuiusdam prædij, & huius librariæ legalis ob lapsum tempus statutum de anno 1645.

32 Et casu † quo contractus subiugatorius fuerit ab aliquo ratificatus, ratificatio ipsa etiam insinuanda erit infra tempus à Pragmatica statutum à die ratificationis quo-
33 ad tertij præiudicium etiam,† si contractus principalis fuisset iam insinuatus; sic decisum refert *Mut. ad pragm. de censib. nu.* 482. quem sequitur *Giurb. obser.* 59. *numer.* 12. *cum seqq. vsque ad finem*, vbi hanc defendit opinionem; tenet etiam *Testai allegat.* 21. *tom.* 2.

34 Qui † dicit valere dictam subiugationem quo ad ratificantem eiusque bona ex nũc, non ex tunc, quia non retrotrahitur, cùm ratum habens de nouo contrahat, quoniam non habetur respectus ad veterem originem, quæ cessauit effectu non sequuto. *l. adoptio ff. de adoption. Surd. conf.* 85. *à nu.* 32. *& conf.* 262. *num.* 67. *& Giurb. obser.* 59. *numer.* 14.

Prædicta intelligo si subiugatio fuisset facta super bonis ipsius ratificantis, seu super bonis ipsius subiugantis, & ratificantis, aliàs, si super bonis tantùm ipsius subiugantis, ratificatio ipsa non indigeret insinuatione, & ratio est quia in tantum ratificatio subiugationis requirit insinuationem in quantum res aliena à non domino censui submissa, verò domino ratificante, ex nunc obligata censetur. *Mut. decis.* 182. *Giurb. obser.* 59. *sub numer.* 12. Et nouus dicitur contractus *Rimin. Iun. cons.* 748. *numer.* 31. Quasi ex nunc vires habet, non ex tunc, non nulli per *Giurb. loc. cit. vers. hac enim ratificatio.* Quoniam conclusio ab omnibus approbata est illa, quòd ille videtur donare qui consentit donationi rei suæ, & ille vendidisse videtur qui solus est dominus. *l. si liqueat. vbi not. Bald. Salyc. Aret. C. de in offic. donat.* Ex quo infert requiri insinuationem in ratificatione. *Tiraquel. in l. si vnquam in verb. donatione largitus numer.* 349. quem sequitur. *Testai dict. allegat.* 21. *numer.* 50. *tom.* 2.

Itaque aut quis ratificat, & consentit alienationi, seu donationi rei suæ cuius est dominus, pro quo est promissũ de ratho, & vt cõsẽtiat, & tũc procedit cõclusio prædicta quòd scilicet ille vide-

videtur donare qui consentit donationi rei suæ, & ille subiugasse videtur qui solus est dominus rei subiugatę subiugationi consentiens, eamque ratificans. ex sententia *Baldi in l. si vt proponis C. de seru. pigno. dat.* & sequitur *Tiraq. de legib. connub. Gloss. 5. nu. 150. vers. & semper.* Quia hoc casu dicitur consentientem propriè subiugationem facere. ex *Tiraq. loc. cit.* & ex *Bald in dict. l. si vt proponis.* Vbi refert quòd aut cõsentiens sit dominus; & tunc propriè videtur ipse facere.

Secus verò si quis consentiret vel ratificaret alienationi, vel donationi, aut subiugationi rei alterius, & non suæ, quià tunc non dicitur consentiens facere, sed dominus ipsius rei donatæ, aut subiugatę *Bald. in dicta l. si vt proponis.* Vbi ait quod non facit, sed non impedit, idest quamdam obstãtiam de medio tollit. Et dicit *Tiraq. dict. gloss. 5. nu. 151.* quod cum hac distinctione omnibus, quæ incontrarium adduci possent, responderi potest, & hanc distinctionem sequi videtur in terminis. *Testai dict. alleg. 21. nu. 53. cum seqq. tom. 2.*

Meritò hoc in casu insinuationem non requiri concludo in huiusmodi ratificatione facta de subiugatione fundata super bonis subiugãtis, non autem ratificãtis; quia ista ratificatio non constituit nouam subiugationem, sed solum nocet ratificanti quoad eius Iura, actiones, & hypotecas, quas super bonis subiugatis haberet. vt in terminis videtur tenere. *Testai dict. alleg. 21. nn. 63. & 64. & Mut. super cap. Reg. Ferdin. 61. limit. 6. & decis. 25. n. 25.* dicit quòd in simplici remissione (nempe suæ hypotecæ) non requiritur insinuatio. Etiam sub prætextu donationis gratuitæ, iuxta terminos dicti *cap. Reg. Ferd. 61.* quia dare, & remittere non est idem, sed quid diuersum. ex *Bart. in l. Iulianus ff de condit. & demostrat.* Et, licet in remissione siue renũciatione debiti liquidi facta per creditorem ex causa donationis secundum aliquos indigeat insinuatione, ex idẽtitate rationis statuti ob euitandas fraudes, & præiudiciũ tertij, & consequenter extendibilis. ex multis relatis per *Mut. decis. 25. n. 24.* modo non fiat talis remissio in modũ trãsactionis vt ex *decis. Pat. 7. lib. 3. & Mut. loc. cit.* & dicam *Arb. seq. nu. 53.* secus est in simplici remissione; pro vt in rem scissione potestatis, & facultatis reuocandi donationem, in ipsa donatione reseruatæ; quo casu ratificatio talis donationis cum remissione, seu amotione

tione huiusmodi facultatis re-uocandi donationem, non indiget insinuatione vt ait *Mut. dicta decis. 25. nu. 24 & 25.*

35 Nisi † esset promissum de rato pro subiugatario quia tunc ratificatio insinuanda non est *Testai alleg. 21. tom. 2.*

36 Et, si subiugatio facta fuerit ex causa dotis, aut donationis propter nuptias, attamen huiusmodi instrumentum debet etiam insinuari iuxta formam prædictæ pragmaticæ (quicquid sit de Iure de quo vide *Castill. decis. 90. nu. 29. & seq.* vbi distinguit) Nam sic disponitur per aliam Regni pragmaticam, quæ est *Comitis Castri §. 1. tom. 2. pragmaticarum fol.* 508. vbi *Groff.* materiam pertractat. Sufficit

37 tamen † registrari fidem talium instrumentorum, seu cõtractum continentem diem, annum, personas, contrahentes, causam, & summam subiugationum ex *pragm. prædicta d. §. 1.* & ibi *Groff.* & *Giurb. obser. 37. per tot.* qui materiã diffusè agunt.

38 Sed an insinuatio in subiugatione, ecclesiæ facta, requiratur. quòd non tenẽt *Abbruzz. in sua lectura practic. §, nunc admonendi nu. 67.* & *Groff. super constit pragm. §. 2. nu. 34. Comitis Castri.*

39 Contrarium verò verius esse teneo; habui in facto in

40 causa executiua † vertente in hac R C. Ciuili adinstantiam V.I.D Don Francisci Trayna Beneficialis Sancti Antonij terræ Racalmuti contra notarium libertinum lo Iudice, & Quaglia Clientem tertium possessorem bonorum specialiter subiugatorum, in qua, licet fuerit decisum quod reijciantur, fuit tamen via nullitatis interlocutoria reuocata, tanquam lata contra expressum casum statuti de insinuandis subiugationibus de an-

41 no 1649. quia † exceptio, quæ oritur ex eodem, vel alieno statuto, admictitur etiam in prima iudicij instantia, non obstante statuto reijcientes omnes exceptiones *Craff. de except. excep. 3. nu. 1. Marsil. sing. 293. Ruin. cons. 102. n. 11. lib. 2.*

42 Et, licet † hæc exceptio nõ habeat locum aduersus executionem contractus bullalis, vt dixi *arb. 14. num. vers. sed an*

43 *hæc exceptio*, tamen † hic admictitur stante quod statutum *Philippi II.* annullat contractum bullarem si insinuatus non fuerit, taliter quòd interdicitur Iudicibus iurisditio, & mandatur eis vt super tale contractu ius non dicant, & Ideo hæc exceptio ex defectu insinuationis admictitur etiam in prima iudicij instantia, quia non habet executionem paratam contra ter-

tium

tium tanquam ipso iure nullus ex dispositione dictæ Regiæ pragmaticæ; & hoc iure vtimur.

Nec obstaret asserere hoc statutum esse laiçale, nam præiudicat etiã ecclesijs subiugatarijs post dictam pragmaticam subiugationibus factis.
44 Cum † possit laicale statutum præiudicare ecclesiæ in acquirendis, licet non possit in acquisitis. *Nepot. in consuet. Cathan. in proem. nu. 187. Bald. in c. Clerici de Iudic.* & hanc rationem exornat latè *Barbat. in cons. 65. nu. 7. vol. 4.* Docet *Neuiz. cons. 39. nu. 17. vers. non obstat*, quos sequitur *Surd. cons. 2. nu. 9.*

45 Maximè † quia dicta pragmatica loquitur generaliter per dictionem vniuersalem (*tutti li subiugationi*) vt considerat *Castill. decis. 90. nu. 18.* Et sub generali dispositione, quã facit laicus, venit etiam clericus vt probat *Surd. cons. 2. n. 1. vbi multos citat.*

46 Probatur † etiam quia, si clericus, seu ecclesia voluerit laicum obligare, tenetur ea omnia facere, & seruare sine quibus ille non potuit obligari. *Alb. in tract. statu. in 2. p. qu. 2. in fin. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Marian. 56. vers. quartus casus. de constit.* Sed, vt obligetur tertius vigore contractus bullaris, ille debet insinuare. Ergo &c.

Et quando statutum concedit solemnitatem adhibendam tempore contractus, si tali solemnitate omissa contractus fiat, erit nullus pro vt statutum disponit, quod locum habet etiam si contrahatur cum clericis, non quia statutum liget clericos, sed quia, si clericus velit laicum obligare, debet obseruare omnia, sine quibus ille obligari nequit. vt dictũ est, & docet etiam *Mart. de Iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 62. nu. 2. 3. & 4.*

47 Et † vna semel quòd ecclesia vtitur huiusmodi statuto contra laicum, illud etiã contra se recipere cum omnibus suis partibus, qualitatibus, & declarationibus tenetur. secundum *Bald. in l. omni innouatione 6. num. 9. C. de sacros. eccles. Ruin. cons. 113. nu. 15. tom. 4. Bursat. cons. 93. nu. 29. tom. 1. Glurb. obser. 104. nu. 51.* & videntur sentire *Sperell. decis. 11. for. eccles. nu. 19. & seq* & *Honded. in cons. 78. nu. 111. & seq. tom. 2.*
48 Etiam † si ageretur de diuersis statutis si aliud statutum limitaret, extenderet, qualificaret, vel declararet aliud statutum, vt docuerunt. *Honded. cons. 74. nu. 113. tom. 2. Ripa in tit. de Iure gent. & Ciuil. respon. 6. num. 5. & Socc. sen. cons. 97. num. 3. & 4 lib. 1.* Vbi
49 dicit † non esse hæsitandum, an

an hoc possit facere statutum, quia etiam clericis specificè statutum potest auxilium suum denegare. Igitur cum ecclesia vtatur contra laicum statuto Regis Alfonsi, quod tribuit viam executiuam cótra tertios in persona, & bonis, dum per aliam pragmaticam *Philippi II.* vt contra tertios subiugatio procedat, dispositum fuit vt bullaris contractus insinuetur, patet per secundam pragmaticam declarari, & qualificari præcedentem, ergo ecclesia vti debet primo statuto modo, & forma per secundum declarato, & iuxta secundi statuti declarationem.

50 Nec obstát † rationes *Abbruzz. loc. cit.* & primò non obstat illa, qua suam fundat opi-
51 nionem nempe quòd † statutum laicale non comprælendit clericos, & ecclesias. Respondetur enim distinguendo inter statutum quod simpliciter vel prohibet quid fieri, & statutum quod non simpliciter, sed sub certa forma, & qualitate reprobat, primò casu non includeret clericos, secundo verò ad eos extenditur quam distinctionem Doctores communiter sequũtur teste *Surd. in consf. 2. nu. 41.* In casu autem nostro pragmatica nó disponit simpliciter, quòd subiugatio sit nulla, sed si non insinuatur sit nulla quoad tertij præiudicium, & sit sub certa forma, & qualitate reprobat subiugationem, quo casu ligat etiá clericos, & ecclesias.

52 Secundà ratió † *Abruzz.* nequaquam obstat, quod scilicet donatio facta ecclesiæ non comprehenditur sub statuto de insinuandis donationibus, quia respondetur non de esse Doctores contrariam tenentes opinionem pro vt sunt *Neuiz. in conf. 39. num. 15. Surd. cons. 2. nu. 8 & sub nu. 40. verf. sextum pariter fundamentum. Barbat. conf. 65. num. 4. & seqq. vol. 4. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constit. Alder. Mascard. de Interpetr. statut. concl. 7. num. 4. & seq. & dicam arb. seq.*

53 Minus † obstat tertia *Abruzz.* ratio quòd scilicet hóc ius fuit quæsitum ecclesiæ ex priuilegio, quòd reuocari non potest, quia stante consensu ecclesiarum transiuit priuilegium in contractum irreuocabilem. Respondetur enim quòd, quamuis ecclesię, & clerici consensum suum adhibuerint, illæ tamen consensus simplicis potius acceptationis, quam contractus irreuocabilis naturam inducit. *Rot. Rom. in recentior. apud Farinac. decis. 34. nu. 3 p. 2.*

Secundò respondetur tunc statutum dici in contractum

tran-

transire quando statuẽtes aliquid concedunt, & ex aduerso eis aliquid datur, seu ad aliquid fit obligatio, ita vt ab vtraque parte aliquid sit adimplendum. vt dixi *Arb.* 4. *vers. quæ quidem gratia nu.* 43. quibus addo *Farinac. loc. cit. n.* 4. Secus est in casu nostro, quia statuentes dederunt validitatem contractus, & viam executiuam contra tertium, gratis, quia nil receperunt ab ecclesiasticis; igitur non transiuit in contractum.

54 Tertio † quia pragmatica *Philippi II.* si declarauit, aut si reuocauit pragmaticam Regis Alfonsi, ex cuius dispositione conceditur via executiua contra tertium virtute cõtractus Bullaris, nullis tamen præiudicium intulit, sed beneficia dumtaxat statuti laici denegauit clericis, & ecclesijs; quibus propterea nulla fit iniuria. *Bald. in auth. cassa. num.* 3. *C. de sacros. eccl.* & ibi *Salyc. n.* 8.

55 Cuius † ratio esse potest, quia natura legis est, vt possit ad libitum concedentis, vel legislatoris reuocari etiam sine causa. *c. conquestus* 9 *q.* 3. *c. fra-*

56 *ter* 16. *q.* 1. Vnde † dicit *Bald. in cons.* 226. *num.* 6. *vol.* 1. quòd Imperator non potest sibi legem imponere, quominus ad suum libitum possit reuocare concessa *text. est in §. interim*

57 *in auth. de defens.* Et, sicut † statuens fuit causa concessionis, eodem modo ipse reuocare potest, & ipsemet est causa. *Angel. in l. Antiochentium ff. de priuil cler.* & *in l.* 2. *C. de quatri. præscr.*

58 Ea † propter Princeps priuilegium obseruare non tenetur, & illud reuocando nemini facit iniuriam. *Bald. in l. qui se patris C. vnde liber.* Et sequitur *Ias. in cons.* 1. *col.* 7. *vol.* 1.

59 Et quòd † priuilegium spõtè concessum possit ad libitum reuocari affirmant. *Bellon. cons.* 28. *nu.* 9. & hanc sententiam dicit notabilem *Curt. Iun. in cons.* 157. *nu.* 18 & *cons.* 174. *nu.* 13 & *cons.* 138. *nu.* 5.

60 Et, sicut † statuẽtes sunt causa illius iuris ciuilis, pari ratione illud ius sine causa medio alterius iuris ciuilis auferre possunt, etiam si agatur de graui præiudicio est communis opinio, quam tenet. *Curt. Iun. in cons.* 1. *nu.* 18. & *seq. lib.* 1. & *Fulg. in l. si quis curialis C. de Episc.* & *cler.* dixit quòd †

61 priuilegia collata ecclesijs per Principes, & generales constitutiones possunt per eosdem concedentes, contrarijs constitutionibus reuocari, quia non possunt sibi legem imponere à qua recedere non valeant. *l. si quis in principio testamenti ff. de leg.* 3.

62 Et dicit † *Abb. in c. ecclesia Sancta Maria in* 1. *lectura num.* 24. *in fine de Constit.* quòd per reuocationẽ pri-

an hoc possit facere statutum, quia etiam clericis specificè statutum potest auxilium suum denegare. Igitur cum ecclesia vtatur contra laicum statuto Regis Alfonsi, quod tribuit viam executiuam cōtra tertios in persona, & bonis, dum per aliam pragmaticam *Philippi II.* vt contra tertios subiugatio procedat, dispositum fuit vt bullaris contractus insinuetur, patet per secundam pragmaticam declarari, & qualificari præcedentem, ergo ecclesia vti debet primo statuto modo, & forma per secundum declarato, & iuxta secundi statuti declarationem.

50 Nec obstāt † rationes *Abbruzz. loc. cit.* & primò non obstat illa, qua suam fundat opi-
51 nionem nempe quòd † statutum laicale non compræhendit clericos, & ecclesias. Respondetur enim distinguendo inter statutum quod simpliciter vel prohibet quid fieri, & statutum quod non simpliciter, sed sub certa forma, & qualitate reprobat, primò casu non includeret clericos, secundo verò ad eos extenditur quam distinctionem Doctores communiter sequūtur teste *Surd. in cons. 2. nu. 41.* In casu autem nostro pragmatica nō disponit simpliciter, quòd subiugatio sit nulla, sed si non insinuatur sit nulla quoad tertij præiudicium, & sit sub certa forma, & qualitate reprobat subiugationem, quo casu ligat etiā clericos, & ecclesias.

52 Secundà ratiò † *Abruzz.* nequaquam obstat, quod scilicet donatio facta ecclesiæ non compræhenditur sub statuto de insinuandis donationibus, quia respondetur non de esse Doctores contrariam tenentes opinionem pro vt sunt *Neuiz. in cons. 39. num. 15. Surd. cons. 2. nu. 8 & sub nu. 40. vers. sextum pariter fundamentum. Barbat. cons. 65. num. 4. & seqq. vol. 4. Dec. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Const. Alder. Mascard. de Interpetr. statut. concl. 7. num. 4. & seq. & dicam arb. seq.*

53 Minus † obstat tertia *Abruzz.* ratio quòd scilicet hoc ius fuit quæsitum ecclesiæ ex priuilegio, quòd reuocari non potest, quia stante consensu ecclesiarum transiuit priuilegium in contractum irreuocabilem. Respondetur enim quòd, quamuis ecclesiæ, & clerici consensum suum adhibuerint, illæ tamen consensus simplicis potius acceptationis, quam contractus irreuocabilis naturam inducit. *Rot. Rom. in recentior. apud Farinac. decis. 34. nu. 3 p. 2.*

Secundò respondetur tunc statutum dici in contractum tran-

transfire quando statuētes aliquid concedunt, & ex aduerso eis aliquid datur, seu ad aliquid fit obligatio, ita vt ab vtraque parte aliquid sit adimplendum. vt dixi *Arb.* 4. *vers. quæ quidem gratia nu.* 43. quibus addo *Farinac. loc. cit. n.* 4. Secus est in casu nostro, quia statuentes dederunt validitatem contractus, & viam executiuam contra tertium, gratis, quia nil receperunt ab ecclesiasticis; igitur non transiuit in contractum.

54 Tertio † quia pragmatica *Philippi II.* si declarauit, aut si reuocauit pragmaticam Regis Alfonsi, ex cuius dispositione conceditur via executiua contra tertium virtute cōtractus Bullaris, nullis tamen præiudicium intulit, sed beneficia dumtaxat statuti laici denegauit clericis, & ecclesijs; quibus propterea nulla fit iniuria. *Bald. in auth. cassa. num.* 3. *C. de sacros. eccl.* & ibi *Salyc. n.* 8.

55 Cuius † ratio esse potest, quia natura legis est, vt possit ad libitum concedentis, vel legislatoris reuocari etiam sine causa. *c. conquestus* 9 *q.* 3. *c. fra-*

56 *ter* 16. *q.* 1. Vnde † dicit *Bald. in cons.* 226. *num.* 6. *vol.* 1. quòd Imperator non potest sibi legem imponere, quominus ad suum libitum possit reuocare concessa *text. est in* §. *interim in auth. de defens.* Et, sicut † sta-

57 tuens fuit causa concessionis, eodem modo ipse reuocare potest, & ipsemet est causa. *Angel. in l. Antiochentium ff. de priuil. cler. & in l.* 2. *C. de quatri. præscr.* Ea † propter Princeps

58 priuilegium obseruare non tenetur, & illud reuocando nemini facit iniuriam. *Bald. in l. qui se patris C. vnde liber.* Et sequitur *Ias. in cons.* 1. *col.* 7. *vol.* 1. Et quòd † priuilegium spōtè concessum possit ad libitum reuocari affirmant. *Bellon. cons.* 28. *nu.* 9. & hanc sententiam dicit notabilem *Curt. Iun. in cons.* 157. *nu.* 18 *& cons.* 174. *nu.* 13 *& cons.* 158. *nu.* 5.

59

60 Et, sicut † statuētes sunt causa illius iuris ciuilis, pari ratione illud ius sine causa medio alterius iuris ciuilis auferre possunt, etiam si agatur de grani præiudicio est communis opinio, quam tenet. *Curt. Iun. in cons.* 1. *nu.* 18. *& seq. lib.* 1. *& Fulg. in l. si quis curialis C. de Episc. & cler.* dixit quòd † pri-

61 uilegia collata ecclesijs per Principes, & generales constitutiones possunt per eosdem concedentes, contrarijs constitutionibus reuocari, quia non possunt sibi legem imponere à qua recedere non valeant. *l. si quis in principio testamenti ff. de leg.* 3. Et dicit †

62 *Abb. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ in* 1. *lectura num.* 24. *in fine de Constit.* quòd per reuocationē pri-

primi statuti priuilegium inducentis non fit iniuria clericis. Nam, quando per reuocationem illius quod prius concessum erat reducitur ad ius, quod prius competebat antiquitus, non potest conqueri is, qui damnum sentit ex tali reuocatione. *Bald. in c. canonum statuta. nu 22. de Constit. Gloss. in l. si vnus §. pactum ne peteret in verb. quod in specie ff. de pactis* quam refert, & sequitur in his terminis *Curt. Iun. dicto cons. 1. nu. 22.*

63 Et ratio † finalis est quia, quando per aliquam dispositionem reuertimur ad ius cōmune, illa dispositio est fauorabilis iudicanda. *Gozadin. in cons. 9. nu. 32. & cons. 26 n. 54.*

64 Ex quibus † clara est responsio dictæ Abruzz. doctrinæ quòd scilicet priuilegium concessum per Principem secularem Ecclesiæ non potest per eum reuocari.

65 Vltra † quod Doctores per *Abruzz.* citati loquuntur in speciali concesso ecclesiæ, nō autem de generali concesso populis, & per consequens ecclesiæ tanquam vni ex populo vt sentire videtur *Mart. de Iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 52. à n. 1. ad nu. 8 & num. 21. respondet Boffio de Principe num. 176.* vbi dicit communem esse opinio-

66 nem priuilegium † cōcessum ecclesiæ per Principem posse reuocari per eumdem, etiam ex interuallo post acquisitionem. Nam (*d. cit Mart.*) quòd citati *per Boff.* ibi loquuntur de reuocatione statuti, nō autem priuilegij.

Insuper aliud est quòd statutum tollat ea, quæ clerico competunt tanquam vni de populo, aliud verò quòd tollat ea quæ sunt clericis in priuilegium concessa, quia secundo casu procederet opinio illorum dicētium priuilegium concessum clericis per Principem non posse ab eo reuocari. *Mart. de Iurisdit p. 4. cent. 1. cas. 52. nu. 15. & seq.* Quia tunc contra libertatem tale statutum dicitur. *Surd. cons. 2. nu. 12.* At primo casu, quando scilicet statutum tollit ea quæ clerico competunt tanquam vni de populo, in odiū clericorum valet. *Surd. cons. 2. nu. 3. in fine.*

67 Pragmatica † autem Philippi II. de insinuandis subiugationibus non priuat clericos aliquo priuilegio ei concesso, sed solùm illo quòd clericis competit tanquam cuilibet de populo; & sic tale statutum non potest dici quòd tollit ecclesiasticam libertatem, quia tunc solùm contra libertatem dicitur statutum, quando tollit ea, quæ ecclesiæ vel clericis concessa fuerunt in priuilegium. *Innoc. in c. nouerit.*

uerit. de senten. excomm. Bart. & Cyn. in l.1.§.Onerandæ.quar. rer.act. non det. Vbi disputando, super quodam statuto per eum relato, dicit non esse cōtra libertatem ecclesiæ; quia non aufert aliquid, quod sit clericis concessum in priuilegium, licèt eos priuet illo, quod clericis competit tanquam vni cuilibet de populo, & *Abb. in dicto cap. nouerit dicit* quòd DD. transeunt communiter cum *Innoc.* vt refert etiam *Surd. cons. 2. nu. 12.*

68 Præterea † nec ecclesijs, aut clericis fuit aliquod concessum priuilegium. Sed Bulla Nicolai Pontificis in beneficium Regnicularum vtriusque Siciliæ censuum venditiones permisit, non vt ecclesijs, clericisue specialiter faueret, sed vt prorsus tolleret scādala ex vsuraria prauitate orta, quæ adeo hominum mentes tunc temporis excæcauit, vt ad summum improbitatis gradum ascenderit. Quod de ecclesia vel clericis præsumi nequaquam poterat; quoniam erat eis interdictum omne negotiationis genus: Vnde nec actu nec habitu fuit ecclesijs nullum priuilegium concessum. Et meritò benè potuit *Philippus II.* pragmaticam Regis Alfonsi declarare, limitare pro vt voluit.

69 Quartæ † rationi *Abruzz.* respondetur illam procedere quoties de clericis in secundo statuto fieret expressa mentio, tunc enim ex defectu potestatis, seu voluntatis, non intenderet statuens inferre clericis, & ecclesijs præiudicium, eosque in eo includere vt ait. *Mart. de Iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 52. nu. 10.* At quoties de eis non fit expressa mentio, tunc in dicto secundo statuto clerici, & ecclesię includūtur.

Insuper respondetur quòd hæc pragmatica *Philippi II.* non disponit totaliter quòd subiugatio sit nulla, nec quòd pragmatica Regis Alfonsi sit reuocata, sed solum contractui dat formam dicens quòd debeat insinuari infra certum tempus, aliàs quoad tertij præiudicium non valeat, & sic disponit de ipso actu, dando certam formam, seruandam in contractu; Et Ideo meritò compręhendit etiam clericos, & ecclesias. Distinguūt enim Doctores communiter inter statutum, quod simpliciter mandat, vel prohibet, quid fieri, & statutum quod non simpliciter, sed sub certa forma, & qualitate reprobat, vel approbat, vt primo casu non includat clericos, secundo verò ad eos extendatur, vt dictum est supra *num. 51.* Quia † sub-

70 ditus non potest etiam cum non subdito contrahere spre-

ta lege sui superioris, & contractus est nullus propter resistentiam statuti. *text. est in l. non dubium. cum ibi not C. de legib.* & in terminis tenet *Surd. cons. 2. num. 41.* & cum ex vna parte contractus non possit subsistere, *l. labeo ff. de verb. signific.* † Nam clericus, contrahendo cum laico, omissa statuti solemnitate, nulliter contrahit. *Abb. in c. quod clerici nu. 26. de for. compet.* Vbi dicit quòd tali casu in vtroque foro iudicabitur iuxta formam statuti, quia, si non valuit contractus, non debet ex eo ius reddi: & in effectu † ex statuto Marci Ant. Columnn. iudicantium iurisdictio limitatur, dum ibi dicitur. *E tali modo si vieta che i magistrati l'habiano per validi in pregiudicio di terzi, benche fossero giurati, ne essi in alcun modo procedano, ò pure intendano pretentione sopra tale validità.* Vnde iurisdictio à Principe corrigitur ne super huiusmodi contractibus ius

73 dicant, quod † Principem facere posse probant. *Riminal. Iun. in cons. 74 nu. 31. & cons. 353. n. 38 & seq. Cab. cōs. 116. lib 2. Testai alleg. 21. n. 26. to. 2.*

74 Et denique non obstat Abruzz. asserere sic fuisse decisum: Quia contrarium, & in fauor in tertiorum possessorum hic Agrigenti etiam decisum fuit, & interlocutum, quòd stent oppositiones anno prox. elapso 10. Ind. fuit etiam decisum in M. R. C. contra Rectores Ecclesiæ Mõtis Pietatis Ciuitatis Nicosciæ ad fauorem Ioannis Pipi, Baronis Stellayri de anno 1638. & interlocutoria fuit inde per Tribunal Concistorij S. R. C. confirmata de anno 1639. fuit etiam decisum in dicto Tribunali Consistorij reuocando sententiam M. R. C. contra hyconimum, & Procuratorem Conuentus Sãctæ Mariæ Montis Carmeli Panormi in fauorem Honofrij Lupo, sub die 14. Iunij 1641. quæ interlocutoria fuit confirmata via reuisionis per Illustrem Don Petrum de Gregorio ad præsens Præsidem meritissimum, non satis laudatum, de anno 1642. 6. Ind. die 4. Februarij. Sic etiam aliàs fuit determinatum per Illustrem de Trelles tùnc Consultorem E.S. dignissimum cui per S.E. fuerat commissum negotium super expeditione quamplurium mãdatorum in expẽsione pretij feudi S. Bartholomei, & inter alios concreditores adfuit cõgregatio S. Ioseph. Panormitanæ Vrbis ex causa cuiusdã subiugationis nõ insinuatæ, &c, cũ fuisset ad partes causa discussis, fuit per eumdẽ de Trelles terminatũ cõtra dictã cõgregationem de ãno 1651.

In-

Insuper in M.C. Archiepiscopali Panormitana fuit via contrarij Imperij reuocata quædam interlocutoria in fauorem Ecclesiæ Sancti Nicolai, sub titulo delli Scalsi contra S.T.D. Don Honofrium Susinno latam, & fuit restituta possessio vigore primæ interlocutoriæ capta eidem de Susinno. Et denique, cum similis casus euenisset anno proximè elapso 1656. in R. C. Præturæ Vrbis Panormi inter hyconimum, & procuratorem Ven. Conuentus Sanctæ Mariæ Mercedis dictæ Ciuitatis contra Donnam Franciscam Russo, fuerunt Spect. Iudices dispares voto; duo terminarunt in fauorē dicti Veni Conuentus, & alter contra. Sed, deuoluta causa ad M. R. C. via reuisionis, fuit à tota M. R.C. dicta interlocutoria correcta, & pronunciatum quòd oppositiones dictæ de Russo stent sub die 1. Iulij 9. Indit. 1656.

75 Nec præualet doctrina dicti *de Greff. super constit. pragm. Comitis Castri* §. 2. *nu.* 34. *cum seqq.* dicentis insinuationem cōtractus bullaris dispositam fuisse ad obuiandum fraudibus, & ne contrahentes decipiantur, sed in ecclesia cessat fraudis suscipio *vt Arb.* 15. *nu.* 85. Ergo &c.

Quoniam respondetur dictam pragmaticam duabus in rationibus se fundatam esse videri. Prima scilicet in tertij præiudicio, qui videns subiugationem, aut donationem insinuatam fuisse suo tempore in actis Iuratorum vtique cum subiugante, aut donante non contraxisset. Secunda dolus, & fraus; quia † præsumitur huiusmodi contractus non insinuatos dolosos, & fraudulentos esse: *vt ex tenore ipsius pragmaticæ*, & dixit etiam *Castill. decis.* 90 *nu.* 1. *& seq.* fraus autem, & dolus non fuit causa finalis pragmaticæ, sed potius quodam motiuum, quam causa; Causa † verò finalis videtur tertij præiudicium, quod non dicitur per hoc cessare si ecclesia non insinuat subiugationem, aut donationem sibi factam: Ea propter cessare non debet effectus dum causa impulsiua, & non finalis cessat. *Tiraq. in trac. cessan. caus. limit.* 1. *nu.* 1. *& seq. Rot. Rom. in collect. per Farinac. decis.* 437. *nu.* 3. *& decis.* 587. *nu.* 6. *tom.* 2. *p.* 1. *in recent. Barbos. Axio.* 40. *nu.* 5. *& seq.* 76 77

Imo dato, sed non concesso quòd dolus, & fraus causa finalis, & non impulsiua fuisset, cum tamen in huiusmodi pragmatica duæ fuerint causæ, & ambæ finales, nempe tertij præiudicium, & dolus, ac fraus, † cessante vna 78

causa, scilicet dolo, & fraude, pro vt præsumendum est in ecclesia; non propterea cessabit statuti dispositio: quia alia causa nempe tertij præiudicium durat. *Text. est in l. si non lex. ff. de hæred. instit. Tiraquell. loc. cit. lim. 22. nu. 1. & alij per Rot. Rom. in recent. apud Farin. decis. 587. num. 7. p. 1. Barbos. Axiom. 40. nu. 23.*

79 Firma itaque remanet opinio nostra quòd scilicet subiugatio quæcumque etiam ecclesiæ, & clericis facta indiget insinuatione, vt valeat; etiam quo ad tertij præiudicium iuxta formam, & dispositionem pragmaticæ Regis Alfonsi, & hanc veriorem esse, & ab ea in consulendo, & iudicando recedendum haud esse censeo, tanquam communem, & à supremis tribunalibus receptam, & sequutam, saluo tamen semper ecclesiarum præiudicio, cùm prædicta omnia, & alia à me dicta, & dicenda subijcienda esse intendo ac firmiter volo sensui Sãctæ Matris Ecclesię, cui me, & hæc omnia humiliter subijcio.

80 Hæc autem † insinuatio tanquam solemnitas extrinseca post actum interuenire solita regulariter non præsumitur, maximè in tertij præiudicium: ideoque actori incumbit onus de insinuatione docendi; & conuencto satis est negare. *Mut. decis. 74. n. 4. add. ad Bart. in l. ab ea parte ff. de probat.* quos in terminis sequitur *de Groff. in constit. pragmat.* § 37. *num.* 23.

81 Verùm † si tempus 30. annorum à die celebrati contractus lapsum sit, & tertij possessoris conuencti, vel alterius, qui actum defectu insinuationis impugnare potuisset, & non impugnauit, nec contradixit, si de facto fuisset conuenctus, vel aliàs appareat de solutione cẽsus vel quid simile, patientia concurrat, hoc in casu prædictis concurrentibus insinuatio præsumitur interuenisse, ea propter talis contractus exequi poterit etiam contra tertium, quamuis de insinuatione expressè non doceatur etiam stante nostro statuto requirente insinuationem. *Gratian. discept. for. cap.* 869. *nu.* 4. *tom.* 5. quem, & alios sequitur dictus de *Groff. dicto* §. 37. *n.* 24. Qui aduertit dummodo de non insinuatione non appareat ex instrumenti inspectione, tunc enim non attenditur præsumptio, quia constat de veritate, & exemplificat cum facto quodam sibi successo, quando scilicet volumen registri insinuationum amissum, vel incendio absumptum fuisse probatur. Id circo requiritur, vt præsuma-

tur

tur insinuatio, vt probetur insinuationum volumen illius anni amissum, vel vstum, & solutionem censuum decursorum per annos 30. à tertio possessore factam fuisse, aliàs altero ipsorum deficiente, insinuatio non præsumitur, & contractus contra tertium exequi non poterit. vt dicam in donatione *Arb. seq. nu.* 94.

82 Debetque † adeo subiugatarius curare, vt contractus subiugatarius in loco, tempore, & volumine per pragmaticam designatis registretur, quod, si in aliquo deficit subiugatio, quo ad tertij præiudicium non valebit, vt pragma-

83 tica decernit. Quia † idem est non fieri, & illegitimè fieri. *l. quoties ff. qui satisd. cog. Giurb. obser.* 85. *nu.* 7.

84 Propterea † si registratur in altera Curia quàm illa Iuratorum, idem est ac si insinuata non fuisset, ex verbis Pragmaticæ. ibi *Per la presente pragmatica santione perpetua valitura prouidemo, sancimo, & ordinamo che de cetero tutti contratti subiugatorij bullari iuxta formam bullæ, & Regia pragmatica si debiano registrare negl'atti della banca delli giurati. &c.* Igitur alibi quàm in actis curiæ Iuratorum registrata subiugatio non valet, tanquam contra formam ipsius pragmaticæ. per *text. in l. cum hi §. si prator. ff. de transact. Alex. cons.* 136. *lib.* 2. *Bart. in l. item eorum §. sed si ita ff. quod ciuisq; vniu. nom.* Diffusiùs *Becc. cons.* 145. *nu* 40. *& seq.* & in terminis *de Groff. dicto §.* 37. *à nu.* 27. *cum plurib. seqq.*

85 Pari ratione si registrata non fuisset tempore statuto per pragmaticam, sed post, etiam in eadem curia Iuratorum, & in eodem volumine subiugationum, licet dicta sit apposita ad diem legitimum, verbi gratia contractus bullaris, de quo agitur, fuit publicatus die decima Ianuarij, sub die 15. eiusdem; fuit alter bullaris contractus publicatus, & iste contractus fuit insinuatus sub die 17. eiusdem mensis Ianuarij, Inde in pede istius contractus fuit registratus dictus primus contractus die 10. Ianuarij publicatus, sed fuit apposita dies 14. eiusdem, & sic videtur infra legitimum tempus à pragmatica præscriptũ registratus. Attamen non valebit insinuatio, quia, cum non reperiatur cõtractus suo legitimo loco registratus, sed sub alio contractu registrato, in die, quæ esset extra tempus insinuandi prædictum alterum contractum, præsumeretur falsitas: & in †

86 ciuilibus falsi prẽsumptio pro falsitate habetur. *Clar. in pract. §. falsum num.* 30. *vers. trita est*

licet

licet secus sit in criminalibus ad puniendum aliquem de falso, quia tunc, ad probandam falsitatem, coniecturæ non sufficiunt, neque suspiciones, sed requiruntur probationes legitimæ, & quæ de necessitate concludant; sic distinguendo tenet dictus *Clar. loc. cit.* qui alios citat.

27 Eodem † modo dicimus respectu voluminis, quia subiugatio, si registratur in volumine, & registro, quo registrantur, & insinuantur donationes, habetur ac si minimè registrata, & insinuata fuisset, vt pluribus rationibus defendit *Groß. in constit. pragm.* §. 37. *num.* 26. *cum seqq.*

28 Et denique caueant subiugatarij oculis proprijs subiugationis contractum registratum non videre, nec fidem habent magistro notario sibi promittenti illum registrare, & registratum esse asserenti quia, si eum non registrauerit etiam quod ei subiugatarius soluisset iura pro contractu insinuando, adhuc vtique non insinuatus censebitur, vt dixi *supra nu.* 7. cui addo *de Groß. dicto* §. 37. *num.* 33. *&* 34. *cum seq. qui alios citat.*

Nec tali solemnitati, nempe insinuationi, renũciari potest, etiam cum iuramento; sic dictat eadẽ pragmatica Marci Ant. Column. ibi *ne congiuramento si possa renunciare al remedio della presente constitutione, si perche tende in pregiuditio di terzi, e cotale renuntia non giova, si perche con questa constitutione s'induce presumptione iuris, & de iure che tali contratti siano dolosi, & fraudulenti, & c.* Ita etiam de iure disponitur, vt arb. seq. circa donationis insinuationem dicam, & dicit etiam *Gratian in terminis statuti discept. for. cap.* 483. *nu.* 9. vbi rationem assignat. Prædicta sufficiant in materia subiugationis.

SVMMARIVM ARB. IX.

Dominium requiritur per donationem nu. 1.
Donationis descriptio nu. 2.
Donatio qua nam sit quæ de iure insinuatione indigeat nu. 3.
Donationis insinuatio quare requiratur nu. 4.
In magnis quantitatibus maior obseruantia requiritur. nu. 5.
Solidorum nominatio pro aureis capitur nu. 6.
Solidi dicuntur aurei legales quorum 72. *libram auri constituunt nu.* 7.
Donatio non insinuata an in totum

Sta-

statuti Reg. Ferd. de insinuan. donat. comprahenditur etiam donatio facta matrimonij causa nu. 75.

Decimo tertio renunciatio facta ob ingressum religionis ante susceptum habitum n. 76.

Limita in donatione, seu renunciatione facta post susceptum habitum à nouitio ibid. & num. 88.

Renunciatio facta ante ingressum religionis non comprahenditur sub dispositione S. C. T. sess. 25. c. 16. de regular. n. 77.

Decimo quarto includuntur hodie donationes ex causa dotis, & propter nuptias nu. 78.

Olim contrarium disponebatur ibid.

Distingue secundũ aliquos. n. 79.

Primam opinionem indistinctè teneret author n. 80. sed n. 82. remictit eam cogitandam.

Hãc opinionem Cutell indistinctè non defendit, sed expectat alienum Iudicium nu. 81.

Sunt nonnulli casus, quibus donatio sub dicto statuto non comprahenditur; primò donatio causa mortis nu. 83.

Limita nu. 84.

Secundò donatio à Patre facta in præmium emancipationis, & quando nu. 85.

Tertiò olim non includebantur donationes causa dotis, & propter nuptias, hodie secus n. 86.

Quartò qua fit in contractu venditionis de eo plus quòd res valeret nu. 87.

Quintò renunciatio facta à nouitio nu. 76. & nu. 88.

Sextò donatio facta ob seruitia personalia secundum Abruzz. num. 89.

Contra secundum alios ibid.

Septimo donatio tacita resultantè ex patientia nu. 90.

Donatio non insinuata non valet quo ad tertiũ præiudiciũ n. 91.

Limita ibid.

Insinuatio an cursu 30. annorũ præsumatur. nu. 92. & quando num. 94.

Insinuatio iuxta nostrum statutum an sit de substantiali forma, aut non, nu. 93.

Donatione facta absenti an terminus de ea insinuanda currat à die scientiæ nu. 95.

Elapso termino statuti infra quem insinuatio fieri debebat, si insinuabitur donatio non valebit nu. 96.

Limita nisi à Principe fuerit prorogatus, sed nõ obstet tertio, qui medio tẽpore cõtraxit. nu. 97.

Solemnitati insinuationis nõ potest etiam cum iuramento renunciari stante nostro statuto num 98. quicquid sit de iure communi ibid. & nu. 25.

Minus valet donatio etiam si sit insinuata in volumine subiugationum nu 99.

Aut in alia Curia, quàm in Curia Iuratorum de Iure Regni num. 100.

S AR-

ARBOR IX.

DE TERMINO AD INSINVANDAS Donationes ad intellectum cap. 61. Reg. Ferdinandi.

1 MVltis ex modis rerum dominium acquiri posse reperitur scriptum, inter quos alter est per donationem *tex. est in princip. Instit. de*
2 *donat.* Quæ † non est alia quã rei licite nullo iure cogente facta collatio. *Hostien. in sua summa de donat. in princ. per text. in l. donari ff. de regul. Iur.*

Verùm, cum hominum malitia ob Adæ peccatum adeo creuerit, propter quam sub donationum prætextu nõ nullæ videantur commicti fraudes in graui tertiorum præiudicio, quibus Imperator obuiare intendens, dona-
3 tiones † 500. solidorum summam excedentes insinuandas esse nouissimè decreuit quicquid erat antiquitùs *per text. in l. pen. C de don. vers. cæteris etiã.*
4 Quæquidem insinuationis solemnitas fuit adhibita ne donationes clandestinæ fiant, & tertij defraudentur. *l. data C. de donat.* Ideo de iure disponitur donationem summam quingentorum solidorum excedentem insinuãdam: Quia
5 † vltra fraudes, quæ interueniri possunt, in magnis etiam quantitatibus maior requiritur obseruantia. *l. fin. in auth. ibi posita C. si cert. pet.* Quas rationes ponit. *Bart. in l. modestinus ff. de donat.*
6 Nam solidorum nominatio pro aureis capitur. *l. quotiẽs*
7 *C. de suscepto. lib.* 10. † Et dicũtur aurei legales, quorum 72. libram auri constituunt, secũdum communem opinioné, & intellectum dictæ *l. quotiẽs; & Gloss. in l fin § fin. C. comm. de leg.* de qua *ibid.* testatur *Iass. Gloss. in § nos autem verb. solidos, instit. de Acti tutor.*
8 Hinc est quòd donatio vltra 500. solidos seù aureos sine insinuatione facta tantùm in excessu vitiatur, non autem tota. Probant *Bald. Ang. Salyc. & omnes in l. sancimus. in princip.* per illum *text. C. de donat.* Idem tenent *Ang. in cons.* 179. *col.* 5. *Abb. cons.* 84. *vol.* 1. *Alex. cons.* 4. *vol.* 1. *Dec. cons.* 239. *nu.* 2. *cons.* 432. *nu.* 16. *Socc. cons.* 48. *col. fin. vol.* 1. & per *text. in l. si quis argentum §. fin autem donator. C. de donat. ibi (non totũ sed solũ superfluũ euanescat.)*
9 Et † super hac opinione nemo ambigit ex regula quòd vtile pro

pro inutile nō vitiatur, vt notant *Ang. Salyc. & Fulgos. in dicta l. sancimus. Ang. dicto cons. 179. &* Latiùs *per Alex. in l.* 1. *§. Sed & si mihi ff. de verb. oblig. Paris. cons. 38. nu. 35. vol.* 1. Maximè quia hic cessat opinio
10 illorum distinguentium † inter diuidua, & indiuidua, volentium primo casu vtile non vitiari, secundo sic; vt tenet etiam *Bero. cons. 163. nu. 5. vol.* 3. quoniam nos agimus de quantitate, nimirum, in donatione 500. aureos excedente, quæ summa 500. solidorum diuidi potest, & separari à summa eam excedente.

11 Iudex competens in insinuatione de iure communi est originis, domicilij contractus, vel ciuilitatis adeptæ, & quicumque alius cuiusq; Ciuitatis, & prouinciæ. *ex text. in l. data C. de donat.* ibi. (*Gesta autem confici super rebus etiam alibi collatis vbicumque sufficit.*) Item probatur etiam per text. *in l. in hac C. eod.* loquendo extra vrbem Constantinopolitanam. ibi. *donator habeat liberam facultatem donationes rerum suarum vbicumque positarum, siue apud moderatorem cuiuslibet prouinciæ, siue apud magistratus, siue apud defensores cuiuscumque Ciuitatis pro vt maluerit publicari*. Et ibi. *ipsa donatio sita est in voluntate donātis ita ei liceat donationem suam apud quemcumque ex memoratis voluerit intimare*. Insuper probatur *per tex. in §. illius in auth. vt fra. filij.* ibi. *Donationes in prouincijs factas insinuari apud vniuscuiusq; Ciuitatis defensores, aut apud quos omnia alia documenta confici possunt.*

12 Quod non procedit quando in Ciuitate statutus esset iudex coram quo tantùm insinuatio fieri deberet, vt in Regno pro vt dicam nu. fin. tunc enim alius adiri, nec eius iurisdictio prorogari poterit. *Bald. in dicta l. in hac C. de donat. in l. 1 ff. de offic consu. Felin. in c. pastoralis col. 3. lim. 2. de offic. ordin.*

13 Neque in insinuatione cōtradictor admictitur, neque alicuius citatio prærequiritur, vt in agnitione bonorum possessionis. tradit. *Bald. in l. fin. in princ. C. qui admit. ad bonor. poss.*
14 Minus † requiritur aliqua causæ cognitio, cum in libera donantis facultate consistat *l. in hac C. de donat.*

15 Tempus autem, infra quod donatio de iure insinuari debeat, expressum non reperitur. Ergo insinuationem quocumque tempore fieri sufficit, vel quando donatur, vel post ex interuallo. *l. qui fundum ff. de contrahen. empt. l. in venditione §. de tempore ff. de bonor. auth. Iudic. poss. Bald. cons. 256. vol. 4. in nou. Roman. cons.*

 340.

340. *in primo dubio cum alijs per Crau. cons. 14. nu. 3. & cons. 84. num. 13.*

16 Sed quousque duret hæc insinuandi donationem facultas dixit *Ang. in cons.* 179.

17 *col fin.* Nempe † cum actus insinuationis sit meræ facultatis vtique durat perpetuò, sicut dicimus de iure adeundi de quo in *l. licet C. de Iur. deliber.* Sed dictum ius adeundi durat perpetuò, nempe ad annos 30. tantoque tempore illi præscribitur vt not. *Gloss & DD in l. 3. de acquir. hæred. Bar. in l. vnica col. 3. ff. de condit. ex l ge. cum alijs à Ias. in dicta l. licet.* qui dicit esse communem opin. etiā dicit *Canar. in tract.*

18 *de Insin. quæst.* 3. qui docuit † quòd insinuatio, cum consistat in libera donatoris facultate, semper sine temporis præfinitione potest suam insinuare donationem, sicut, & semper donare Sed si certum tempus statutum esset ad insinuandum, (vt hic in Regno, dicam *nu* 42. *& num. 94. vers. scias tamen cum seqq.*), tunc, si non insinuabitur infra tempus, ipso iure caret effectu *Bald. in l. fin. col. 1. C. de donat. ante nupt.*

19 Si verò tempus ad insinuādum statutum non sit, & medio tempore non dum facta insinuatione ius alteri esset quæsitum ex contractu celebrato inter eum, & donatorem in re donata; tunc autem nec sequi, nec fieri posse insinuatio in eius præiudicium, vt *tangam in n. 96.* & dixi. *arb.*

20 *præced. nu. 26. ad nu.* 31. Quia † insinuatio est confirmatio donationis inualidæ priùs. *Bald. in l fin. C. de donat. ante nupt. in fin. principij Socc. cons.* 80. *col. pe-*

21 *nul. vol.* 1. Sed confirmatio † non retrotrahitur vt declarat. *Bald. in auth. si qua mulier. in fin. C. ad Velle. Caphal. in cons.*

22 170. *nu.* 16. Ea propter † talis insinuatio in præiudicium iuris alterius medio tempore quæsiti non valeret, Vide supra *arb. præced. nu. 26. cum seq. & inf. hic num. 96.* (Ita vt, obtenta à Principe prorogatione, vbi tempus ad insinuandum reperitur statutum, solet dici absque præiudicio illorum qui medio tempore contraxere dixi locis præcitatis.) Sed, proposita nullitate donationis ob defectum insinuationis eaque pendente, non potest fieri insinuatio ex multis citatis per *Gratian. discept. for. cap. 531. nu. 1. ad num. 5.* qui

23 tamen † contrarium tenet, & multis rationibus defendit etiam lite pendente super nullitate, ob defectum insinuationis, donationem insinuari posse vt *in dicto cap. 531. n. 12. cum seqq.* tenet etiam *Corn. cōs. 221. quia in hac causa col. vlt.*

in

in princ. lib.1.& in conf.36.n.1. in fin.lib.3.

24 Minus post mortem donatis insinuari poterit. *Aret. conf. 123 col.1.& Corn.conf.71.vol.2.* dicit etiam *Becc.conf.66.nu. 19.& 25.* & voluit *Canar. de insinuat qu.29.*

25 Imo nec huic solemnitati insinuationis renunciari potest de iure. *Bart. Bald. Salyc.& Imol. quos citat Aretin. in § primum Instit. de donat.* & dicit hanc esse communem opinionem. Idem tenet *Alex. in l. nemo potest ff. de leg. 1.* vbi quoque *Ias. nu.41. Felin. in c si diligenti nu.11. de for. compet. Socc. conf 67. col.5. vol.1.* latè *Caner.*

26 *loc. cit. q.29.* Nisi † expresè, & specificè insinuationi cum iuramento renuncietur (quicquid sit de Iure Regni de quo infra *nu. 98.*) docuit *Gratian. discept. for. cap.531. nu.34. cum seq. vbi decisum refert tom.3.*

27 Aliqui existunt casus, quibus donatio, licet excedat 500 aureos, sine insinuatione valet, quorum aliquos numerat *Gloss. in § primum verb. inuenit Instit. de donat.*

28 Primus est quando facta fuerit donatio pro redemptio-

29 ne captiuorum; quod † ampliatur etiam si detineatur in carceribus pro debito, licet ex maleficio causato. *Bald. & Castr. in l. illud C. de sacros. Ec.*

30 Secundus si donetur à magistro militum aliquid mobile, vel sese mouens, siue ex substantia sua, siue ex spolijs hostium *l penul. C. de donat. 2. responso.*

31 Tertius si donetur aliquid alicui pro refectione domus suæ damnum passæ incendio, vel ruina ex dicta *l. penul. & Azo. in summa in rubr. de donat.*

32 Quartus si alicui donet Imperatorem *l. sancimus § exceptis C. de donat. l fin. § quia igitur vers. cum enim C. de quatr. prescript.*

33 Quintus quando priuatus donat Imperatori. *auth. item à priuatis C. de donat. §. illud in auth. vt non fi. pigno.*

34 Sextus in donatione propter nuptias. *in auth. vt sponsal. largit. in princ. §. illud quoque in auth. vt fra. fi. & in auth. eo decursum C. de donat.*

35 Septimus in renunciatione vsurarũ futuri temporis. *Ant. Gabriel. lib.3. de donat. concl. 1. limit.8. nu.39.*

36 Octauus in donatione remuneratoria. *Bart. post Gloss. in l. Aquilius ff. de donat. Bald. in l. si cum mihi ff de dolo. Socc. conf.65. col.4 conf.66. col.2. vol.1. Curt. Iun. conf.67. nu.6.*

37 Nonus in donatione ob causam. *Aret. in § primum Inst. de donat.*

38 Decimus in donatione causa mortis. *l. fin. C. de donat. caus. mor. & ibi Bart. Bald. Saly.*

&

& Guid Pap.qu.325.nu 3.

39 Vndecimus in donatione scholari facta *Petr. Rebuff. in tract. de priuil. scholar. priuilegio* 64. quem refert, & sequitur. *Petr. Duen. reg.* 224.

40 Duodecimus denique quādo interfuit in donatione iuramentum. *Gabriel. Roman. concl. 1. nu. 66 lib.* 17. vbi alios refert casus, apud quem videas.

41 In Regno verò hanc insinuationem recessisse ab Aula dixit. *Testai. alleg.* 21. *num.* 89. *tom.* 2. quia nulla requiritur insinuatio respectu donantiū, vel eius hæredum, aut habentium ius, & causam ab eis lucratiuam ex. *Corset. in cons.* 29. *n. 1. & seq. noster Costa cons.* 29. *nu.* 18. *& seq. & cons.* 61. *nu.* 20.

42 Nam superiùs dicta † tantùm de iure communi procedunt. Quoniam de iure huius Regni aliud disponitur vt infra pleniùs peragam. ex capitulo Regis *Ferdinandi* 61. Vbi disponitur omnes donationes, & reuocationes registrari debere in actis curiæ Iuratorum infra terminum dierum triū in loco contractus, vbi scilicet fuerint celebratæ, cursorum à die quo publicatæ fuerint, &, si celebratæ fuerint extra domicilium, insinuari debere tam in loco contractus, quàm domicilij, sed in domicilij loco, si celebratæ fuerint infra Regnum debent insinuari infra mensem, si extra Regnum infra terminum ad Iudicis arbitrium attenta locorum distantia, dummodo quòd menses sex non excedat, aliàs tales donationes, & reuocationes sint irritæ, nullæ, & cassæ quo ad tertij præiudicium, pro vt meliùs ex tenore *dicti cap.* 61. *Reg. Ferd.*

43 Sub cuius statuti dispositione omnes donationes, & reuocationes comprehendūtur, cum loquatur per verbum vniuersale *(tutte le donationi, e reuocationi)* in latino *(omnes)*

44 quæ † dictio est vniuersalis, & nihil excludit. *l. Iulianus, & l. testatorem in princ ff de leg. 3. l. hoc articulo ff de hæred. instit. & l. pediculis §. labeo ff. de aur. & arg. leg. Menoch. de recuperan. remed.* 15. *num.* 294. *& Gregor. decis.* 315. *n.* 11. *citatus per Barbos. dict.* 241. *nu.* 2. dicit † quòd

45 neminem hæc dictio excludit, & idem operatur ac si de singulis esset facta mentio, & specialis expressio, & est collectiua plurium. tenet etiam *Castr. cons.* 271. *in princ. lib.* 2. *Barbos. dicta dict.* 241. *nu.* 7. *& seq.* Et propter suam generalitatem complectuntur ea, quæ aliàs non includerentur. *Bart. in l generali §. vxori ff. de vsufr. leg. Surd. decis.* 255. *nu.* 8. *& cons.* 453. *num.* 44. *& cons.* 466. *nu.* 25. *Mascard de probat. concl.* 148 *sub nu.* 9. *vol.* 1.

Com-

46 Compræhenditur inquam primò donatio quæ fit à patre filio in præmium emancipationis. *Dec. in l. vt liberis nu. 25. C. de collat. & in auth. ex testamento sub nu 8. C. eod. Alex. conf. 21. col. 3. vers. non obstat id quod notat vol. 3. vbi testatur de communi opinione Abb. conf. 116. nu. 1. vol. 2. Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 147. C. de reuoc. donat. Intrigl. sing. 154. lib. 1. vbi num. 3. & 4. alios reprobat.*

47 Dummodo † quòd non fiat cum clausula quòd res donata computetur in legitima. *Intrigl sing. 162. lib. 1. de Groff. super constit. prag. §. 2. nu. 18.*

48 Secundò compræhenditur cessio facta ex causa lucratiua. *Iul. Clar. in §. donatio qu. 16. vers. idemque fit. vbi testatur de magis comm. opin. Gabriel. lib. 1. concl. 1. num. 12. tit. de donat. Intrigl. sing. 156. lib. 1.*

49 Tertiò ratificatio ex qua inducitur renũciatio iurium, & actionum. *Ant. Gabriel. lib. 1. concl. 1. nu. 44. tit. de donat. Intrigl. sing 159. lib. 1.*

50 Quartò donatio facta ex causa studiorum *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. part. 11. num. 52. quem sequitur Groff. super constit prag. §. 2. n. 19. cum seqq.*

51 Quintò remissio, seu renũciatio debiti liquidi per creditorem ex causa donationis. *Intrigl sing. 224. l. 1. viden. 53.*

52 Item omnis alia renunciatio, quia dicitur donatio *Coccin. Rot. Rom. decis. 125. nu. 2.* & sic debet insinuari *Rot. Rom. in rec. apud Farin. decis. 38. n. 3. to. 3. p. 2. Tir. in l. si vnquã C. de reu. donat. in ver. don. largitus n. 176. limita pro vt infra n. 76. & 88.*

53 Dixi quintò compræhendi remissionem, seu renunciationem debiti liquidi factam per creditorem ex causa donationis, sed non comprçhenditur remissio debiti si fiat in modum transactionis. *Mut. decis. 25. nu. 24.*

54 Sextò reuocatio ipsarum donationum vt expresse dictat dictum *cap. 61. Reg. Ferd.* & dixit *Cutell. de donat tract. 1. disc. 2. partic. 3. num. 134. Mut. decis. 25. nu. 24.*

55 Septimò donatio ob causam, licet causa non excedat res donatas. *Conuers. ad Intrigl. sing. 160. lib. 1.*

56 Octauò ratificatio donationis. *Cutell. de donat. tract. 2. special. 4. nu. 13. Gratia. discept. for. cap. 253. num. 10. tom. 2. Surd. decis. 69. nu. 14. Gloss. in constit. pragm. §. 2. num 29.* intelligo dummodo promissio rati fuerit facta à donante iuxta ea quæ *dixi arb praced. nu. 35.* non autem pro donatario ex *Testas alleg. 21 tom. 2.* qui in simili casu loquitur. Vide *Mut. decis. 21.*

57 Nonò donatio facta clerico

co *Abb. in cap. quod Clericis de foro compet nu.* 19. quem sequitur *Groff. dict.* §. 2. *nu.* 28.

58 Decimo comprahenditur donatio facta Ecclesiæ, & locis pijs per ea quæ *dixi arbor. praced. à nu.* 38. *cum plurib. seqq.* quicquid dicat *Intrigl. sing.* 157. *lib.* 1. & alij per *Clar. in* §. *donatio q.* 17. *nu.* 1. *&* 2.

59 Quæ opinio, licet non careat cõtradictore, videtur mihi communis, & verior ex infra dicendis. Nam *Gloss. in* § *si*

60 *nimus in auth. de non alien.* ait † quod donatio non valet Ecclesiæ facta sine insinuatione vltra 500. aureos. quam *Gloss. Barbat.* ibi confirmat, sequuntur etiam *Cyn. Alber. Ang. & Salyc. in l. sancimus C. de donat. Ang & Fulg. in l. penul. C. eod. Cyn. Odofr. Bald. & Salyc. in l. illud C. de sacros. eccl. Andr. Sicul. in c. ad hac de testib.*

61 Quæ mouetur quod vbicumque, bona donantur Ecclesiæ regulatur talis donatio legibus imperialibus. per *cap. quoniam* 10. *dist.* Vbi disponitur quod Pontifices pro cursu temporalium rerum legibus imperialibus vtuntur. Et sic in donatione vbi de re temporali agitur. Sed lex ciuilis requirit insinuationem vltra 500. aureos. Ergo illi standum est. Cuius textus intentio est vt Ecclesia in necessitate vti possit seculari lege, sed sub est necessitas in casu nostro recurrendi ad leges seculares cum canones non prouideãt; igitur debet insinuatio interueniri.

62 Quando enim in aliquo deficit ius canonicum; iudicat Ecclesia secundum Ius Ciuile. *c.* 1. *&* 2. *de nou. oper. nunc. de Isern. in constit. si quis in posterum num.* 6 *p.* 1. *Corn. cons.* 224. *nu.* 2. *vol.* 3. probatur etiam *in c. si in adiutorium* 10. *dist.* vbi notat *Praposit. &* latiùs *in cap.*

63 *lege ead. distin.* Quia † sicuti leges sacros canones imitari nõ dedignantur; Ita, & sacros canones Principium constitutionibus adiuuari æquum est. *Bart. & Bald. in l. priuilegia C. de sacros. eccl. Sperell. decis.* 10. *nu.* 41. *to.* 1. Hæc autem quæstio non videtur per canones decisa vt dicit *Riminal super instit.* §. *primum n.* 105 1. *de donation.*

64 Qui † concludit; ergo secundũ leges ciuiles est decidẽda.

65 Imo, & secundum constitutionem, & statutum Regni, quia non solum in legibus Codicis, & authenticorum, procedit prædicta conclusio, quod scilicet, quando in aliquo deficit ius canonicum, iudicat Ecclesia secundum leges Imperiales, sed etiam in legibus cuiuscumque Principis absolutam, & Imperatoriã Maiestatem in suos Vassallos habentis (vt est Rex Noster

66 ster Catholicus) qui † leges generales omnibus, eisque communes de temporalibus rebus in bonum totius rei publicę statuit, & hæ leges sunt etiam à clericis obseruandæ, non quidem vi, & authoritate illarum, quæ hodie ad obligandum nullius sunt efficaciæ, sed ex tacita clericorum, & Ecclesiarum approbatione, dum in contrarium expressè non disponunt. vt firmauit *post Abb. Dec. Bart. & alios Couarr.pract.q.cap. 8.n.8.*

67 Cum igitur (vt dixi) in hoc casu nulla canonum decreta demonstrantur, nec demonstrari possunt, quę aliquid expressè ad casum præpositum disponant, sed contrarium per leges, & per hoc statutum dispositum videtur; ergo secundum leges, & statutum standum est.

68 Leges autem ciuiles disponunt donationes Ecclesiæ factas insinuandas esse, & probatur per text. expressum *in l. illud C.de sacros. eccl.* Vbi dicitur. *Donationes in sanctam Eccl. sia n Xenodochium, (& id genus) facta vsque ad* 500. *solidos citra actorum confectionem conualescant, si verò amplioris quantitatis donatio sit excepta, scilicet, Imperiali, non aliter valeat nisi actis intimata fuerit.*

Secundò probatur per tex. *in l.penul.C.de donation.* vbi ponūtur tres casus speciales, quibus donatio valet vltra 500. aureos sine insinuatione, inter quos nihil dicitur de Ecclesia, nec de alio pio loco, ergo secus in eo esse debet. Et in fine textus habetur generalis regula ibi (*cæteris donationibus non valituris sine insinuatione vsque ad* 500. *aureos*) sub qua regula etiam Ecclesia, & actus pij compræhenduntur, cum ab ea non fuerint excepti, quam inductionem facit *Castr. in dicta l. illud.*

Nec obstat tex. *in l. sancimus C.de donat.* ibi *Exceptis.* vbi donationes imperiales factæ in pijssimas causas valent sine monumentorum obseruatione. Nam respondetur duplici modo: primò quia secus est in donationibus factis à priuatis. nam subdit text. (*& si à priuatis facta quæ ad pietatem respiciunt vsque ad* 500. *solidorum summam, & sine monumētis esse validas censemus*) vltra igitur non valent cum illa dictio (*vsque*) sit exclusiua respectu maioris summæ. *l.2.in princ.ff. de his qui not. i f. Alber. in verb. vsque.*

Secundò respondetur per text. *in l. si quis argentum in fine C.de donat.* ibi (*tanto magis hæc firma esse si pijs actibus, vel religiosis personis donatio deputata sit monumentorum obseruatione in his modis secundum quod spe-*

cialiter à nobis huiusmodi casibus prædictū est obseruāda.) nempe vt vltra 500. aureos insinuetur.

Minus obstat dicta *l. penul. C. de donat.* qua mouetur *Bart. in dicta l. illud.* vbi habetur quòd, quando quis donat pro redemptione captiuorum, donatio non indiget insinuatione vt dictum est. *per text. in dict. l. penul. in primo responso.* quam conclusionem *Bartholus* ampliat procedere in Ecclesia, vel altero loco pio.

Quoniā respondetur *Barti ibi mouere per tex. in dict. l. penul.* qui textus ponit casum specialem quando quis donat in redemptionem captiuorum, quæ causa dicitur pijssimâ vt ibi in verb. *pijssimum.* Secus tamen quando donet Ecclesiæ, vel alijs pijs actibus. Ita respōdet *Bart* sibi contrarius *in §. sancimus in auth. de non alien. & Cuman. consl. 28 col. 2.*

69 Nam † arguere de causa pijssima ad piam est inferre de superlatiuo ad positiuum, quod non licet, veluti de maiore ad minus affirmatiuè. *c. cum in cunctis de election. Iason. in l. quæ de legato col. 1. ff. de legat. 1.*

Et ratio est, quia superlatiuum supra se nihil habet, positiuum verò illi subijcitur, & etiam comparatiuo, cum bono melius detur. *l. vbi autem non apparet ff. de verbor. oblig.*

Ea propter donatio facta Ecclesiæ debet insinuari iuxta dispositionem legum Imperialium prædictarum.

70 Ac etiam iuxta terminos nostri statuti. licet contrarium dicant *Intrigl. sing. 157. l. 1. & Gross. in constit. pragmat. §. 2. nu. 32.*

71 Statutum enim nostrum fuit à Rege Ferdinando conditum, qui in hoc absolutam, & Imperatoriam habebat potestatem, pro vt ad præsens habet inuictissimus, & Catholicus Hispaniarum Rex Philippus Quartus; & cum canones hanc quæstionem nō decidant, ergo iuxta prædicti statuti dispositionem decidēdum est, vt superius dixi.

Maximè quia fuerūt capitula Regni, & præcise capitula ædita à prædicto Rege Ferdinando publicata coram deputatis triū brachiorū Regni, nēpe Ecclesiastici, demanialis, & militaris, & ab eis fuerūt acceptata sub die 12. Nouēbris 4. Indit. 1515. vt patet in fine dictorum capitulorum fol. mihi 387. Qua propter 72 omnino seruanda sunt in omnibus Tribunalibus Regni, & contra quascumque personas Ecclesiasticas, & seculares. dixi *in prax. super rit. in ciuilib. cap. 7. numer. 96. & seq. ex Canal. decis. 12 p. 2. n. 61.*

Ma-

Mastrill.ad Petr.de Greg.de Iudic.caus.feud.q.17.in add. lit. E. & alijs per eos, quibus addo *Cumiam super rit.ordine suo* 40.
73 *n.*170.vbi *in n.*171.dicit quòd quoties statutum est promiscuè conditum tam per clericos,quam per laicos ligat etiã clericos,nec dicitur contra libertatem Ecclesiasticã. *Bald. in c.cum venissent col. pen. extr. de eo qui mitt.in possess.caus.rei ser. Alex.cons.*97*.col.vlt.vol.*1*. in terminis Cassan. super consuet. Burg.fol.*288 *nu.*2*.& fol.* 314. *num.*53.Dicit quòd statutum vel consuetudo mixta laicorum , & clericorum ligat ecclesiam, & personas ecclesiasticas secundum *Andr. Sicul. in repert.Rubr.de reb. eccl. non alien.col.* 25. Qui dicit esse responsionem , & doctrinã omnium doctorum. *in auth. cassa C. de sacros. eccl. & in c. ecclesia Sanctæ Mariæ extr. de constit. quos refert Cumia dict. cap.* 4. *num.*272.

Et in terminis nostri statuti annullantis donationem, quæ non fit insinuata , compræhendere etiam Ecclesias tenent *Fontanell.de pactis nuptial.claus.*4*.Gloss.*21*.part.* 2*.nu.* 18*.& seq.Neviz.cons.*39*.n.*15. *& alij per Surd.cons.*2*.nu.* 8*.&* 40.quos citaui *arb. præced. nu.* 52.

74 Hoc autem statutum annullat donationem non insinuatam, & sic,quia non interuenerint solemnitates à statuto requisitæ , & designatæ, quo casu ligantur etiam Ecclesiæ, quia statutum non loquitur in personam, sed rem. docuerunt. *Surd. dicto cons.* 2. *nu.*40. *vers. sextũ pariter Bart. in l.*1*.C. de summ. Trin. & fide Cathol.Rimin.Iun. cons.* 81. *nu.* 34*.Honded.cons.*3*.n.*29*. vol.* 1. *& cons.*10*.nu.*13*.vol.*2.

Cum igitur textus nostri statuti per verbum in rem loquatur, nec vllam de personis facit mentionem , quia dicit ibi (*Altramente che tale donationi s'intendano irriti , nulli , è cassi,quanto allo preiuditio di terzi.*) Necessario sequitur dicẽdum Ecclesiam, vel clericum donationes sibi collatas insinuare debere , & sub dispositione dicti statuti comprẹhẽdi, & *Barbos.in cons.*65*. num.*7. *vol.*4. concludit statutum includere clericos quando disponit nullam esse donationem, quæ non sit insinuata,& mouetur pluribus rationibus inter cęteras, quia tale statutum non præiudicat Ecclesiæ in acquisitis, sed solùm in acquirendis , quo casu statuta laicorum ligẽt clericos. *Bald. in cap. clerici de Iudic.* idem tenet *Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,nu.* 53*. vers. tertia conclusio. de constit.* & alij *per Surd. cons.*2*.nu.*28.

Maximè quia nostrum statutum dat certam formam seruandam in donatione, quo casu compræhēdit etiam clericos, & Ecclesias, quæ tenentur formam illam seruare. Distinguunt enim Doctores cōmuniter inter statutum, quod simpliciter mandat, vel prohibet quid fieri, vel statutum quod non simpliciter, sed sub certa forma, & qualitate reprobat; primo casu non includit clericos, secundo verò casu ad eos extenditur. vt dixi supra *arb. praced. n. 69. ex Surd. cons. 2. nu. 41.*

Meritò itaque concludendum est statutum nostrum Reg. *Ferd. cap. 61.* includere donationes factas Ecclesiæ, alijsque pijs locis saluo tamen eis semper earum iure iuxta sensum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui hæc omnia, & me humiliter subijcio, quibus quidem Ecclesijs præiudiciū inferre nequaquam intendo, sed prædicta scripsi vt veritas magis elucescere posset; tu cogita qua ego contrarium tenerem, & in f[a]u[o]rem Ecclesiæ ex *Sperell. decis. 10. 11. & 110 omnino videndo.*

75 Et redeundo ad materiam dico Vndecimò sub dispositione dicti statuti compræhēdi donationes factas causa matrimonij, cum sit simplex donatio, & causa matrimonij sit impulsiua *Intrigl. sing. 61. l. 1. Costa siculus cons. 61. nu. 20. Octau. Cors. in cons. 28. nu. 1. ad num 8.*

76 Duodecimò includitur renunciatio facta ob ingressum religionis præuia, tamen distinctione; aut donatio facta fuerit à nouitio post ingressum religionis, & iam susceptum habitum iuxta Sacri Cōcilij Tridentini dispositionem *sess. 25. cap. 16. de regul.* Et hoc casu non includitur quia statutum laicorum in his renunciationibus per nouitios factis seruari non debet, ita vt dictis solemnitatibus omissis renūciatio non annullatur. *Barbos. in collect. super Conc. Trid. dicta sess. 25. cap. 16. nu. 35. de regul. dicam hic nu. 88. & Arb. 11. nu. 44. vers. nihilominus.*

77 Si verò facta fuerit renunciatio ante ingressum religionis à personis, quæ tunc non susceperint habitum regularem, seu non tūc nouitij, quia tali casu non habet locum decretum S. C. T. sed subijcitur dispositioni iuris laicalis. *Gratian. discept. for. cap. 975. Barbos. de Iur. eccl. tit. 42. de trāseun. ad relig. nu. 235. & in collect. super dicto cap. 16. Sacr. Concil. Trid. nu. 20.* & alij à me citati *numer. præcedenti*; insinuari debet iuxta formam nostri statuti.

78 Decimò tertio includuntur

tur

tur hodie etiam donationes ex causa dotis,& propter nuptias ex *Constit. pragm. Comitis Castri* §.2. vbi *Cimin. & de Groß*, (licet olim sub dispositione *dict.c.61.Reg. Ferd.* non compræhendebantur, *Castilla* qui distinguit *decis 90.à num. 29. cum seqq.Intrigl.decis. 20.nu.6. & 7.& sing.158,lib.1.Costa siculus cons.40.nu.28.& 29.) & Gross.super dicta constit.pragm.*
79 *§.2.vbi sub num.16.*ait dictam constitutionem non esse intelligendam indistinctè de omnibus, & quibuscumque donationibus, sed tantùm de eis, quæ fiunt intuitu dotis ab extraneo, & ideo locum non habet in donatione ex causa dotis facta à patre. idem tenent *Gratian.discept.for.c.474. num 29.Giurb.obs.58.Cutell.de donat.tract.1.disc.2.par.11.nu. 52.& discurs.3.part.6.num.17. vers quia respondetur, & tract. 2.disc.1.special.4. per tot. qui de Gross. ibi reprobat Intrigl. sing. 95.lib.2.* firmantem dictum *c. 61.Reg.Ferd.* non compræhẽdere donationem ex causa dotis, & propter nuptias etiã factam ab extraneo,
80 Ego verò tenerem compræhendi etiam donationes propter nuptias,& causa dotis, tam factas ab extraneo,quàm à patre non obstantibus prædictis Patribus cõtrarium firmantibus,sed non attenta dispositione dicti *cap. 61. Reg. Ferd.* quod generaliter loquitur, & tunc dictos sequerer Patres.Sed attenta dispositione pragmaticalis constitutionis *Comitis Castri dict.§. 2. quæ ita se habet.*

Che il capitulo 61. del Rè Ferdinando proceda, & habbia luogo di quà innanti nelle donationi per causa di dote, e donatione propter nuptias.

Clarè equidem cantat, nec distinguit inter donationem factam ab extraneo,& factam à patre,nec inter matrimoniũ certum, vel in certum vt dixit *dictus Giurb*, Ergo nec nos distinguere debemus.

81 Imo dictus *Cutell. dict. special.4.sub nu. 12. vers. cæterum* (non obstante quod fuisset doctor tam insignis, Regiusque Consiliarius in supremis Tribunalibus tam versatus) dixit maiorem apud se fuisse difficultatem hodie stante dicta nouissima constitutione *in §.2.* cum cantet modo prædicto,& concludit dicens.*Ideo subsisto*,alienum expectans iudicium ne videar nouitates tentare vel Glossas adijcere, &c. Igitur contrariam tacitè fassus fuit opinionem, cùm dixerit (ne videar nouitates
82 tentare) † tu verò cogita an mea, vel ipsorum sententia verior sit. Et veriorem sequere, cum veritati cedẽdum sit.

Sunt

83 Sunt & nonnulli casus quibus donatio non includitur in dispositione prædicti nostri statuti. Primo nimirum donatio causa mortis. *Intrigl.sing.* 161. *lib.* 1. vbi etiam *Conuers.*
84 *in addit.* Nisi fuerit facta cum clausula, & pacto de non reuocando, quia tunc transit in donationem inter viuos, & debet insinuari. *de Groff. in cōstit. pragm. in add. ad* §. 2. *lit. C.*
85 Secundò non comprehenditur donatio à patre facta in præmium emancipationis cū pacto quòd res donatæ computentur in legitimam. *Cappell. Tolos. decis.* 460. *Cephal. cons.* 183. *num.* 3. & 42. *vol.* 2. *vbi de communi opin.* & *Intrigl. sing.* 172. *lib.* 1.
86 Tertiò (circumscripta dispositione *constitut. pragm. Comitis Castri* § 2.) non includitur donatio causa dotis, & propter nuptias *vt dixi sub num.* 78.
87 Quartò donatio, quæ fit in cōtractu vendictionis per vēditorem de eo plus quod res valeret cuiuscumque fuerit quantitatis. *Couarr. lib.* 2. *variar. resol. cap.* 4 *sub nu.* 8. *vers. contrarium sanè. Tiraquell. de retract sang.* §. 30. *Gloss* 1. *nu.* 3. *Intrigl. sing.* 92. *lib.* 1. *vbi contrarios reprobat.*
88 Quintò non includitur donatio, seu renunciatio, quæ fit à nouitio infra duos menses proximos ad professionem iuxta dispositionem decreti, *Sacri Concilij Tridentini sess.* 25. *c.* 16. *de regul. Gratian. discept. for. cap.* 975. & *alij quos citaui supra nu.* 76. & *dicam Arb.* 11. *nu.* 44. *vers. nihilominus non requiritur.*
89 Sextò denique non comprehenditur donatio facta ob seruitia personalia. secundum *Abrazz. de seruit. person. comm.* 1. *num.* 96. & 97. Contrarium tamen tenet *de Groff. in dict.* §. 2. *constit. pragm. in add. lit. D.*
90 Et possumus addere septimum nempe in donatione tacita resultante ex patientia. *Tiraq. de retract. lignag.* §. 34. *Gloss.* 1. *num.* 12. *Tobia Bonsari inter cons. Luna cons.* 17. *nu.* 23. *fol. mihi* 176.
91 Quamquidem insinuatione deficiente, licet regulariter nō valeret donatio quo ad tertij præiudicium, tamen valebit si iste tertius haberet titulum ex causa lucratiua, etiam si agens causam haberet etiam titulo lucratiuo. *Corset. cōs.* 29. *num.* 2. *vol.* 2. *Costa Sic. cons.* 29. *num.* 18.
92 Sed an insinuatio cum sit solemnitas extrinseca cursu triginta annorum præsumatur, cum non agatur de substantia actus, sed de qualitate, in qua leuiores, & præsumptiuè sufficiūt probationes, quasi non sit solemnitas substantialis

lis,vel formalis, sed accidentalis *Capha.cõs.170.& 171.l.2.*

93 Respõdeas istam registrationem potius videri esse de forma substantiali, cum statutum vlteriùs procedat annullando actum *Felin. in cap. cum dilecta num. 6. col. 7 in fin. vers. quintum signum Dec. cons. 10.num.2.Ang.cons.179.col.7.*

94 Et † ideo per cursum triginta annorum non præsumi, nisi etiam concurrat possessio donatarij, seu obseruantia donationis,quæ duo copulatiuè requiruntur *Gratian. discept. for. cap.474 num.13.& 14 tom.3.late Gabriel qui de magis communi cons.56.col.11.& 12.nu.51. ad nu.55.lib.2. & cons. 46.nu. 46.vsque ad nu.53.eod.lib. vbi refert ita in Rota seruari.*

Quæ intellige, nisi constet de non insinuatione, quia tunc non attenditur præsũptio, cum constet de veritate, & sic tria videntur copulatiuè requiri primò cursus triginta annorum, secundò possessio donatarij,seu obseruantia donationis,& tertiò vt non constet de non insinuatione, nimirum si registrum,seu volumen vbi donationes solent registrari fuisset deperditum, vel incendio absũptum, quia tunc,stante cursu 30. annorum, & obseruantia donationis, seu possessione donatarij, præsumeretur insinuatio. dixi *Arb.praced.nu. 81. ex Gratian. & Groff.ibicit.*

95 Scias præterea quòd terminus,infra quem insinuatio fieri debet (nempe dierum triũ in loco contractus, &,si facta fuerit donatio extra domicilium, mensis in loco domicilij) si donatio facta fuerit absenti etiam cum stipulatione notarij, non currit à die publicationis,vt dictat statutum, sed à die scientiæ. dixi *Arb. praced.nu.9.& Bald.in l. annus in 1.not.ff. de calumniat.* quem sequitur *Intrigl. singul.163 l.1.*

96 Et elapso dicto termino, si insinuabitur donatio non valebit *Giurb.obs.37.nu. 17.* Vbi

97 ait † nisi à Principe fuerit prorogatus, quæ intellige vt dixi *Arb praced.nu.26.ad 31.*

98 Cui insinuationis solemnitati etiam cum iuramento renunciari non potest de Iure Regni, sic dictat statutum, & tenet *Gratian.discept. 485.n.9.* quicquid sit de Iure communi. *dixi supra nu.26.*

99 Minus valeret si fuisset registrata in volumine subiugationum,seu cõtractuum bullaliũ *de Groff.dict.cõstit. pragm. §.37.nu.26.cum sequent.*

100 Aut in alia Curia quàm in Curia Iuratorum. vt dixi supra *Arb.praced.nu 84.* vbi plenius dixi de materia insinuationis,cui te remitto, cũ quibus suppleas quæ hic deficiũt.

SVM-

re professionem annū nouitiatus iterare non tenetur; si tamen alias fuit valida. nu. 28.
Nouitius extens è monasterio an & quando nouitiatum non interrumpat nu. 29.
Annus nouitiatus de iure præsumitur non interruptus nu. 30.
Datur in fauorem monasterij, & nouitij, & quare nu. 31.
Professio emissa infra annum olim tenebat, inde fuit prohibitum in fratribus minorum, & prædicatorum, & postea ampliatum ad omnes mendicantes nu. 32.
Nouitius gaudet priuilegijs religionis non verò subditur pœnis, seu legibus illius nu. 33.
Anno probationis finito superiores an, & quando nouitios ad professionem admittere teneantur num. 34.
Religionis habitum virgo assumere volens debet esse maior duodecim annis, & ab ordinario prius est examinãda n. 35.
Quæ examinatio bis est facienda, & quando nu. 36. 38.
Et fieri debet ab Episcopo, eoque impedito ab eius vicario n. 38.
Puella ante annum duodecimũ non admittitur ad suscipiendum habitum. nu. 37. & quare ibid.
Voluntatis exploratio puellæ nouitiæ fieri non potest in medio probationis nu. 39.
Habitus postquam à puella susceptus fuerit si esset suspicio contrarij dantur dies 20. vt deliberet an velit profiteri, & si non vult, remittatur ad parentes, & quomodo nu. 40.
Episcopus potest prohibere Ecclesiasticis censuris contra Abbatissas, & alios superiores regularium ne puella professionem emittat ante voluntatis explorationem nu. 41.
Cogentes Puellam viduam, vel aliam mulierem ad ingrediẽdum monasterium, emittendam professionem anathematizzantur nu 42.
Et etiã ad id fauorẽ dantes ibid.
Seu eidem actui quoquomodo cõsentientes ibid.
Limita in casibus in iure expressis ibid.
Absolutio istius excommunicationis spectat ad Episcopum, & quare nu. 43.
Impediens propositum castitatis vidua, vel virginis vel accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo sine iusta causa excommunicantur nu. 44.
Quæ procedunt quo ad mulieres, nec comprahenduntur suasiones, sed prohibitiones, & impedimenta nu 45.
Beneficia, quæ habent nouitij clerici, per annum probationis conseruantur, quibus interim per œconimũ prouidetur. n 46.
Pro vt dictus annus expectãdus est in donatis religioni nu. 47.
Nouitius propriè nõ incipit esse ni si pubertatis ãnũ expleat n. 48.

ARBOR X.

DE ANNO PROBATIONIS NOVITIIS ASSIGNANDO Ante professionem iuxta decretum S.C.T. sess. 25. cap. 16. de regul.

Redéptoris Domini Nostri Iesu Christi Apostolos eam elegisse vitam creditur, quæ omnium perfectissima esset, vt magistri perfectionis dici possent, & ex abundantissima gratia, quã à Christo acceperant, aliud fecisse credendum haud est. Vita † autẽ omniũ perfectissima ea
1 est, quæ omnium strictissima existit, vt ex multis probat *Peir. tom. 1. Relig qu. 1. cap. 24. concl. 7.*

2 Et patescit, ex quo † illa perfectior est Religio; quæ magis relegat, & sensus rationi subijcit, quia † religionis
3 nomen à religãdo deduci refert *Isidor. lib. 10. Ethimolog. c. 17.* & melius *Diuus August. in lib. de Ver. religio. cap. vlt.*

4 Cum enim hæc vulnerata per peccatum Adæ contra eam recalcitrarunt homines, & in se ipsos laxati sunt, sensus autem non subijciuntur rationi magis quàm per abstinentias, & pœnitentias. Vnde dictum est. *Vexatio dat intellectum, & castigasti me, & eruditus sum.* Negari ergo non potest religiones Monachorum, & regularium strictiores esse propter multitudinem, & duritiem pręceptorũ, ac propter alia, quæ ipsi probant.

5 Ea propter Apostolos Monachos fuisse Sancti Patres tenuere existimo. vt sũt *D. Chrysostomus homil. 3. contra vi super. vit. monast. D. Isidor. lib. 2. de offic. eccl. cap. 15. D. Bern. in Apolog. ad Gulielm. Abb. circa finem.*

Et licet eos clericos regulares fuisse asserant. *Suar. tom. 4. de relig. tract. 2. lib. 1. cap. 7. n. 12. Caracciol. in constit. cleric. reg. in praef. n. 1.* Omnes tamen in essentia conueniunt. Et *Diuus Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. ad 3.*
6 Apostolos † tria vota emisisse docet.

7 Hinc antiqui religiosi patres sancti ipsorum Apostolorum imitatores, eorumque vestigia sequentes, tanquam patrum eorumdẽ (pro vt sub hoc nomine, Patris, eos vocat *Cassian. collat. 18. n. 5.*) religiones, Deo ispirante, instituerũt, & religiosi huiusmodi maxima Charitate abundantes

vnanimes exiſtũt, adeo vt omnes ſimul, quaſi in vno cænobio conuenientes, religioſam agunt vitam, & ſub vnius Prælati obedientia in cænobijs cõmuniter viuẽtes ſummo cum ſilentio, & eorum regulæ obſeruantia, orationi, pœnitentijs, mortificationibus ad maiorem Dei gloriam, & in diuini cultus augmentum iuxta ipſorum regulas, ac conſtitutiones continuò vacant. Quorum videndi modum non omnes patienter ſufferre cum poſſint, nec religioſi ipſi illorũ mores adhuc non compræhenderint, vt interim vita ingredientium, & mores ſollicitè comprætendẽtur, ipſique experti videant, an ſint contenti eo, quod voluerunt, aut ratum habeant, quod elegerunt iuxta *text. in cap. monaſterijs 19 qu. 3. & cap. ad apoſtolicam de regular.*

8 † Quia inuitus non eſt quidam ad profeſſionem compellẽdus. cum, quod non petit, non obſeruet. vt *ex cap. ſicut qui 20. q. 1.*

9 Ea propter ſacri canones aliquando per biennium expectandum, antequam ingreſſus profeſſionem emictat, & in cognitis, aut de quorum libertatis, ſtatu dubitatur, triennij tempus conſtitutum eſſe diſpoſuere. vt per *Greg. Pap. in cap. monaſterijs 19. qu. 3.* Intra quod ad profeſſionem habitus admicti nequeat. *c. fin. 17. quaſt. 2.* obſeruant *Sayr. in Claui Reg. lib. 6. cap 4. nu. 11. de Vecch. in prax. ſeru. in admiſſ. ad relig. ſtatutum nouit. diſput. 11. dub. 2.*

10 Poteſt tamen de voluntate nouitij cum Prælati iudicio tempus hoc coharctari, vt citiùs profeſſionem emictat. *cap. ad apoſtolicam de regul.*

11 † Quod quidem in religionibus non mendicantibus permiſſum eſt vt *in cap. conſtitutionem in fine de regul. in 6.* At mendicantibus expreſsè interdictum eſt ante probationis annum elapſum quemquam ad profeſſionem ſub excommunicatione recipere. *cap. non ſolum, & dicto cap. conſtitutionem. eod. tit* in quo *cap. ad apoſtolicam*. Abbates non mendicantium ordinum monentur ne poſſint ante tempus probationis quoslibet admictere. Idcirco ingreſſus religionem, antequam profeſſionem emictat, per annum experiri debet religionis auſteritatem. *c. 1. 17. q. 2. & dicto c. ad apoſtolicam.*

12 Hodie verò indiſtinctè in quacumque religione, qui minori tempore quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem nullatenus admictendus eſt. † Et, ſi profeſſio emiſſa fuerit ante probationis tempus impletum, eſt nulla, nullamque inducit obligationem ad alicuius regulæ, ordi-

nis, vel religionis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus. sic disponit *S. C. T. sess. 25. de regul. cap. 15.* & per illud docent *Bonac. de clausur. & pœn. eam violant. impos. q. 2. punct. 10. diff. 2. §. 2. de Vecch. in prax. seru. in admict. ad relig. stat. nouit. disput. 11. dub. 2. vbi disp. 13. dub. 11. sub nu. 2.* refert fuisse per sacram congregationem decisum quod emictẽtes professionem sic intra probationis annum non sit obligatus, neque ad religionem in genere, nec in specie, nec etiã in foro conscientiæ illi indicta sit obligatio dixit. idem. *Barbos. de offic. & pot. epis. p. 3. alleg. 101. nu. 16. cum sequentib.*

14 vbi alios citat. Nec † talis professio ratificari potest ex *Nauarr. cons. 16. num. 18. de regul.* Nisi à Papa dispensetur de consensu recipientium, & recepti habendo annum nouitiatus pro legitimè completo, & professionem habendo pro rata. *Nauarr. dicto cons. 26. num. 20. quem, & alios allegat Barbos. de offic. & pot. epis. alleg. 101. nu. 18. p. 3.*

15 Et hic annus renunciari non potest, vt declarauit Sacra Congregatio teste *Bellarm. super Conc. Triden. sess. 25. c. 15. de regul.* vbi ad verbum dictam declarationem refert in vers. Item professio.

16 Per cuius Concilij Tridẽtini decretum abrogatũ fuisse *Leo. X.* priuilegium relatum *in compend. priuil. mendic. verb. nouitius nu. 27.* per quod concedebatur Prelatis ordinum minorum posse cum fratruum discretorum consilio ad professionẽ admictere anno probationis non expleto religiosos aliorum ordinum venientes ad minoricã religionem, tradunt *Nauarr. cons. 61. nu. 4. & cons. 66. nu. 4. de regul. in nouis, & Barbos. de iure eccl. uniu. tit. de transeun. ad Religion. nu.*

17 109. vbi † ait quòd professus in vna religione etiam strictiori transiens ad aliam indiget nouitiatu, quem requirit Sacrum Concilium Tridentinum.

18 Hic autem annus currit à die susceptionis habitus, siue ab eo die, quo communem sequuntur aliorum religiosorum vitam, & incipiunt experiri religionis austeritates. *Mirand. in Manual. Prælat. reg. p. 1. q. 22. artic. 3. concl. 1. & Barbos. dicta alleg. 101. num. 19.*

19 Debet etiam esse completus cursu solis, lapsuque dierum 365. præteritorum, licet post factam professionem non est computandus ab vno puncto, & instanti ad idem punctum, & instantem, quia esset nimis rigorosa assertio; dum in nouissima die emissam professionem non esse inualidam

dam. affirmat *Gratian. discept. for. cap.* 413. *nu.* 22. *tom.* 3. Cum
20 † in fauorabilibus dies cepta habeatur pro perfecta, pro vt in susceptione ordinum seruari dicit *Menoch. de Arbitr. cas.* 427. *nu.* 25. *Couarr. super* 4. *decretal. p.* 1. *c.* 3. *n.* 2. *in fine.* Vbi quod in sponsalibus vltimus dies anni etiam inceptus sufficit. *Henriq. in summ. lib.* 13. *cap.* 40. *nu.* 3. *in fin.* qui loquitur in specie professionis, quem latè sequitur *Roderiq. quaest. Regul. tom.* 3. *qu.* 15. *artic.* 4. *per tot.*

Et loquendo super dispositione S.C.T. quę loquitur per dictionem (*per annum*) hoc idem tenet *Gratian. discept. for. cap.* 413. *nu.* 26. quem sequitur *Campan. in diuers. Iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 3. *nu.* 4. *in fin.* refert etiam *Barbos. dicta alleg.* 101. *nu.* 22. vbi videtur reprobatus *Sanch. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 31. *in fin.* licet annus iste probationis currat de momento in momentum. *Gratian. discept. for. cap.* 413. *nu.* 22. omnino videndus *Barbos. de Iur. eccles. vniuer. tit. de transeu. ad relig. à nu.* 118. *cum pluribus seqq.* vbi doctè, & diffusius materiam pertractat.

21 Debetque annus esse continuus necessariò, nec sufficit
22 quòd sit interpellatus, nec † coniungi possunt tempora in nouitio pro complendo probationis ãno. *Barbos. alleg.* 101. *nu.* 23. & 24. *de potest. episc.* vbi
23 *nu.* 25. dicit † quòd per absentiam trium dierum à conuentu annus dicitur interrumpi ex *Sanch. dicto cap.* 4. *nu.* 32. &
24 *alij per eum.* Deferendus etiam semper, continuòque est habitus regularis, qui de essé tia, atque substantia per annum probationis à nouitio deferẽdus est, vt colligitur ex *S.C.T. dicto cap.* 16. ibi *post susceptum habitum*, vt per *Barbos. tit. de transeu. ad relig. cap.* 42. *à num.* 114. 115. *cum seqq.*

25 Vnde professio monachi ob non seruatum annum probationis intra claustra monasterij dicitur nulla. *Rot. Rom. decis.* 175. *nu.* 1. *tom.* 1. *apud Farinac. in recentior.* & dicam infra *arb.* 13. vbi de alijs etiam capitibus nullitatis professionis.

26 Imo nec annus prædictus potest etiam de consensu partium renunciari, aut remitti. *Nauar. cons.* 33. *sub tit. de regul.* & alij *per Barbos. de offic. & pot. episc. alleg.* 101. *num.* 52. *p.* 3. & *dict. cap.* 42. *n.* 132. *de transeunt. ad relig.*

27 Dixi hunc annum esse debere continuum, quia, si interrumpitur, erit professio nulla vt dictum est, & dicitur annus interruptus quando nouitius dimisso religionis habitu egreditur monasterium animo deserendi religionem, ita

vt

vt, si postea pœniteret, & iterum reciperetur, deberet ex integro à principio inchoare nouitiatum. Et ideo per *S. C. T. dicto cap. 16. de regul.* reuocatum est priuilegium *Iulij II.* concessum minoribus, vt nouitiatus interruptus possit continuari, quod procedit etiam si modica sit interpellatio, & paulo post talis nouitius intra diem pœniteat. secundum. *Nauarr. conf. 42. nu. 4 de regular. Barbos. dicta alleg. 101. n. 25. de potest. Episc. Sanch. cap. 4. nu. 32.* dictus *Barbos. tract. de Iur. eccles. vniuers. tit. de transeunt. ad relig cap. 42. num. 122. 123. & 124.* quicquid dicat *Portell. in suis dubijs regul. verb. nouitius nu. 19.*

28 Benè verum quòd professus nulliter volens suam ratificare professionem annum nouitiatus iterare non tenetur, si tamen aliàs fuit validus *Barbos. dicto cap. 42. nu. 110. & 111.* exempla refert *Portell. in suis dub. regul. verb. nouitij annus nu. 51. & 52. tom. 2.*

29 Si verò nouitius exeat conuentum curationis causa, vel negotiorum cum habitu, & licentia Prælati; postea rediens annum dicitur continuare, & quo ad tempus, quo foris mansit, ita se habebit ac perinde non exiret; detineret verò esse continuus si absque habitu vel licentia exiret, & postea rediret. *Nauar. conf. 42. tit. de regular.* docet *Portell. loc. cit. nu. 50.* & declarauit Sacra Congregatio Cardinalium, quam refert *Bellar. super S. C. T. sess. 25. de regul. c. 15. vers. item durante.* Pro vt non discontinuat si mutetur nouitius de vno conuẽto ad aliũ, pro vt ex statutis generalibus Tolletanis seruari testatur dictus *Portell. sub num. 50.* & vidi seruari in fratre Ioseph ab Agrigento ordinis minorum obseruantium reformatorum fratre meo, qui nouitiatum incepit facere in illo conuentu Ciuitatis Caltanixectæ, & eum expleuit in Cõuentu Sancti Viti huius Ciuitatis, vbi professionem emisit, & post annum ibidẽ obdormiuit in domino.

30 Hic annus, qui debet esse continuus, & completus, de iure præsumitur non interruptus iuxta *Nauar. conf. 17. & 19. num. 14. de regul.*

31 Et datur † in fauorem monasterij vt profitendi mores experiantur, vt dixi *ex cap. ad Apostolicam de regul. Nauar. eod. tit. conf. 36. & 43.* Insuper datur ob fauorem sui, & ob fragilitatem humanæ conditionis *c. 2. de regular. in 6. Lap. alleg. 46. n. 2. & 3. & Bellarm. super Conc. Triden. sess. 25. cap. 15. de regular. in obseru. doctrina verb. per annum.* dicit

32 quòd † per dictum *c. ad Apostolicam.* professio facta intra

an-

annum tenebat, inde fuit prohibitum in fratribus Minorum, & Prædicatorum. *c. nō solum. de regul. in 6.* quæ prohibitio fuit iterum postea ampliata ad omnes mendicantes *cap. constitutionem eod. tit. & lib.*

Denique Sacrum Concilium loco præcitato voluit extendere dictam prohibitionē, ne fiat professio infra annum ad omnes religiosos, tam virorum, quàm mulierum. Et hic annus ex causa prorogari potest vt *ex declaratione Card.* teste *Bellarm. loco præcit. vers. item annus* dicit etiā *Nauarr. de offic. iudic ordin. cons.* 12. & ita pluries consueuisse congregationem Cardinaliū refert dictus *Bellarm loc. præcit. in addit. in verb. admictatur.*

33 Et nota quòd nouitius gaudet priuilegijs religionis, non verò subditur pœnis, seu legibus illius *Molin. to. 1. de Iustit. disp. 139. col. 3. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 30. fin. Portell. verb. Nouitij annus in add. num. 18. tom. 1. fol. 721.*

34 Si autem annus sit finitus; superiores tenentur admictere nouitios ad professionem, si ipsos habiles inuenerint: si verò inuenerint inhabiles, neque spes sit vt melierētur, statim eijciant; at, si spem dederint eos habiles posse esse infra sex menses, posse superiores tempus differre. iuxta *declarationem cardinalium*, quam citat *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 18. col. 13. q. 4. vers. 54.* Idem à fortiori intelligendum dicit de nouitijs monialium, vt quia nesciunt legere, vel quid simile. *Portell. loc. præcit. n. 16.*

35 Sed virgo volens religionis habitū assumere maior duodecim annis esse debet, & ab ordinario prior est examināda per *S.C.T. sess. 25. cap. 17. de regular. & monial.* & declarauit *Sacra Congregatio* Episcopum

36 † bis puellam examinare debere, primò ante susceptionem habitus, secundò ante professionem etiam si monasteria sint exempta, quam declarationem ad literam refert. *Bellarm. super Conc. Trid. loco præcitat. vers. item episcopus bis, & vers. item episcopus examinet. & in obs. doctr. ibid. verb.*

37 *eum suscipiat* refert † Congregationem rescripsisse non debere admicti aliquam puellam ad suscipiendūm habitum ante annum duodecimum *Frat. Emanu. quæst. regul tom. 3. qu. 12. num. 2. & alij per Barbos. super dict. cap. 17. S. C. T. nu. 2.* vbi *contrarios reprobat*. Et ratio esse potest, quia, cū requiratur exploratio voluntatis puellæ, non est eius voluntas, neq; consilium ante illam ætatem. Estque igitur exploranda voluntas virginis bis, vt superius dictum est, &

te-

tenet etiam *Barbos. in collect. super Concil. Trid. sess. 25. c. 17.*
38 *nu.* 10. Et † Vicarius Episcopi non poterit huiusmodi volũtatis explorationem facere nisi Episcopo impedito, vt resoluunt *Sbrozz. de offic. Vicar. lib.* 2. *qu.* 208. *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 100. *numer.* 8. *& in collect. super Concil. Triden. dicto cap.* 17. *nu.* 5. *de regul.*

39 Sed in media probatione Episcopus non debet examinare puellam etiam aliquo instante, quòd coactè maneat vt nubat, sic declaratum fuit per *Sacr. Congr.* quam refert ad literam dictus *Bellarm. loc. præcit. vers.* 1. Verum in *vers. item*
40 *post habitum.* legitur † *Sacram Congregat. censuisse* quòd post habitum susceptum, quando est suspicio contrarij, dentur viginti dies, vt deliberet an velit profiteri, quòd si non vult remittatur ad parentes. Et *Pius V. in sua constit.* 7. §. 17. *&* 18. hoc in casu assignauit quindecim dies Episcopis vt faciãt hoc examen. refert. *Barbos. in collect. super Conc. Trident. dict. cap.* 17. *nu.* 4. Et virgines, quæ non hoc modo habitum susceperunt, sed professionem emiserunt sine examine, non sunt molestandæ, sed superiores puniendæ; vt per *declarationem Sacræ Congreg.* relat. ad verbum per *Bellarm. loc. citat. vers. vltimo.*

41 Ideo † Episcopus potest prohibere ecclesiasticis censuris, & alijs pœnis sibi beneuisis contra Abatissas, & alios superiores regulares monialium ipsis regularibus subiectarum ne, quæ puella professionem emittat, nisi prius explorata illius volũtate ab Ordinario iuxta dispositionem S. C. T. in decreto prędicto. *Selc. in select. canon. c.* 35. *nu.* 15. vbi testatur ita decisum *in Rot. anno* 1627. quem refert *Barbos. in collect. S. C. T. sess.* 25. *cap.* 17. *nu.* 9. *&* 16. *de regul. & de potest. Episc. alleg.* 100. *n.* 12.

42 Et pro coronide † præsẽtis arboris scias quòd anathematizzantur cogentes puellã, viduam, aut quamcumque mulierem ad ingrediendum monasterium, emittendam professionem, & ad id fauorem dantes, & quoquomodo eidem actui consentientes, præter quàm in casibus in iure expressis per *S. C. T. sess.* 25.
43 *cap.* 18. *de regul. & monial.* sed † absolutio istius excommunicationis est Episcopalis; quia non est seruata. *Card. Tolet. lib.* 1. *cap.* 41. *verb. nona habetur.*

44 Eodem modo anathematizzatur impediens propositum castitatis viduæ, vel virginis veli accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo sine iusta causa impedierit per *S. C. T. loco præcit. & c. fin.* 32. *qu.* 2.

Sed

45 Sed aduertatur ex hoc textu non prohiberi nisi quod ad mulieres, nec compræhendi suasiones, sed prohibitionem vel impedimentum. *Nauar. de regul.consf.6. & Bellarm. super dicto cap.18.S.C.T.in obser. doctrina verb.similì quoque.*

46 Clericis denique, qui monasterium ingressi fuerint, per annum probationis beneficia conseruantur, quibus interim per Oeconomum prouidetur. *c.beneficium de regul.lib. 6. Paul. Stephan.de visit.lib.2.cap. 15.n.*

47 48. Pro vt † est expectandus annus in donatis religioni, vt censuit *Sacr. Congr.* teste *Bellarm.super Concil.Trid.sess. 25. c.15. de regul. & monial. in declarationibus cardinalium vers. item annus etiam.*

48 Et propriè nouitius non incipit esse nisi pubertatis annos expleat. *Sanch. in precept. decal.tom.2.lib.5.cap.4. nu. 22.* quem refert *Barbos. in collect. ad c. significatum nu. 5.de regul.* Et prædicta satis de materia, & supple apud *Cutell.de donat. tract.1.disc.2.par.3.à num. 94. & seqq.*

SVMMARIVM ARB. XI.

Libertas in matrimonio temporali attenditur nu. 1. & quare ibid.

Et consensus cũ ipsa libertate n.2.

Matrimonium meticulosum est nullum nu.3.

Libertas attenditur in matrimonio spirituali nu.4. 6. & consensus cum libertate nu.7.

Professio meticulosa est ipso Iure nulla num.5.

Voluntatis exploratio quando fieri debeat puellæ habitum regularem, & professionem accipere, & facere intendenti num.8.

Nouitius quomodo, & quando bona sua renũciare possit. n.9.

Renunciatio à nouitio facta non valet nisi secuta professione valida nu.10.

Renunciatio prædicta, si nouitius ante professionem decedit, non valet nu.11.

Amplia ibid.

Et qui bonis renunciatis succedat num.12.

Renunciatio prædicta est irreuocabilis secuta professione valida nu.13. & nu.38.

Amplia nu.14.

Renũciatio dicta si fundatur, vel oriatur ex contractu oneroso, non comprahẽditur in hoc decreto S.C.T.nu. 15. & quare ibid.

Renunciationis appellatione hoc in casu qua veniant num.16.

Veniunt cõtractus lucratiui ibid.

tatur de momento ad momentum. num. 46.
Renunciatio ista facta per diem ante duos menses proximos ad professionem non valet nu. 47.
Reprobantur contrarij usu tenentes. nu. 48.

ARBOR XI.

DE TERMINO INFRA QVEM NOVITIVS Bona sua renunciare, aut donare possit iuxta decretum. S.C.T. sess. 25. cap. 16. de regul.

1 Sicut temporali in matrimonio libertas omnino attendenda est, cum illud inter inuitos non contrahatur. *Abb. in c. cum. locum de sponsal.*
2 Qui † ait requiri consensum cum libertatis qualitate, nec solus sufficit consensus, nisi qualitas libertatis adsit. *Gloss. in c. notificasti in verb. licentiam*
3 *33. q 5.* Ita, vt † matrimonium per metum cótractum, est ipso Iure nullum. *Abb. dict. c. cum locum, & c. veniens il 2. de sponsal.*
4 Pari modo dicendum est de matrimonio spirituali, cú libertas omnino attendenda
5 veniat, ita vt † professio per metum inducta est ipso iure nulla, sicut per vim; vt infra loco suo de nullitate professiones dicetur, & ait *Delfin. lib. 1. decis. 106.* vt decisum refert *Bellarm super Conc. Triden. sess. 25. cap. 17. de regul. in obser. doctrinæ verb. libertati.*
6 Requiritur enim in matrimonio spirituali omnimoda libertas. *c. præsens vbi Gloss. 20. qu. 3. Abb. in c. cum virum de regul. & Barbat. cons. 54 propè finem, & cós. 60 per totum.* Quia
7 † de substantia professionis sunt consensus, & libera voluntas. *Sperell. decis. 79. nu. 42. tom. 1.* Quaquidem libertate à Sacrosancta Synodo prospecta in *C. T. sess. 25. cap. 17. de re-*
8 *gul.* † statutum fuit, vt, si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, non antea eum suscipiat, nec postea ipsa professionem emictat, quam explorauerit Episcopus, seu eius Vicarius, aut alius ab eo deputatus virginis prædictæ, voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit: & si voluntas eius libera cognita fue-

rit liberè ei liceat profiteri.
9 Ea preter prædictum *S. C. T.* dictæ libertati professionis prospiciens *sess.25.c.16. de regular.* decreuit ne nouitius faciat aliquam donationem, renunciationem, vel obligationem, etiam ad causas pias ante professionem, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij, idque intra duos menses proximos ante professionem, ne nouitius patrimonio destitutus, ac occasione cogatur profiteri: quæ quidem donatio alio modo facta non valet; & ne postea nouitij libertati nocere possit facta his præcedétibus solemnitatibus suum
10 non sortiatur effectum, nec † validà sit: nisi secuta profes-
11 sione valida. Ita vt † si è viuis nouitius decedat illa renunciatio non valet, licet expressè eam non reuocauerit. *Passar. in notab. priuil. not. 37. §. si*
12 *autem.* vbi ait Ita † sibi respõsum fuisse à Sacra Congregatione Cardinalium atque ita tunc, nisi testamentum fecerit in bonis nouitij succedũt, qui veniunt ab intestato, non obstante tali renunciatione, quæ est irrita. *Peirin. in priuil. minimorum in constit. 2. Sixti IV. num. 76.* pro vt videtur declaratum in dote monialis nouitiæ per *Sacram Congregationem Cardinalium*, vt refert ad verbum *Bellarm. super Conil. Trid. sess. 25. c. 16. de regul. vers. item moriente fol. 487.*

13 Si verò renunciatio fuerit facta, & professio validè secuta; tunc erit irreuocabilis, nec poterit reuocari etiam ante professionem, vt scripsi in quodam Voto pro Illustri Principessa Raffadalis Donna Maria Mont'aperto, & Bonanno contra Illustrem Principem de Roccafiorita eius fratrem anno 1656. super renũciatione facta à Donna Camilla Bonanno moniali intus Monasterium Sancti Saluatoris Ciuitatis Nari. Quia hæc renunciatio prædictis solemnitatibus celebrata est realis, & perpetua. Vnde per mortem renunciatarij, seu donatarij, non cessat secuta validè professione, sed semper durat,
14 nec † potest reuocari prætextu cuiuscumque læsionis, etiã si renuncians sit minor. *Gratia. discept. for. cap. 971. num. 11. Mastrill. decis. 65. n. 11. & 12. & alij per eos.*

15 Sed si renunciatio, donatio, seu obligatio illa fundetur, vel oriatur ex contractu oneroso, vel obligatorio, vt vẽditione, permutatione, solutione debiti, & similibus, non prohibetur in hoc decreto hoc facere, quia concilium solum prohibet liberalitatem gratiosam, quæ postea nocere possit libertati nouitij, vel cõuen-

uentus. *Roderiq. in summ. to. 2. cap. 7. concl. 2. & 3. & Portell. in dub. regul. verb. nouitiorum ac nouitiarum donationes n. 38. p. 1.*

16 Nomine igitur renunciationis, aut obligationis in præcitato Concilij decreto intelliguntur omnes contractus lucratiui. *Barbos. in collect. super Conc. Trid. sess. 25. dicto c. 16. n. 1. & de Iur. eccl. vniuers. tit. de transeunt. ad relig. cap. 42. num. 255. Peregr. in constit. clerici regul. p. 2. c. 1. lit. G. §. 15.*

17 Et compræhenduntur donationes inter viuos. *d. Barbos. eod. cap. 42. nu. 255. Menoch. de arbitr. cas. 436. nu. 8. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 139. col. 9.*

18 Sed non compræhenduntur testamenta, Codicilli, & donationes causa mortis. *Peir. loc. præcit. nu. 74. Portell. etiam loc. cit. nu. 43. Thesaur. decis. 56. Ricc. collect. decisionum collect. 584. Ceuall. comm. contr. comm. qu. 63. nu. 7. & qu. 121. num. 4. Gratian. discept. for. cap. 589. nu. 30. tom. 3. Barbos. de Iur. eccles. vniuers. dict. cap. 42. num. 234.* vbi reprobat. *Spin. in specul. testament. Gloss. 12. in princ. n. 50.* & adest expressa *Cardinalium declaratio*, quem ad literam refert *Bellarm. super Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. de regul.* cuius verba sunt hæc. *Nouitij licet non possint renunciare* (vt hic dicitur) *tamen non prohibentur facere testamentum quando volunt sine licentia Episcopi.* Et aliàs dictum etiã fuisse refert. *Bellarm. ibid. Item hoc capitulum non comprahendit testamentum, & Codicillum.* Idem affirmat idem *Bellarm. loc. præcit. in add. vers. iste textus* vbi dicit quòd iste textus non habet locum in testamentis ante professionem, sed solum in actibus inter viuos. Ratio † esse potest 19
quia testamentum, & aliæ vltimæ voluntates non priuant nouitium libertate, cum sint ad nutum reuocabiles, neque sortiuntur effectum nisi secuta professione valida, quo casu post factam professionem validam nouitium testamẽtum facere, & à se factum antea reuocare non poterit. *Barbos. in collect. super Conc. Triden. sess. 25. dicto cap. 16. nu. 20. Guttier. canon. lib. 2. cap. 1. à nu. 37.* Iam enim voto paupertatis impeditur; poterit tamen declarare verba dubia sui testamenti. *Portell. in dub. regul. verb. testamentum nu. 2. p. 1. ex Roderiq. to. 3. qu. 69. artic. 3. dictus Barbos. super Conc. Trid. in collect. dict. cap. 16. nu. 21. contra Couarr. & alios ibi citatos.*

20 Sed testamentum in nouitiatu reuocari poterit absque solemnitatibus huius decreti S.C.T. est communis sententia ex *Barbos. loc. præcit. nu. 19. Carol. de Grass. de effect. cleric. eff. 4. num. 31. & 32. Ceuall. comm.*

contr.

contr.comm. qu.61. & qu. 221. qui alios citant.

21 Minus comprænduntur eleemosynæ per nouitios factæ, dummodo sint modicæ consideratis facultatibus ipsius nouitij. *Garc. de Benefic.p. 11.cap 9.nu.17. Sanch. de matrim.lib.7.cap.5. nu. 22. & alij per Barbos.de transeun.ad relig. dicto cap.42.nu.220.*

22 Neque renunciationes Beneficiorum Ecclesiasticorũ, nam potest nouitius Beneficium Ecclesiasticum renunciare non seruata solemnitate *S.C.T. dicto cap.* 16. vt docent dictus *Garc.p.11.c.9.nu.12.& 13.Barbos.par.3.alleg 99.n.19. de potest. Episc. & in tract. de Iure ecclesi.vniuers.dicto cap.42. num,* 233. Ait quòd,quamuis hæc sententia sit in puncto

23 iuris verior, contraria † tamen quód imo comprænduntur sub dispositione dicti S.C. T. receptior videtur, *& citat non nullos Doctores hanc te-*

24 *nentes opinionem*,tu † tene primam opinionem, negatiuam tãquam veriorem. pro vt eam tenet Idem *Barbos. in collect. super dicto S.C.T. sess. 25. c.16. num.* 1. vbi contrarios reprobare videtur.

25 Item comprænditur renunciatio officiorum publicorum temporalium. Si tamen fiat renunciatio officij quatenus statim trásferatur in eum in cuius fauorem fit renunciatio.*Tambur. de Iur. Abbat.disp.4.qu.10.n.8. vers.idem & disp.6.qu.10.nu.13. Barbos. in collect.super Conc. Trid. dicto cap.6.num.4.*

26 Comprænditur etiam liberatio,qua nouitius tutorem seu curatorem suum à reddẽdis rationibus administrationis liberat.*Nauarr.consi.83.*

27 *de regular.* † Nisi hæc liberatio fiat à nouitio in testamento illius naturam non alterãdo.Idem *Nauar.*& dictus *Tãbur loc.pracit.ead.disp.4. qu.10. nu.8.vers.comprænditur.*

28 Renunciatio itaque, vt valeat,primò facta esse debet cũ licentia Episcopi, seu eius Vi-

29 carij, quæquidem † licentia oretenus dari sufficit, & opus non est eam in scriptis dari. *Barbos.de Iur. eccl. dict.cap.42. n.* 244. licet cauti renunciatarij illam in scriptis obtinere procurent, & in actu renunciationis etiam ad verbum inserant,ne forte inde probationem mendicare habeant. Vide *Arbor.25.nu.53.*

30 Potest etiam eam concedere Vicarius Capituli Sede Vacante,vt obtinui anno præsenti 1658.pro sorore Ioanna filia mea moniali intus monasterium Sanctæ Mariæ Succursus huius Ciuitatis; & tenent etiam *Sbrozz. de Vicar. Episc.lib.2.q.207.Sanch. de matrim.*

trim.cap.5.num.65.Barbos.dict.cap.42.nu.251. qui refert eam dare non posse Vicarium Foraneum sine expressa commissione sibi data. Minus superiores regulares eam concedere possunt, etiam in monasterijs exemptis, quia hæc potestas solum Episcopis concessa fuit. *Barbos. in collect. super Conc.Trid.sess.25.c.16.nu.28.* qui *in num.23.* asserit hanc licentiam in ipso actu renunciationis interuenire debere, & sic non valet etiam si sequatur; refert sic rotã firmasse.

31 Secundò vt valeat debet fieri infra duos menses proximos ante professionem; dicitur autem ante duos menses proximos ad professionem, si facta fuerit tempore, quo professio emictere legitime potuerit, nempe post decimum mensem probationis. Nec †

32 censetur inualida ex eo quòd ipsa actualis professio per aliquot menses dilata fuerit. Vt censuit *Sacra Congregatio Cardinalium sub die 17. Octobris 1594.* teste *Perin. in Priuil. minimorum in constit. 2. Sixti IV. nu.80. & Bellarm. super S.C.T. sess.25.cap.16. de regul. in obser. doctrina in verb. antea facta.* qui literam refert declarationem, vt sequitur. *Item renunciatio facta intra duos menses ante tempus professionis de licentia Episcopi valida est, licet deinde professio differatur.* Nam

33 † professio differri potest, cum

34 † annus nouitiatus seu probationis à Prælato regulari prorogari potest. *Nauarr. de offic. Iudic. ord. cons. 12.* vt etiam declaratum fuit per Sacrã Card. Congr. vt refert *Bellarm. in dicto S.C.T. sess.25. de regul. cap.15. vers. item annus probationis.* tenet hoc etiam *Perin. loc. cit. nu.81.* qui *in n.82.* ait censuisse

35 Sacram Cõgregationem posse superiorẽ suo arbitrio professionem prorogare de anno 1597. die 31. Maij, & ita multoties ego seruari vidi, ita etiã tenent *Barbos dict. cap. 42. nu. 254 de transeu. ad relig. & in collect. super S.C.T. dicto cap.16. nu.42. de Vecch in prax. obser. in admict. ad relig stat. nouit. disp. 8. dub 9. nu. 9. in fine.*

36 Pari modo renunciare non impediuntur moniales post lapsum annum probationis, non tamen emissa professione omnibus bonis suis per duos menses ante professionem, & cum licẽtia Episcopi, seu eius Vicarij Idem *Barbos. in collect. super Conc. Triden. dicto cap.16, nu.36. de regular.*

37 Sed sine dictis solemnitatibus, (quæ copulatiuè requiruntur) renunciatio non valet, etiam si iuramentum interueniat, ac etiam si facta fuerit in fauorẽ piæ causæ. Idẽ *Barb. de transeu. ad relig. c. 42. n. 224.*

Data

38 Data autem validitate renunciatio est realis, & perpetua; vnde per mortem renunciatarij non cessat, sed semper durat, nec potest reuocari prętextu cuiuscumque læsionis, etiam si renuncians sit minor. *Gratian. discept. for. cap. 971. nu. 11. Mastrill decis. 65. nu. 11. &*

39 *12.* † Nisi per testamentum, si tamen factum fuerit post renunciationem prædictam, & nouitius ante professionem è vita decederet *Sanch. in decal. cap. 5. n. 50.* quem refert, & sequitur *Peirin. in dicta constitut. Sixti IV. nu. 79.*

40 Verum si professio nulla erit nec renunciatio ista valebit, quia pro illius validitate requiritur quòd professio sequatur, & sit valida. *Tambur. dicta disp. 4. qu. 12. nu. 1.* & alij per eum, & per *Barbos. in collect. super Conc. Trid. dicto c. 16. nu. 15. de regul.*

41 Et statutum laicorum in his renunciationibus seruari haud debet, ita vt omissis illius solemnitatibus non annullatur renunciatio. Idem *Barbos. loc. prox. cit. n. 35.* Quam

42 obrem † licet renunciatio dicatur donatio. *Coccin. Rot. Roman. decis. 125. nu. 2.* Et † insi-

43 nuari debeat pro vt donatio. *Rot. Roman. in recentio. apud Farinac. par. 2. decis. 38. tom. 3. Tiraq. in l. si vnquam C. de reuoc. donat. in verb. donationi largitus*

44 *num. 176.* † Nihilominus hæc insinuatio non requitur in his renunciationibus ob ingressum religionis, nisi facta fuerit ante ingressum religionis à personis, quæ tunc no[n] su[s]ceperint habitum regulare, seu non tunc nouitij, q[u]ia tali casu non habet locum dictum decretum S.C.T. sed subijciuntur tales renunciationes dispositioni Iuris laicalis; dixi *Arb 9. num 76. & 88. Gratian. discept. for. cap. 975. Barbos. dict. tit. de transeun. ad relig. cap. 42. nu. 235. & in collect. super Conc. Trid. dicto cap. 16. n. 20. Nouar. in lucern. Regul. in verb. renunciatio num. 12. Ricc. collect. decis. coll. 454. Bellarm. in cons. Trid. dicto cap. 16. in add. sub verb. renunciatio vers. item iste textus. Cutell. de donat tract. 1. discur. 2. par. 3. num. 153. Abruzz. in sua lectura practic. in §. nunc ad ponendi n. 71. & Barbos. in collect. super Conc. Trid. dict. c. 16. n. 18.* multos alios citat, & refert in Rota decisum, ac contrarios reprobat.

45 Et scias quòd si professio erit nulla, sed ratificata; etiam ratificata censebitur renũciatio. *Ricc. decis. Cur. Archiep. 146. p. 4. Tambur. de Iur. Abbat. dicta disp. 4. qu. 12. n. 2. Sanch. de matrim lib. 7. c. 5. num. 56. Sperell. decis. 21. nu. 15. tom. 1.*

46 Sed aduertas quòd hoc bimestre computandum est de mo-

momento ad momentum, & secundum quod occurrit mẽsis in Calendario.
47 † Vnde renunciationem factam à moniali per diem ante duos mẽses præfixos in dicto decreto S.C.T. non valere tenent *Oldan.in compen.canon.resol.lib.4. tit.3. nu.8.* vbi refert decisum *Tambur.dicta qu.10. num. 10. & Barbos.in collect. dicto c. 16. S.C.T.sess.25.nu.36. qui reprobat Zerol. & alios*
48 † tenentes non esse nullas renunciationes factas paulò ante duos menses proximos ad professionem iuxta hoc decretum S.C.T.

SUMMARIUM ARB. XII.

Aetas qualis requiratur ad recipiendum habitum regularem nu.1.21.

Dispensari an possit vt puella ante 12. annum habitum in monasterio recipiat nu.2.

Sponsus cogi debet vt expectet per quatuor annos, si eius spõsa ætatis annorum duodecim in monasterium sit ingressa. num.3.

Aetas quæ requiratur ad professionem emittendam nu.4.

Et quæ de Iure communi nu. 5.

Quæ autem ex dispositione S. C. T.nu.6.

Professio emissa ante decimum sextum annum est nulla, tam virorum, quàm mulierum, & in quacumque religione.nu.7. 12.

Sed annus 16.an sufficiat quòd sit inchoatus.nu.8.nec malitia supplet ætatem nu.22.

Secus ad ordines recipiendos ibid.

Professio emissa in suprema die 16.anni valet.num.9.23.& quid in anno bisextili.numer. 24.

Aetas decem, & octo annorum requiritur ad professionem emittendam in religione minimorum nu.10.

Sed emissa post 16. annum an valeat nu 11.

Professio emissa ante 16. annum est nulla nu.12.

Monialis etiam in mortis articulo professionem emittere potest ante 16.annum, vt monasterium succedat in dote, & bonis nu.13.

In hoc decreto S.C.T. milites regulares non comprahenduntur num.14.

Comprahenduntur tamen Milites Hyerosolomitani ex nouo ipsorum statuto nu.15.

Nec comprahenduntur fratres tertij ordinis nu.16.

Moniales tertiariæ cur de pœnitentia appellentur nu.17.

Ordo iste omnes cuiuscumque sta-

status, & sexus amplictitur nam.18.

Requisita vt moniales recipiantur ad habitum tertij ordinis quae nam sint nu.19.

Refertur decretum Sacrae Congregationis ibid.

Legatum relictum pro monacatu an competat tertiarijs; & quando nu.20.

Professio emissa infra annum probationis non valet nu.25.

Intellige nu.26.

Moniales Ordinis Praedicatorum habetes 16. annum completum in mortis articulo possunt profiteri, quamuis annũ probationis non expleuerint num.26.

Sed si conualuerint iterum profiteri debent nu.27.

Professio duplex est expressa, & tacita nu.28.

Expressa quae nu.29.

Tacita quae nu.30.

Professio tacita quomodo fiat n.31.

Inducitur professio tacita ex susceptione ordinum nu.32.

Limita nu.33.

Professus nulliter sacros ordines suscipiendo, non animo ratificãdi professionem, dicitur malè promotus; & ministrando fit irregularis, nu.34.

Professione expressa nulla existẽte quando inducatur tacita nu.35. & quando excludatur num.36.

Tacita professio non comprahenditur in decreto S. C. T. sess. 25. cap. 15. de regul. num.37.

ARBOR XII.

DE ÆTATE QVÆ REQVIRITVR AD Recipiendum habitum regularem, & professionem emictendam iuxta decretum S.C.T.sess.25.& c.15.c.17.de regul.& monialibus.

1 NOuitius non incipit esse donec pubertatis annos expleat, vt dixi *Arb.10.nu.35.* & ex alijs probat *Sanch. to. 2. de matrim.lib.5.cap.4.nu.22.* quem refert *Barbos. in collect. ad cap. significatum nu. 5. de re-*
2 *gul. in S. C. T.* Ità vt † nec est dispensandum vt puella, quae duodecimum annum nõ expleuerit, possit habitũ in monasterio recipere. ex *Armedariz. in addit. ad recopil legum Nauarra lib.2. titul. 18. lib. 7. numer. 43. vbi in nu. 42.* asserit † à Sacra Congregatione re-

responsum fuisse anno 1580. quòd, si puella in 12. ętatis anno matrimonio coniuncta, & religionem ingressa, sit cogẽdus sponsus per quatuor annos expectare vsque dum illa profiteatur, quem refert *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 101. *num.* 9. 10, 11. *p.* 3.

4 In professione autem emictenda ætas legitima disposita videtur. Nam olim professio religionis fieri non poterat ante 14. annum completum in maribus, & in fœminis ante 12. annum. per *text. in c. ad nostram c. significatum de re-*

5 *gular*. Verùm † in insulis, vbi dura est monacorum congregatio, ante 18. annum fieri nõ poterat. *c. quia in insulis eod. tit. Azor. instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *qu.* 7.

6 At hodie ex dispositione *S. C. T. sess.* 25. *c.* 15. *de regul.* indistinctè habetur in quacumq;

7 religione † tam virorum, quã mulierum professio non fiat ante 16. annum expletum; facta autem ante dictam ætatem legitimam non est valida, nullamque inducit obligationem, aut alicuius regulæ, religionis, aut ordinis obseruãtiam *Zerul. in prax. Episc. p.* 1. *verb. moniales* §. 2. *Franc. Leo. in thesaur. for. eccl. p.* 2. *c.* 1. *num.* 36. *Campan. in diuers. Iur. canon. rubr.* 12. *c.* 11. *nu.* 1.

8 Et, dum S. C. T. loco proximè citato requirat ãnum 16. expletum, non sufficit vt annus sit inchoatus, sicut sufficit ad ordines, sed expletus esse debet, vt nec dies illi desit, imo neque hora. *Sanch. lib.* 2. *de matrim. disp.* 24. *nu.* 22. *Portell. in suis dub. regul. verb. professio nulla nu.* 14. Sed *Barbos. alleg.* 101. *nu.* 13. *de pot. Episcopi par.*

9 3. putat † professionem in suprema die 16. ãni emicti posse etiam post Concilium Tridentinum, emissamque subsistere. ex his quæ in similibus dicit *Sanch. de matrim. lib.* 2. *disp.* 24. *num.* 22. & in terminis resoluit *Campan. loc. cit. rubr.* 7. *c.* 6. *num.* 129. *& dicta rubr.* 12. *c.* 11. *nu.* 1. *& dicam infra n.* 23.

10 Sed fratres minimi habent generale statutum ne aliquis inter illos ad professionem admictatur ante 18. annum ætatis suæ. vt refert dictus *Portell. loc. cit. sub nu.* 14. *vers. fratres minimi tom.* 1. *& Nauarr.* de hoc quæsitus *lib.* 3. *consiliorum*

11 *de regul. cons.* 22. videtur † tenere professum in illo ordine ante 18. annum; sed 16. anno expleto non esse validè professum. Cõtrarium tamen exprefsè tenet *Roderic. tom.* 3. *qu.* 17. *art.* 20. quòd scilicet tunc professio valeat, assignatque rationem quia S. C. T. non irritat professionem factã post annum 16. sed factam ante annum 16. Vltra quod probat

hoc etiam ex regula minimorum,adducens verba regulæ, quæ etiam,licet prohibeat, nõ tamen irritat professionem aliàs factam. Et *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 101. *nu.* 15. *& in tract. de Iur. eccl. vniuer. tit. de transeun. ad rel. cap.* 42. *nu.* 140. refert censuisse Sacram Congregationẽ professiones emissas iuxta dispositionem S. C. T. esse validas, hoc est in ætate 16. annorum, quamuis in cõstitutionibus religionis Sãctissimæ Trinitatis redemptionis captiuorum authoritate Apostolica confirmatis cautũ sit quòd in ea religione aliquis nõ recipiatur antequam annum vigesimum videtur compleuisse.

Modò omnis cessat difficultas,cum habeamus declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium ad verbũ relatam per *Billarmin. super Conc. Trident. sess.* 25. *cap.* 15. *de regul. vers.* 2. tenoris vt sequitur *Item licet in Religione vt Sancti Francisci de Paula, sit constitutio vt nullus recipiatur ante 18. annum, tamen si post 16. profiteatur, professio tenet, & si discedit est apostata S.C.T. sess.* 25. *c.* 19. *de regul.*

12 Nulla est itaque professio emissa ante ætatem 16. annorum, vt in sequen. arb. de materia nullitatis professionis

13 pleniùs discutiam; ita vt † monialis etiam in mortis articulo professionem emictere non potest ante 16. annum, ad effectum vt monasterium succedat in dote, & in bonis; vt censuit Congregatio Cardinalium in Monte Regali 13. Nouembris 1627. teste *Barbos. in tract. de Iur. eccl. vniuers. tit.* 42. *de transeun. ad religion. n.* 133. *vide infra num.* 25. 26. *&* 27. *& Arb. seq. nu.* 9. *&* 10.

14 In hoc autem decreto milites regulares non comprændi decisum refert *Armendariz. in add. ad recopil. leg. Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *nu.* 17. *de religionib.* citatus per *Barbos. alleg.* 101. *nu.* 5. *de potest. Episc. p.* 3. vbi reprobat *Frat. Emanu. & Gratian ibi citatos.*

15 Sed milites Hyerosolomitanos sub isto decreto ex nouo ipsorum statuto illi adhærenti referunt comprændi. *Flamin. de resignat. benefic. lib.* 6. *qu* 2 *nu.* 120. vbi refert decisum, quem sequitur *Barbos. dicta alleg.* 101. *nu.* 8.

16 Non autem comprændu tur fratres tertij ordinis; vt censuit *Rot. Rom. decis.* 591. *nu.* 7. *relata per Alois. Ricc. resol.* 617 *nu.* 4 *in sua prax. for. eccles.*

17 Hinc scias quòd moniales tertiariæ (de pœnitentia nun-

18 cupatæ, quia † sicut pœnitentia est via communis ad cælum, sic ordo iste omnes cuiuscumque status, & sexus cle-

ricos

ricos, & laicos, Virgines viduas, & coniugatas amplectitur, neminem excludit, omnesque hunc ordinem ingredi, illumque profiteri possunt vt deuotè affirmat *Barbos. de iur. eccl. vniuer. tit. 41. de religios. ordin. num. 178.*) non compræhenduntur sub decreto dicti S. C. T. sed quo ad eas extat aliud decretum relatum ad verbum per *Barbos. loc. cit. cap. 43. sub nu. 7. & in collect. doctor. ad S. C. T. sess. 25. cap. 1. nu. 6. de regul.* tenoris vt sequitur *Superioribus; aut regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (capuccinis exceptis) licere mulieres ad huiusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admictendas, & recipiendas esse, nisi probata vita, ac bonis moribus prædictas, atque in ætate saltem 40. annorum constitutas, quæ de proprio habeant vnde sufficienter viuere possint, & non cum alijs viris quàm cum consanguineis vel affinibus in primo tantùm gradu sibi coniunctis cohabitent, & ab ordinario loci, licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat nisi de prædictus prauio examine diligenti sibi constiterit. Verùm cum huiusmodi habitu concedendo respectiuè deferendo omnino à velo supra caput, quod superrectum vocant, à pectorale quod vulgo dicitur sottogola, & à patiētia abstinēdum esse; quinimo eas quæ supra dicta tria vel aliquod ipsorum deferre deprahensa fuerint illa dimictere, etiam per censuras ecclesiasticas ab ordinarij locorum compellendas esse decernit. Supradictis verò decretis mulieres tertij ordinis, quæ collegialiter viuunt, nō comprahendi, quinimo eas dispositioni Constitutionis Pij PP. V. edita Romæ anno 1565. quarto Kalendas Iulij, quæ incipit circa pastorales. Penitus subiacere expressè declarat, non obctantibus quibuscumque. & contrarium facientibus. Dat. Romæ die 20. Decembris 1616.*

Vnde mulier ad habitum tertiæ regulæ de pœnitentia admicti non potest, nisi cum licentia ordinarij, qui cum non concedat, nisi prius sibi constiterit eam esse probatæ vitæ, ac bonis moribus præditam, atque in ætate saltem 40. annorum cōstitutam, & quòd habeat de proprio vnde sufficienter viuere possit, & non cum alijs viris quàm cum cōsanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu sibi cōiunctis cohabitet, sed ob aliquam iustam causam ordinarius licentiam recipiendi ad habitum mulieribus concedere potest, licet non dum essent ætatis annorum quatraginta, vt firmat. *Carmelit. Stratius in opusculo regularum pro* ter-

tertiarijs cap.secundo.

19 Et hæ tertiariæ non consequuntur legatum relictum pro monacatu, licet illud consequantur tertiariæ, quæ in communi viuunt; sic distinguendo tenet *Castill.decis.* 88. refert etiam *Ricc. collect. decis. p.*4 *collect.*1051. quos sequitur *Barbos.loco præcit.num.*8.& ego eas semper exclusi, dum assessor fui huius Curiæ Episcopalis Agrigentinæ Episcopo Reuerendissimo condam fratre Ferdinando Sanchez de Cuellar.

20 Et redeundo ad materiam scias puellas ad professionem non admicti ante decimum sextum annum ex vi dicti Sacri Concilij Tridentini, nec recipi possunt causa induendi habitum probationis in religione nisi duodecimo anno expleto vt dictum est supra, & tenent etiam *Azor.instit.moral.p.*1.*lib.*12.*c.*18.*q.*55.*&* 56. *& Frat.Emanu.quæst.reg.tom.* 3.*q.*12.*art.*2. Qui testatur huius sententiæ fuisse omnes patres qui ad Cōcilium Prouinciale Toletanum conuenere, & tenent etiam alij citati per *Barbos.in collect.Conc.Trid.sess.* 25.*cap.*15.*nu.*7 *de regul.*

21 Ita vt decimus sextus annus omnino debet esse completus, nec malitia supplet ætatem. dictus *Fr.Emmanu. loc. cit.qu.*15.*art.*3.*Sanch. in præcep. decal.tom.*2.*lib.*5.*cap.* 4 *num.*2. *Roderiq.in compend.quæst. regul.*

22 *resol.*101.*nu.*37.licet † emissa professione in suprema die 16. anni valeat, vt supra dictū est, & resoluit *Campan.in diuer.Iur.can.rubr.*7. *c.*6.*nu.*129. *& rubr.*12.*cap.*11.*nu.* 1. Idem tenet *Barbos.in collect. super dicto S C.T.sess.*25.*cap.*15.*nu.*11. *de regul.*Contra *Galet. & Ricc. contrarium tenentes* Idem *Barbos.de offic.& potest.Episc. alleg.* 101.*num.*13. vbi putat valere professionem emissam in supremo die 16.anni, etiam post Concilium Tridentinum, vbi

23 num. 20. de anno † Bisextili, quòd scilicet ille satis sit. contra *Bonacin.* ibi citatum, quicquid etiam dicat *Portell. in dub.regul.verb profess. nulla nu.* 14 *p.*1.

24 Verū, licet professio emissa infra annum probationis non valeret, vt dicam in *Arb. seq.*

25 moniales † tamē ordinis prædicatorum habentes decimū sextum annum completum in mortis articulo possūt profiteri quamuis non dum integrum probationis annum peregerint, ex dispositione decreti Pij V. in quodam motu proprio incip. Summi Sacerdotij cura. Cuius tenorem referunt *Peirin. in constit. Pij V.*§. 2.*nu.*1.*in Priuileg. minimorum. to.*2.*fol.*205.*dicam Arb. seq.n.*7. *Fr.Eman.quæst.regul.to.*3.*q.*15. *art.*

art. 16. Vbi ſubdit hoc hodie fieri poſſe; nec eſſe reuocatum hoc decretum. *Sanch. dicto lib. 5. cap. 4. num. 16. Barboſ. ſuper Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. n. 19. de regul. Tambur. de Iur. Abbat. tom. 3. diſp. 6. q. 11. nu. 9.* Sed, ſi cóualeat, iterum profiteri debet. *Sperell. deciſ. 16. nu. 27.* vide ſupra *num. 13. & Portell. in dub. regular. verb. nouitia in fine tom. 1.*

27 Hic ſcire debeas duplicem eſſe profeſſionem, vna expreſſa, altera tacita. *Portell. in dub. regul. verb. profeſſio quotuplex n. 2. tom. 1. Barboſ. de Iur. eccl. vniuerſo tit. de tranſeu. ad relig. cap. 42. nu. 156.*

28 Expreſſa eſt quæ fit ſolemniter, & expreſsè quando ſcilicet emittit tria vota eſſentiali, vocaliter in manibus veri Prælati ius recipiendi ad profeſſionem in religione approbata habentis. vt ait dictus *Portell. loco præcit. nu. 3.*

29 Tacita veró eſt cum tacendo abſque votis emiſſis voce, vel ſcripto, ſed ſolùm aliquid faciendo tacitè conſentit ſe eſſe profeſſum. Idem *Portell. num. 4. & Silueſ verb. religio 3. q. 19.* multos refert modos, quibus poterit fie-

30 ri profeſſio, † & num. 4. ait ex illis duo precipuè poſsũt colligi, quibus olim fiebat, & nũc etiam fieri poteſt profeſſio tacita; primus eſt quando ante Concilium Tridentinũ nouitij aliquando recipi ſolebant, & in anno nouitiatus non finito induebantur habitu profeſſorum abſque vlla differẽtia nouitij, & iſti ſic habitum profeſſorum abſque diſtinctione portantes de conſenſu Prælati, & conuentu, cum alijs circumſtantijs, de quibus per *Silueſtr. ibid. loc. cit.* cenſebantur exinde profeſſi.

Alius modus eſt ſi per annum integrum habitum portabant indiſtinctum, & non patenter diſtinctum in colore, forma, & figura ab habitu profeſſorum de manu Prælati; tunc etiam cenſebantur tacitè profeſſi, quia ſcilicet nouitius, & religio conſentiebant, quoniam profeſſio eſt quidã contractus inter nouitium, & ordinem. Ideo poteſt aliquando contractus fieri abſq; verbis expreſſis, ſed per ſola ſigna externa declaratiua cõſenſus.

At, ſi diſtinctus erat, aut colore, aut forma, aut figura, etiã ſi per viginti annos eum nouitius geſtaret, non eſſet tacitè profeſſus. *Et Barboſ. dict. cap. 42. num. 156. & 166. cum ſeq.* ait quatuor requiri vt nouitius fiat tacitè profeſſus; Primum vt ſic habitum deferẽs illum ſuſceperit coram Priore, ſiue ſuperiore, & omnibus alijs ſimul: ſecundum vt ſic ſuſceptum habitum deferat in ipſo

Mo-

Monasterio. Tertium vt hi actus, per quos inducitur tacita professio, fieri debeat non solum sponte, sed etiam sciẽter, ita vt sciat illis vtens ad solos professos illius religionis pertinere. Quartum denique vt oporteat vtentem his actibus animum omittendi professioẽ habere, nec satis est se habere negatiuè, non habẽdo scilicet animũ non profitẽdi.

Verùm hodie non datur tacita professio, nisi à nouitio habitus deferatur per annum integrum, & continuum per ea, quæ dixi *Arb.* 10. Ac expleto anno decimo sexto ætatis suæ, vt ex *decreto S. C. T. Mascardus de Probat. concl.* 1237. *n.* 15. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 83. *nu.* 25. de hac tacita professione dixit *Barbos. dicto cap.* 42. *nu.* 156. *cum plurib. seq. tit. de transeu. ad relig. Bellarm. super Conc. Triden. sess.* 25. *c.* 11. *in obser. doct. verb. professio de regular. & monial.*

31 Inducitur etiam tacita professio ex susceptione ordinum vt censuit Sacra Congregatio in negotijs Episcoporum, & regular. præpositis ãno 1619. vt eam ad literam refert. *Barbos. dicto cap.* 42. *nu.* 167.

32 Nisi ordines susceperit durante iusta causa metus, quia tunc professio ratificata non censetur. Idem, *Barb. de offic. & pot. Ep. alleg.* 104. *n.* 18. *circa fin.*

33 Sed nulliter professus sacros ordines suscipiendo, non animo ratificandi professionem, dicitur malè promotus, & ministrando fit irregularis. Secundum *Sperell. decis.* 80. *nu.*
34 6. *tom.* 1. Vbi † docet expressam existentem nullam: an, & quando inducatur tacita; habes etiam apud *Oliuer. Rot. Rom. corã Ludouisio decis.* 385.
35 *nu.* 5. & latè *sub nu.* 6. Vbi ait † excludit huiusmodi tacitam professionem ex reclamationibus, & protestationibus in contrarium. docet etiam *Honded. cons.* 78. *num.* 25. *Rot in recentior. decis.* 579. *nu.* 3. vbi plures cumulantur. Et *decis.* 705. *nu.* 5. *p.* 2. vbi sub *nu.* 3. dicitur sufficere protestationes, quę habent vim sufficientis reclamationis; & fuit decisum in Rota, teste *dict. Oliu. loc. prox. cit.*

36 Quæquidem tacita professio non comprænhenditur in decreto *S. C. T. sess.* 25. *cap.* 15. *de regul. Barbos. in collect. super dicto cap.* 15. *S. C. T. nu* 37. *Nauarr. cons.* 28. *num.* 5. *de regul. in secunda edit.* adest etiam declaratio Cardinalium ad verbum relata per *Bellarm. super dicto Conc. Trid. cap.* 15 tenoris sequentis. *Item professio tacita per hoc capitulum non est abrogata, sed remanet prout de Iure.* Quæ omnia sufficiãt pro materia nostra; alia, quę desũt, vide apud præcitatos Doctores.

SVM-

SVMMARIVM ARB. XIII.

PRofessio est quidam contractus naturalis inter profitentem, & religionem nu. 1.
Et requiritur consensus, sicut in omni contractu ex utraque parte nu. 2.
Aliàs est nulla nu. 3.
Professio emissa vi, & metu est nulla nu. 4.
Tam si sit expressa, quàm tacita num. 5.
Item est nulla non transacto anno probationis emissa num. 6. seu anno interrupto ibid.
Limita in professione in articulo mortis emissa nu. 7.
Sublimata nu. 8.
Professio in articulo mortis antè annum probationis facit succedere monasterium in bonis professa nu. 9.
Contra nu. 10.
Professio est nulla emissa nondum 16. anno completo n. 11.
Amplia nu. 12.
Amplia etiam si pauci dies deficiant nu. 13.
Limita si emissa fuerit in suprema die anni probationis n. 14.
Professio est nulla emissa à mentecapto nu. 15.
Quomodo probetur hoc casu dementia remissiuè nu. 16.
An sufficiat Iudicium fisicorum num. 17.
Professio emissa ab eo qui prius validè matrimonium contraxerat, est nulla nu. 18.
Professio est nulla ex defectu informationis nu. 19.
Professio est nulla dolo extorta num. 20.
Professio est nulla si deficit consensus conuentus nu. 21.
Quando dicatur defici conuentus consensum nu. 22.
Prouincialis ordinis an in casu aequalitatis votorū possit suū suffragium dare per scriptum num. 23.
Professio est nulla ex defectu consensus nouitij nu. 24.
Nullitas professionis infra quinquennium praeponi potest. n. 25.
Dictio tantum est taxatiua, & restrictiua nu. 26.
Quinquennium ad praeponendam nullitatem professionis currit à die professionis num. 27. 40.
Statutum prospicit futuris negotijs nu. 28.
Hoc quinquennium currit à die cessantis metus nu. 29.
Intellige si infra quinquennium professus reclamauerit nu. 30.
Secundò intellige si professus à Pontifice fuerit restitutus aduersus lapsum termini n. 31.
Quando Papa hanc concedit restitutionem nu. 32.
Iudex competens in causa nullitatis professionis est regularis superior illius monasterij, in quo professio emissa fuerit, & Ordinarius illius met loci, vbi tale monasteriū existit n. 33.

Requiritur ut nulliter professus in causa nullitatis professionis audiatur ut semper deferat habitum regularem num.34.
Sed quid cessante scandalo ibid.
Tria requiruntur ut audiatur, & quæ nu.35.
Amplia in militibus Hyerosolomitanis n.36.
Appellatione regularium veniũt milites Hyerosolomitani nu.37.
Dictum quinquennium non currit religioso minori nu.38.
Contrarium nu.39.
Et quare ibid.
Currit in expressa á die, quo quis illam emisit, in tacita quid? num.40.
An superior corã ordinario nullitates professionis, ut professum à monasterio eijciat, proponere possit nu.41.

ARBOR XIII.

DE TEMPORE, INFRA QVOD NVLLITER Professus suæ professionis nullitatem proponere possit iuxta decretum S. C. T. sess. 25. cap. 19. de regul. & monial.

1 PRofessio, cum sit quidam contractus naturalis inter profitentem, & Religionem, vt docet *Nauarr. lib. 3.*
2 *consil.tit.de regul.cons.5.* Sicut † in omni contractu requiritur consensus ex vtraque parte, & conditiones appositæ de iure communi, quibus deficientibus contractus est nullus, ita
3 † & contractus professionis. *Portell.in dub.regul.verb.professio nulla n.7.to.1.fol.mihi 905.*
4 Sunt autem nõ nullæ causæ, ex quibus professio nulla est. Prima est, quando emissa fuerit vi, & metu, quo casu est ipso iure nulla. *Alb.in c. 1. nu. 2.de regul.Cutell.de donat. tract. 1.discur.2.partic. 3. numer. 77.* quam opinionem, reiectis contrarijs, sequitur *Hyeroni. Fernand. de Otero in diuer. Iur.*
5 *disput.18.p. 1.* † Quæ sententia procedit tam in tacita professione, quàm in expressa. *Cutell. dicta part. 3. eod. num. 77.*

Se-

6 Secundò est nulla professio emissa non transacto anno integro probationis, vel transacto, sed nouitius partim degisset extra claustra in domo paterna, partim intra claustra, iuxta text. *in c. ad Apostolicam 19. de regul.* confirmatum per *S.C.T. sess. 25. cap. 15. de regul.* de materia dixi supra *Arb. 10.*

7 Limita tamen si professio emissa fuerit in articulo mortis, quo casu professio monialis facta in tali articulo cum conditionibus, & solemnitatibus requisitis valida est, etiã si monialis non decedat, quoniam nihil deficit ad validandam professionem, nisi annus non dum completus, cui cum sit de Iure positiuo supplet Papa per suum priuilegium, qui fuit *Pius V.* in Bulla, quæ incipit. *Summi Sacerdotij cura.* §.2. apportata à *Peirin. in priuileg. minimor. super dicta constit. Pij V. dicto* §.2. *nu.* 1. Dummo-
8 do † nouitia habuerit decimum sextum annum cõpletum, vt dixi *Arb. praced.* 12. *nu.* 12. *& seq. & num.* 25. *& seqq.* quibus addo *Cutell. de donat. tract.* 1. *disc* 2. *par.* 3. *sub nu.* 98. *& seq.* dictusque *Peirin. loco*
9 *pracit.* ait † quòd monasterio acquiruntur, tam eleemosyna pro moniali dari solita, quàm alia iura ipsi moniali competentia; & sic videtur etiam acquiri dotem

10 Contrarium tamen tenent *Portell. in suis dub. regul. in verb. nouitia in fine to.* 1. *fol. mihi* 682. *& Roderiq. add. ad summ. tom.* 4. *cap.* 63. *num.* 5. Vbiquòd, si prædicta nouitia sic professa moriatur, non potest conuentus ratione illius adire hæreditatem, vel dotem accipere, sed ad nouitij hæredes, & successores dotem, & bona nouitiæ sic professæ trasmicti docet etiam *Cutell. dicta partic.* 3. *sub n.* 99. *vers. hoc si facta. tetigi Arb.* 12. *nu.* 13.

11 Tertiò professio est nulla emissa, non dum 16. anno cõpleto. dixi supra *Arb.* 12. & dicit *Cutell. dicta part.* 3. *nu.* 106.

12 Etiam si in articulo mortis nouitia constituta sit, quia, & si possit profiteri non dũ elapso probationis anno, tamen non valebit professio emissa à non habente decimum sextum annum completum. ex Bulla Pij V. de super citata; & dixi *Arb. praced. n.* 13. 25. *& seq.*

13 Et hoc procedit, & si pauci dies deficiant, cum dubitetur an valeat vltimo die emissa *Rot. in recent. apud Farin. decis.* 175. *part.* 1 Vbi fuit declarata nulla ob defectum sex dierũ. *Ricc. in prax. decis.* 656. & alij per *Cutell. dicta part.* 3. *nu.* 109.
14 licet † in rei veritate valeat emissa in suprema die anni. vt tenet *Barbos. in tract. de Iur. eccles. vniuers. tit. de transeun. ad*

Religion.cap.42.n. 139. & contrarios reprobari videtur, & dixi *Arbor.praced.nu.*23.

15 Quartò professio est nulla emissa à mente capto, vel furioso, & quis sit furiosus, quis mente captus, ac de materia vide *Cutell.dicta part 3.nu.* 78. *ex Rot. coram Contuccio Vlixipponensis professionis* 22. *Iunij.* 1579. impressa in *nouiss. decis.*

16 107.*tom.*2. Et hæc † est notabilis decisio in materia annullandæ professionis ex hoc capite, in qua habetur quomodo debeat probari demétia, & per quos actus extrinsecos *vbi in nu.* 6. loquitur † de

17 Iudicio fisicorum quod, illi standũ erit ob rationem quia furor, & mentis captio sunt passiones cerebri, quas fisicus cognoscit. *Cutell.dicta part.* 3. *nu.*79.*Barbat.in cap fin.nu.*8.*in fine de success.ab intest.*

18 Quintò est nulla professio eius qui prius valide matrimonium contraxerat, & consummauerat, quia, si copula secuta non esset, tunc tanquam ratum tantùm per professionem dissolueretur ex dispositione *S.C.T.sess.* 24. *de reform, cap.*6.& docent *Cutell. tract.*1. *disq.*2.*par.*3.*n.*112.*de donation. fol.* 127.*Barbos. in rubr. solut, matr.p,*2.*nu.*73.*Sanch.de matr. lib.*2.*de matrimonij essentia disp,* 18.*nu.*3.*& Guttier.can. qu.lib.* 1 *cap.*17.*num.*2. *& de matrim, cap.*54.*in princ.*

19 Sextò est nulla professio ex defectu informationis requisitæ per Bullam Sixti V. de vita, & patria parentum, & ipsius recepti moribus cum receptione in Capitulo, quibus non seruatis annullatur professio; vt dictum fuit in *Rot.* teste *Farinac. decis.* 175.*p.*1. *Sanch.loc.cit.lib.*7.*de Imper.disp.* 37.*nu.*54.*&* 55. vbi commemorat alium motum propriũ *Greg. XIIII.* super hoc editũ, vt sufficeret præmicti aliquá informationem, temperando non omnino corrigendo constitutionem *Sixti V.* quos sequitur *Cutell.dicta par.*3.*n.*111.

20 Septimò est nulla professio dolo extorta, de quo capite vide apud *Cutell. loco cit. dicta partic.*3.*à nu.*130.*cum seqq.* vbi ad partes an sit nulla, vel potius rescindenda professio diffusè pertractat.

21 Octauò est nulla si deficit consensus conuentus, quia professio est quidam contractus inter religionem, & profitentem; vt in principio hic *nu.* 3. Deficit autem consensus conuentus si maior pars conuentus non suffragetur pro nouitio, tunc enim professio per prælatum facta erit nulla. *Nauar.lib.*3.*consil.tit. de Regul. cons.* 62. *& Portell. in suis dub, regul.verb. Abbas.n.*7. *& verb. Professio nulla n.*9. dicit nullam

esse

22 † esse professionem ex defectu consensus cõuẽtus si morbum caducum profitens cælauit, de quo fuit rogatus saltem in genere morbi, vel etiã cælauit lepram, vel quid simile, si etiam negauit se descendere ex Saracenis, Iudeis, & Hæreticis combustis. *Nauar. lib. 3. consil. tit. de regul. cons. 5. & Roderiq. tom. 3. qu. 17. art. 9.* vbi citat *Leon. X.* concessionem, quo ad eijciẽdos professos ab ordine qui mentiti sunt in professione tacentes crimina grauia, de quibus iam in sæculo notati erant. quos sequitur *Partell. loc. cit. in verb. professio nulla nu. 9. & num.* 10. ait professionem esse nullam ex defectu consensus ordinis si nouitio intimetur aliqua cõditio, seu pactum statuti cum protestatione, si sit de re notabili, & postea inueniatur mentitus, licet enim non possit expelli ratione solius statuti ordinis, maximè si non est authoritate Pontificis exprefsè firmatum, expelli poterit ratione contractus nulli, seu ex consensus defectu, & citat dictum *Nauarr. loc. citato.*

23 Sed an existentibus in vno cõuentu monialium votis seu suffragijs æqualibus pro vtraque parte, nempe viginti negatiuis, & viginti affirmatiuis pro vna nouitia, possit Prouincialis illius conuentus, vel ordinarius (cui subiectus esset conuentus ipse) absens per scriptum suum dare votum, seu suffragium approbatiuũ, & cum suo suffragio faciente excessum vltra partem dimidiam maneret approbata ad professionem faciendam? & quòd possit per scriptum mictere suum suffragiũ per Procuratorem, vt summistę verb. electio dicunt. Attamen, licet aliqui teneant nullam esse professionem, quia non potest Prouincialis etiam præsẽs ferre suffragium in approbatione nouitij ad professionem, Contrariũ tamen sentijt. *Portell. in suis dub. regul. verb. nouitia. in addit. vers. vnicum tantum occurrit dubium, & vers. ego sentio.* qui hanc opinionem non nullis rationibus, & doctrinis defendit, contrarijsque plenè respondet, licet in Secretario Prouincialis locum habere non posse in fine tenere videtur.

24 Nonò est nulla professio si ex parte nouitij consensus deficiat, quia de natura contractus naturalis, & ciuilis est, vt ex vtraque parte contrahentium sit consensus, hæc autem nullitatis causa ex parte nouitij est difficilis probationis, vt ait dictus *Portell. loc. cit. nu.* 11. Hinc fit quòd professio metu facta est nulla, vt supra dixi *in vers. sunt autem non-*

nullæ

nulla causa nu. 4. Sed an sufficiat metus reuerentialis? diç quod timor reuerentialis parentum, non verò aliorum consanguineorum, hoc facere posse iuxta doctrinam *Nauarr. lib. 1. consil. tit. de renunciat. cons. 3. num.* 6. quem declarat *Portell. loc. præcit. sub n.* 12. *vers. pro quo nota tom. 1. verb. Professio nulla fol.* 907. apud quem vide citatos per eum, vbi in fine docet non debere aperiri portam monialibus eas audiẽdi ad nullitatem professionis ob metum reuerentialem, quia lites innumeræ aperirentur.

25 Sed quia hæc nullitas poterat de Iure communi præponi infra 30. annos, sicut cæteræ actiones, idcirco tale tempus regulatum fuit ad annos quinque ex *decreto Sacri Concilij Tridentini sess.* 25. *cap.* 19. *de regul. & monial.* ibi *non audiatur nisi intra quinquenniũ*

26 *tantum à die professionis* quæ † dictio *tantum* est restrictiua, & taxatiua vt dixi supra *Arb.* 6.

27 *nu.* 12. † Curritque à die professionis, vt decretum dictat

28 ibi *à die professionis.* Et † videtur hoc decretum retrotrahi ad tempus professionis præteritæ contra naturam legis, quę prospicit futuris negotijs. *l. leges C. de legib.*

29 Verũ intelligitur hic textus Concilij Tridentini huiusmodi tempus currere à die cessantis metus. vt docet *Bellarm.* (& refert censuisse Sacram Congregationem) *super Conc. Trid. dicto cap. 19. in obser. doctrin. verb. à die professionis.*

30 Posset tamen dubitari an monialis per vim, & metum ingressa, quæ infra tempus quinquennij non reclamauit, possit hodie post quinquennium audiri, ex quo vsque ad huc durauerit causa vis, & metus, qua cessante reclamat? Censuit Sacra Congregatio Cardinalium sub die 21. Augusti 1572. & declarauit ex hoc textu neminẽ post quinquennium esse audiendum, ne detur occasio scandali, sed recurrendum erit Sanctissimo Domino Nostro, qui pro sua prudentia occurrentibus necessitatibus prouidebit: sed, si infra quinquennium reclamauerit, poterit etiam post quinquennium reclamare, vt declarauit Sacra Congregatio prædicta, teste *Bellarm. super Conc. Trid. loc. præcit.* qui in declarationibus Cardin. ad verbum refert hanc declarationem in *vers. fin.* tenoris sequentis nempe *Item post quinquennium à die professionis non potest reclamare etiam si dicat semper fuisse in vi, & metu, sed si intra quinquennium reclamauit, potest etiã post quinquennium reclamare.* Et adest super hoc Bulla

Greg.

Greg. XIII. quam laudat *Rot. Rom. impreßa per Farinac. tom. 4. decis. 705. num. 6.* relata per *Cutell. de donat. tract. 1. discur. 2. partic. 3. nu. 29.*

31 Si igitur lapsum sit quinquennium poterit nulliter professa aduersus lapsum termini restitui in integrum à Pontifice, quia per huiusmodi restitutionem repositus censetur in priorem locum. *Bellarm. loc. cit. in add. in verb. quinquennium Cutell. etiam loc. cit.*

32 *n. 31.* Qui † refert Pontificem nullo modo dispensare solere, nisi cognito quòd infra quinquennium causa iusta adfuit, propter quam reclamare non potuit, vt puta, quia idem metus, eademque impotentia durauerit vt non reclamare potuisset.

33 Iudex autem competens in causa nullitatis professionis erit ordinarius loci, & superior ipsius regularis; sic dispositum videtur ex dicto *decreto S.C.T.* ibi *deduxerit coram superiore suo, & Ordinario.* Qui quidem superior erit regularis illius monasterij, in quo professionem emisit. Et Ordinarius erit illius loci, vbi existit idem monasterium, in quo professio emissa fuit. refert ita decisum *Arnendaria in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. in tit. de Relig. n. 28.* quem refert, & sequitur *Nouar. in Pract. conclus. noui Iur. Pontif. concl vnica aliàs 116. nu. 1. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 104. num. 12. p. 3. fol. mihi 702.*

34 Requiritur etiam vt audiatur quòd semper deferat habitum regularum, ita vt, si ante causæ cognitionem propria authoritate habitum dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcumq; causam erit audiendus, nec admictendus, sed, vt ad monasterium redeat, est cogendus, & tanquam Apostata puniendus. sic dictat dictum *S.C.T. decretum* ibi *Quòd si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admictatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam Apostata puniatur.* Sed quid cessante scandalo? quòd posset habitum dimictere, & audiri *Nouar. dicta concl. 116. nu. 1.*

35 Tria igitur copulatiuè requiruntur, vt audiatur professus in causa nullitatis professionis. Primò vt reclamet infra quinquennium. Secundò vt causas nullitatis, quas prætendit, deducat coram suo superiore, & ordinario. Tertio deniq; ne dimictat habitum ante hanc deductionem, & causæ cognitionem, quorum vno deficiente non debet audiri. ex dicto *decreto S. C.T. loc. pracit.* & docent etiam *Gratia, discept.*

diſcept.for.cap. 413. *lib.* 3. *Ricc. deciſ.*48.*par.*4. *& Nouar. dicta*
36 *concl.*116.*nu.*1. Quod † locum habet etiã in militibus Hye-
37 roſolomitanis, quia† appellatione regularium ipſi etiam veniunt. *Nouar. in prax. elect. for. qu.* 37. *ſect.* 1. *in prima impreſſ. & loc. ſuperiùs cit. dicta concl.* 116 *num.*24.

38 Sed an hoc quinquennium currat Religioſo minori, quod non dixit *Nouar. loc. cit. à nu.* 3. *cum ſeq.* & dicit non inclinaſſe cum opinione *Ricc. in prax for. eccl. reſol* 551. *p.* 1. in magnis qui allegat *Roder. tom.* 3. *quæſt. regul. qu.*17. *art.*7. *verſ. ex qui-*
39 *bus infertur* Contrarium † verò tenent *Cutell de donat. tract.* 1. *diſcur.*2. *par.*3. *n.* 24. *cum ſeq.* non obſtante diſpoſitione Iuris communis in fauorem minorum inducentis præſcriptionem ſuperſederi, durante minori ætate, quia, cum verſemur in tempore inducto per Concilium, illud currere debeat regulis iuris non attentis, tam vt ſeruetur rigor Concilij, quàm quia ſumus in ſpiritualibus, vbi non habetur ratio de ætate, requiſita de Iure communi, ſicut dicimus de tempore aſſignato à ſtatuto, nam illud currit non obſtante pupillari ætate, vel minori ætate. vt ait Idem *Cutell. loc. prac. per tex. in l. fin. C. quib. ex cauſ. in integr. reſtit. Guid. Pap. deciſ.* 30. *Cumia ſuper rit. c.*16. *num.*24.

40 Et currit in profeſſione in profeſſione expreſſa à die, quo quis illam emiſit, ſed in tacita à die, quo fecerit actus tantũmodo, quibus profeſſio inducitur. *Leo. in Theſaur. for. eccl. cap.*1. *nu* 42. *p.*2. *Nouar. loc. cit. nu.*2. *& Mirand memor. qu.* 30. *art.*1. *col. vnic. circa fin.*

41 Denique ſcias quòd, licet regulari prætendenti ſuã profeſſionem eſſe nullam, cauſam nullitatis proponere, ſed non poteſt ſuperior coram eodem Ordinario illas nullitatis cauſas præponere, vt à monaſterio Religioſum dimictat, illo nihil proponente (quicquid dicant aliqui) ſic conſuluit *Nouar. in pract. concl. noui Iur. Pontific. concl. vnica. aliàs* 116. *nu.*19. *cum ſeqq.* qui hanc opinionem multis rationibus acriter defendit, ac doctrinis corroborat; quæ mihi magis placet, & ſuis rationibus hanc defenderem opinionem.

SVM-

SVMMARIVM ARB. XIV.

Alimēta sūt vitæ subsidiū n. 34.
Exceptio nouendii luctus non habet locum in causa damni infecti, & quare nu. 35.
Appellatio non datur in causa damni infecti nu. 36.
Ex hoc internallo creditoribus nullum infertur praiudicium circa temporalem praescriptionem nu. 37.

ARBOR XIV.

DE NOVENDIO LVCTVS AD INTELLECTVM §.penul. vers. sancimus in Auth. vt cum de Appell. Auth. sed neque sub l. fin. C. de sepul. viol. Cap. Reg. Ferd. 46. & Consuet. Panormit. Cap. 35.

1 HOMO, cum præceteris animantibus in vita honorandus sit vt in Psal. 8:
2 Ita † & in morte. Ideoque, vt fiat aliquis pompa funeralis, necesse est vt labatur aliquod temporis spatium; de quo latè per *Chass. in Cathal. Glor. Mūd.*
3 *par. 2. cōsid. 5.* Ob cuius † mortem propter luctum astringuntur illius consanguinei, ac familiares eum lugere, iuxta illud *Eccl. 22. 10.* nempe *super mortuum plora, defecit enim lux eius.* Et *cap. 38. 16. Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secūdū iudiciū cōtegere corpus illius, & non despicias sepulturā illius.*
4 Solebat antiquitus planctus iste fieri per plures dies, vt in Populo Israelitico super mortem Iudæ *lib. 1. Machab. 9. 20.* ibi, *& fleuerunt eum omnis populus Israel planctu magno, & lugebant dies multos, & dixerunt quomodo cecidit potens, qui saluū faciebat populū Israel.*

Et filij Israel simili in casu per triginta dierum spatium lugere solebant, vt in morte Moijsis in *Deut. 34. 8.* ibi *fleueruntque eum filii Israel in Campestribus Moab triginta diebus, & completi sunt dies planctus lugentium Moysen.*

Salamon verò in *Eccl. 22. 11. & 12.* dixit *super* mortuum modicum planctum fieri per septem nimirum dies duraturum. ibi. *Modicum plora supra mortuū quoniā requieuit* (ibiq;) *super mortuum septem dies.*

Et *Vital. Camban. de clausul. §. sed an iuri alimentorum n. 151* relatus per *Baron. de Citat. in add. ad quæst. 23. n. 138. to. 2.* Ait
5 quòd † tempore digestorum erat

erat in vsu quòd tota familia defuncti iret induta lugubri veste per nouem dies, quia, & per totidem lugere debebat.
6 Vnde † disposuit Imperator *in l. interdum 36. de Iudic.* ex iustis causis, & certis personis sustinendæ (idest differendæ vt ait *Accurs.*) sunt cognitiones, iustamque causam esse dicit si pater litigator filium, vel filiam, aut vxor virum, seu filius parentes amisit (nempe per mortem vt sentit *Glos. ibid. in verb. amisit.*) Et *in l. 2. ff. de in ius. voc.* āpliauit hoc beneficium etiā ad familiares mortui, siue sint de eius genere, siue de seruis, siue de seruitoribus (vt *Gloss. in verb. familiare.*) & etiam extendit ad fideiubsores illius. *in §. penul. vers. sancimus in auth. vt cum de appellat. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 9. nu. 8.*
7 Verum hodie dispositio dictarum legum tantū quoad consanguineos, & affines intra quartum gradum de iure ciuili computandum, restricta fuit per *cap. 46. Regis Ferd.*
8 At † quia per dictas leges tēpus, quo dicta dilatio perdurabit expressum non fuit *in Auth. vt cum de appellat. dict. §. penul. vers. sancimus*, expresse taxatum videtur, nempe per nouem dies. ibi *sancimus itaq; nulli penitus esse licentiam, aut hæredes, aut parentes, aut liberos, aut coniuges, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiubsores ante nouem dierum spatium, in quibus videntur lugere conueniendi, aut quocumque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eius offerendi, aut in iudicium eos vocandi, siue debiti gratia quòd à defuncto descendit, siue alterius cuiuscumque causa nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si verò intra nouem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de prædictis personis, aut cōuenire, aut aliquam cautionem seu promissionem, vel fideiubsionem exigere ab ea, hæc omnia inualida esse decernimus.* Idem videtur dispositum per text. in auth. sed neque sub *l. fin. C. de sepul. viol.* ibi *sed neque ante nouem dies ab obitu numerandos vlla prorsus fiat molestia aduersus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit, ex hoc nullo præiudicio creditori generando.* Quæ iura concordant cū *con-*
9 *suet. Panorm. cap. 35.* quæ † disponit etiam respectu sponsalium, vt scilicet si quis Panormitanorum Ciuium vxorem duxerit vsque ad nouem dies à tempore sponsalium in ius vocari nō possit, quę cōsuetudo etiā concordat cū *l. 2. vers. præterea ff. de in ius vocand.* ibi *Præterea in ius vocari nō debet, qui vxorem ducit, aut quæ nubit*

10 Ex prædictis infertur primò quòd, si quis aliquem cõsanguineum haberet mortuũ intra nouem dies, à defuncti morte molestari non possit, non solum pro debito contracto cum defuncto, vel ab eo descendente, sed etiam alterius cuiuscumque causæ nomine proprio specialiter pertinentis; etiam pro causa criminali, stante *consuet. Panor.*
11 *dict. cap.* 35. Ita † vt si aliter
12 fiat, nulliter fit. Quæ † procedunt etiam in causa feudali. *Mut. super dict. consue. cap.* 35.
13 *n.* 5. Procedit † etiam pro hæredibus, vt disponitur in dicto §. *penul in auth. vt cum appellat.*
14 Tum † ex debito contracto cum defuncto, tum cum ipso hærede *ex dict.* §. *penul. Gizzarell. decis.* 79. *nu.* 4. *vers. sed licet.* qui ait quòd, elapso dicto nouendio, si inuentarium conficere voluerit, posset, & inuentarij beneficio gauderet.

Hæres itaque hoc nouendium allegare poterit, idque opponere permissum esse videtur; docent *Graff. de except. excep.* 3. *nu.* 31. *Intrigl. de censib. qu.* 54. *n.* 8. *Conuers. ad eumdem Intrigl. qu.* 20. *in fine Guttier. de Iuram. confir. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 18. *vers. sexto. Henrig. de fideiubs. c.* 62. *vers. vigesimo.*

15 Sed an hęc exceptio locum sibi vendicet aduersus executionem contractus censualis iuxta formam Bullæ, & Regiæ pragmaticæ? Affirmatiuè tenent *Mut. in consue. Panor. cap.* 35. *num.* 19. *cum seqq. Mans. de caus. exequut. ampliat.* 14. *n.* 56. *& seq. citatus per Baron. de Citat. qu.* 23. *propè finem.* Contra-
16 rium † est veriùs, & tenet *Intrigl. super Bull. lib.* 1. *qu.* 54. *n.* 8.
17 quia † dum pragmaticalis sãctio exceptiones omnes prætermictat, nisi realis solutionis, ergo omnes aliàs reijcere intendit adeo vt nullæ aliæ opponi possint, sequitur *Afin. de execut.* §. 2. *cap.* 24. *Crott. cons.* 135. *nu.* 17. & hanc opinionem magis communiorem esse tenet. *Conuers. ad Intrigl. dicta qu.* 20. *vers. rurs. in fine.* tenet idem *Graff. de except. except.* 3. *nu.* 31. vbi reprobatur *dictus Muta.*

18 In alijs verò contractibus executionem habentibus paratam iuxta formam ritus admictitur sine scrupulo, tanquã procedens ex capite alterius statuti Regni, quod est *Reg. Ferd. cap.* 46. sic docet *Graff. dicta except.* 3. *nu.* 31.

19 Oportet tamen hanc exceptionem per hæredem, & consanguineum allegari, aliàs censetur ei tacitè renunciatum. *Intrigl de feud. cent.* 2. *art.* 96. *n.* 61. *Baron. de Citat. in add. ad qu.* 23. *nu.* 137. *tom* 2. *Petr. de Greg. de Iudic. caus. feud. qu.* 29. *à num.* 10. *cum seq. & Mut. super consuet. Panor. cap.* 35. *nu.* 26.

Licet

10 Licet autem *Gratia discept. for. cap. 18. à nu. 53.* dicat sententiam latam infra nouem dies luctus defuncti esse nullam, quamuis non fuerit oppositum de tempore luctus, dūmodo Iudex hoc sciat, secus si ignoret, nihilominus eius doctrinam procedere existimo si hanc scientiam Iudex habuerit ex parte ipsius hæredis, qui ei misisset excusatorem, ne sententiam pronunciaret, & hoc casu si inde Iudex infra nouendium pronunciasset sententia ipso Iure esset nulla, quia hæres exceptionem hãc allegasse videtur. *Bart. hanc docet doctrinam in l. non exigimus §. si quis ff. si quis Caut.* quem refert *Mut. super dicto. cap. 35. consuet. Pan. n. 26. in fine.*

21 Secundò infertur quòd durante impedimēto luctus, nēpe nouem dierum, non currit matri tempus ad petendum

22 tutorem filio. Et † si decesserint multi eius consanguinei in anno, posset habere excusationem plurium mensium, quamuis hęc obligatio petendi tutorem descendat à propria persona matris, & non defuncti. *Bart. in l. fin. §. donec. C. de Iur. deliber. Gratian. discept. for. cap. 403. nu. 26.* Idem *Bart. in auth. sed neque ante C. de sepul. viol.* testatur per dictam auth. se defendisse quamdam mulierem, quæ prohibebatur filio succedere, quia non petijt filio tutorem.

23 Hoc autem nouendium currit à die mortis, nō autem à die scientiæ mortis, non obstante quòd pars fuerit absens ab illo loco, in quo mortuus fuerit consanguineus. *Petr. de Greg. in tract. de concess. feud. par. 6. qu. 9. nu. 2. vers. secundo currit* per textum expressum *in dicta auth. sed neque C. de sepul. viol. Intrigl. sing. 149. lib. 1.* dixit etiã *Muta super consuet. Panor. dicto cap. 35. nu. 16.* vbi interpetrat opinionē dicti Petri de Greg.

24 Debetq; intelligi de morte naturali, non autem de Ciuili, cum in textu fiat mentio de luctu, & obitu, & in *consuet. Panor. de funere*; necessario igitur debet intelligi de morte naturali, vt dixit *Mut. loc. præcit. dicto cap. 35. nu. 24.*

25 Tertiò infertur, quòd, dum durant nouem dies luctus, nō accenditur mora, vel extimatio quanti plurimi. Et † regu-

26 lariter omnia acta sunt nulla, quando creditor vocat hæredes debitoris infra dictos dies luctus. *Gratia. discept. for. cap. 143. nu. 6. 7. & 8.*

27 Quartò transactio facta intra nouem prædictos dies est irrita *Parlad. rer. quotid. diff. 44. num. 13.*

28 Quintò denique infertur terminum retractus non currere

10 Ex prædictis infertur primò quòd, si quis aliquem cõsanguineum haberet mortuũ infra nouem dies, à defuncti morte molestari non possit, non solùm pro debito contracto cum defuncto, vel ab eo descendente, sed etiam alterius cuiuscumque causæ nomine proprio specialiter pertinentis; etiam pro causa criminali, stante *consuet. Panor. dict. cap.* 35. Ita † vt si aliter
11
12 fiat, nulliter fit. Quæ † procedunt etiam in causa feudali. *Mut. super dict. consue. cap.* 35.
13 *n.* 5. Procedit † etiam pro hæredibus, vt disponitur in dicto §. *penul in auth. vt cum appellat.*
14 Tum † ex debito contracto cum defuncto, tum cum ipso hærede. *ex dict.* §. *penul. Gizzarell. decis.* 79. *nu.* 4. *vers. sed licet.* qui ait quòd, elapso dicto nouendio, si inuentarium conficere voluerit, posset, & inuentarij beneficio gauderet.

Hæres itaque hoc nouendium allegare poterit, idque opponere permissum esse videtur; docent *Graff. de except. excep.* 3. *nu.* 31. *Intrigl. de censib. qu.* 54. *n.* 8. *Conuers. ad eumdem Intrigl. qu.* 20. *in fine Guttier. de Iuram. confir. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 18. *vers. sexto. Henrig. de fideiubs. c.* 62. *vers. vigesimo.*

15 Sed an hęc exceptio locum sibi vendicet aduersus executionem contractus censualis iuxta formam Bullæ, & Regiæ pragmaticæ? Affirmatiuè tenent *Mut. in consue. Panor. cap.* 35. *num.* 19. *cum seqq. Mans. de caus. exequut. ampliat.* 14. *n.* 56. *& seq. citatus per Baron. de Citat. qu.* 23. *propè finem.* Contra-
16 rium † est veriùs, & tenet *Intrigl. super Bull. lib.* 1. *qu.* 54. *n.* 8.
17 quia † dum pragmaticalis sãctio exceptiones omnes prætermictat, nisi realis solutionis, ergo omnes aliàs reijcere intendit adeo vt nullæ aliæ opponi possint. sequitur *Afin. de execut.* §. 2. *cap.* 24. *Crott. cons.* 135. *nu.* 17. & hanc opinionem magis communiorem esse tenet. *Conuers. ad Intrigl. dicta qu.* 20. *vers. rurs. in fine.* tenet idem *Graff. de except. except.* 3. *nu.* 31. vbi reprobatur *dictus Mut.*

18 In alijs verò contractibus executionem habentibus paratam iuxta formam ritus admictitur sine scrupulo, tanquã procedens ex capite alterius statuti Regni, quod est *Reg. Ferd. cap.* 46. sic docet *Graff. dicta except.* 3. *nu.* 31.

19 Oportet tamen hanc exceptionem per hæredem, & consanguineum allegari, aliàs censetur ei tacitè renunciatum. *Intrigl de feud. cent.* 2. *art.* 96. *n.* 61. *Baron. de Citat. in add. ad qu* 23. *nu.* 137. *tom* 2. *Petr. de Greg. de Iudic. caus. feud. qu.* 29. *à num.* 10. *cum seq. & Mut. super consuet. Panor. cap.* 35. *nu.* 26.

Licet

20 Licet autem *Gratia.discept. for.cap.18.à nu. 53.* dicat sententiam latam infra nouem dies luctus defuncti esse nullam, quamuis non fuerit oppositum de tempore luctus, dũmodo Iudex hoc sciat, secus si ignoret, nihilominus eius doctrinam procedere existimo si hanc scientiam Iudex habuerit ex parte ipsius hæredis, qui ei misisset excusatorem, ne sententiam pronunciaret, & hoc casu si inde Iudex infra nouendium pronunciasset sententia ipso Iure esset nulla, quia hæres exceptionem hãc allegasse videtur. *Bart. hanc docet doctrinam in l. non exigimus §. si quis ff. si quis Caut.* quem refert *Mut. super dicto.cap.35.consuet.Pan. n. 26. in fine.*

21 Secundò infertur quòd durante impedimẽto luctus, nẽpe nouem dierum, non currit matri tempus ad petendum

22 tutorem filio. Et † si decesserint multi eius consanguinei in anno, posset habere excusationem plurium mensium, quamuis hęc obligatio petendi tutorem descendat à propria persona matris & non defuncti. *Bart.in l.fin.§.donec. C.de Iur.deliber.Gratian. discept. for. cap.403.nu. 26.* Idem *Bart. in auth. sed neque ante C.de sepul. viol.* testatur per dictam auth. se defendisse quamdam mulierem, quæ prohibebatur filio succedere, quia non petijt filio tutorem.

23 Hoc autem nouendium currit à die mortis, nõ autem à die scientiæ mortis, non obstante quòd pars fuerit absens ab illo loco, in quo mortuus fuerit consanguineus. *Petr. de Greg.in tract.de concess.feud.par. 6.qu.9.nu.2.vers.secundo currit* per textum expressum *in dicta auth. sed neque C. de sepul. viol. Intrigl.sing.149.lib.1.* dixit etiã *Muta super consuet.Panor. dicto cap.35.nu. 16.* vbi interpetrat opinionẽ dicti Petri de Greg.

24 Debetq; intelligi de morte naturali, non autem de Ciuili, cum in textu fiat mentio de luctu, & obitu, & in *consuet. Panor.de funere*; necessario igitur debet intelligi de morte naturali, vt dixit *Mut.loc.pracit.dicto cap.35.nu.24.*

25 Tertiò infertur, quòd, dum durant nouem dies luctus, nõ accenditur mora, vel extimario quanti plurimi. Et † regu-

26 lariter omnia acta sunt nulla, quando creditor vocat hæredes debitoris infra dictos dies luctus. *Gratia. discept. for. cap. 143.nu.6.7.& 8.*

27 Quartò transactio facta intra nouem prædictos dies est irrita *Parlad.rer.quotid. diff.44. num.13.*

28 Quintò denique infertur terminum retractus non currere

rere per dictos dies nouem, neque præscriptionem. *Grat. discept.for.cap.*403.*nu.*26.

29 Verùm tamen nouũ opus nunciari poterit, & sic iniuntio de non edificando, non obstante exceptione nouendij luctus fieri potest *Baron.de Citat.sing.*107.*nu.*5.*to.* 2.*Mut. in consuet.Panor.cap.*29. *nu.*45. *& cap.*35.*nu.*4.

30 Secundò dicta exceptio nõ obstat in causa alimentorum futurorum, quia casus iste dilationem non patitur, iuxta doctrinam *Bart.in l.mela n.* 5. *& in add. in verb. appellatio ff. de alimen. & cib. leg.* & dicam

31 *Arb.seq.nu* 49.50. quia † à futuris, & præsentibus alimentis vita hominis dependet. *l. de alimentis vbi Bald. & Ias.C.de transact.* qua ratione ab eis nõ appellari sequuti sunt relati per *Ursil.ad Affl.decis.*152.*n.*1. *& 2.Rot. Roman. decis. diuers.*

32 764.*p.* 1.† His enim in casibus alimenta denegãs hominem necare dicitur. l. necare vbi *Bart.de liber. agnosc. cap.* 1. *dist.*83.*Rol.à Vall.cons.* 54.*nu.*

33 6 *lib.*2. Et alimenta vitæ subsidium sunt.*l. filia, vbi Bald. in princ.C.de patr.potest.*

34 Tertiò hæc exceptio non suffragatur si agatur de damno infecto, quia istud dilationem nec patitur. Et

35 † ideo in causa damni infecti non datur appellatio; dixit *Ang. Aret. in l.si res dilationem sub nu.* 5.*ff. de appell.recip.*

36 Et ex hoc interuallo circa temporalem præscriptionem, aut in alia quacumque legitima allegatione, nullum præiudicium creditoribus penitus generatur, per ea quæ dixi supra *illatione secunda n.* 21.*& illat.*3.*nu.*25.ex *auth. sed neque C.de sepul.viol. & dicto* §.*penul. vers. sancimus circa finem in auth. vt cum de Appellat.*ibi *Ex hoc nullo præiudicio, creditori generando.*

SVMMARIVM ARB. XV.

*Pupilli quicquid vident ignorant.nu.*1.

*Tutor etiam inuitus constitui potest.nu.*2.

*Amplia nu.*3.

*Tutor tenetur inuentarium bonorum pupilli facere nu.*4.

*Administrator quilibet tenetur inuentarium conficere num.*5.

*Tutor, & administrator tenetur de datis, & receptis librum rationum conficere nu.*6.

*Aliàs contra eos iuratur in litem num.*7.

Tutores de Iure Regni tenentur

Item

ARBOR XV.

DE TEMPORE INFRA QVOD TVTOR, ET Hæres inuentarium hæreditarium conficere teneantur ad intellectum l.fin.§.1.C.de Iur. delib.l.fin.in fin.C.Arbitr.tutel.& l. tutores de Adminis.tutor.

1 PVpilli, cum ob eorum infantiæ imbecillitatem, velle, aut nolle non habeant, quicquid enim vident ignorant. *l.infanti C. de Iur. deliber. vbi Bart.* Ea
2 † propter sæpissimè eorum bona vsurpari, ipsique ab omnibus derelinqui, & malè à Vitrico, seu nouerca tractari videtur. Vnde Imperator Orfanorum, & Pupillorum Pater eis prouidere intendens, ne ipsi eorumque bona indefensa remaneant, vo-

voluit quòd constituatur eis tutor, qui eorum personam, & bona diligenter defendere possit. Cumque hoc in publicam redundet vtilitatem, decreuit vt quis etiam inuitus à Iudice, & à lege constitui, & decerni possit. *Alex. in cons 26. nu. 7. vol. 3. Ias. in l. cum qui res nu. 7. de procuratoribus, & com-*
3 *muniter Doctores.* Etiam quòd tutor esset absens, & ignoraret. *Aret. in §. Idem num. 4. instit. de*
4 *excus. tutor.* Imo, vt magis eorum indemnitati fuisset prouisum; ne ipsorum bona defraudarentur, etiam disposuit vt tutor bonorum omnium pupilli inuentarium facere teneatur. *l. tutor qui repertorium ff.*
5 *de administ. tut.* (pro vt † & quilibet alius administrator *l. Orphonotrophos C. de Episc & cler.*
6 *l. nulli (eodem.)* librumque rationum de datis, & acceptis
7 conficere, & si † non fecerit, iurari poterit per pupillum, tunc adultum, contra eum in litem. *l. 1. §. officio, & ibi Gloss. Bar. & DD. ff. de tut. & ration.*
8 *distrib.* Et † ex vi *pragmatica* Ducis Montis Alti §. 8. *impressa in 2. tom. pragm. circa finem,* tenentur etiam hodie tutores anno quolibet dati, & accepti in Curia Ciuili cuiuslibet Ciuitatis Regni librum præsentare, & in eo mentionem facere de cauthelis publicis cum dietis, & nominibus Notariorum, & si deficiet aliqua partita introitus, quæ non esset descripta, incurrant ipso iure, & ipso facto pœnam soluendi quatruplum eidem minori, & prædicta sub pœna remotionis à tutela cum infamia, & vnciarum ducentarum Regio Fisco in subsidium Regiarum triremium applicandarum, pro vt meliùs ex ea patescit.

9 Inuentarium, autem cum sit caput omnium rationum, vt ait *A g. cons 144. in fine. Bo-*
10 *er decis. 161. nu. 6.* † per tutores, & hæredes fieri debet non nullis interuenientibus solemnitatibus traditis per *text. in l. fin C. de Iur. deliber. & l. tutores 2. C. de admin. tutor.*

Hinc videndum erit Primò tempus, infra quod inuẽtarium fieri debeat. Secundò quænam sint istæ solemnitates de iure requisitę. Tertiò beneficia, quæ inuẽtariũ tribuit, & deniq; aliqua notatu digna.

11 Quo ad primum de tẽpore scilicet inuentarij disponitur, per *text. in l. fin. §. 1. C. de Iur. deliber.* quòd hæres tenetur illud incipere intra triginta dies à die aditæ hæreditatis & finire infra alios sexaginta dies post illos triginta *Canc. var. res. c. 2. de Treb. & falc. n. 3. l. 1. Vrg. de legit. pers. c. 20. n. 49.* Tutor verò tenetur statim inuentarium facere, ita vt ante eius confectionem administrare ne-

nequeat, aliàs vt suspectus remoueretur, & infamia notaretur. *l. fin. in fin. C. arbitr. tutel. & l. tutores. de adminis. tut. Gloss. in l. fin. in verb. capiat C. de Iur. de*
12 *liber.* Nec † poterit conueniri, aut conueniri non confecto legitimè inuentario vt dixi in *Prax. cap. 12. à n. 8. cum seqq.*
13 *fol. 298.* Verum † si administrauerit, valebunt gesta per eum, quia communiter reputabatur legitimè administrare, quę † communis reputatio
14 ius facit. *l. Barbarius de Offic. prat. Caputaq. decis. 23. p. 2. Viuius decis. 426. num. 24. Cancer. var. resol c. 2. n. 24. de Inuentar.*
15 Qui quidem terminus mēsium trium hæredibus datus intelligitur si bona hæreditaria essent præsentia, si verò essent absentia terminus iste erit vnius anni. ex *l. fin. §. fin. autem 1. & 2. & §. donec C. de Iur. delib. Alois. de Septim. super rit. 122.* vbi etiam *Petr. Rizzar.* sed quò ad bona præsentia omnino debet hæres illud incipere infra primos triginta dies, & finire infra alios sexaginta, vt supra dictum est, quo verò ad bona absentia sufficit quòd inuentarium perficiat infra annum, licet infra primos triginta dies illud non incepisset. tenet *Rizzar. super rit. 122. lit. C.* de communi testatur *Viuius in suo tract. comm. opin. 351. nu. 3.* tenet etiam *Rol. de Inuent. p. 3. & tom. 8. tract. fol. 174. vers. scitis. Porcell. de Inuen. qu. 3. nu. 10.* tamen docet *Gloss. in dicto § fin autem in verb. consumationem.* Quòd debet inchoari inuentarium secundū proportionem scilicet tertiam partem anni, etenim quo ad bona præsentia infra vnum mēsem ex tribus, sic hic quatuor de duodecim mensibus habet hæres ad inuentarium inchoandum. expresè tenent iuxta dictam *Glos. Velasc. decis. 52. nu. 9. Caphal. cauth. 224. & Mantic. decis. 189.* Igitur inuentarium quo ad bona præsentia inchoari debet infra triginta dies secundum magis communem opinionem, & intra tres menses perfici inchoationis mense computato. tenent etiam *Ias. in l. scimus in princ. nu 3. C. de Iur delib. Macerat. resol 8 nu. 18. lib. 2. de Mag. comm. opin. Dec. cons. 633. nu. 2. Gratian. discept for. cap. 711. nu. 2 & 3* Etiam, si non tota, sed maior pars hæreditatis sit in domicilio hæredis. *Guid. Pap. cons. 160. num. 6.* de communi *Rol. de Inuent. tract. 8. tom.* Voluit tamen *Ias. in l fin. n. 3. C. de Iur. deliber.* quòd sufficit si intra tres menses perficiatur; licet intra mensem non fuerit inchoatum. voluerunt hoc etiam *Bald. cōs. 343. n. 7. lib. 18. Guid. Pap. decis. 571. n. 2.* de Cōmuni, & Magis æqua *Rol. de*

Inuent.p.3.fol.55. & *ca.8.tract.* *fol.174.* & *consi.73.n.20.ibi.* humaniorem, & Communiorem, ac communiter practicatam opinionem testatur *Cephal.cons.327.n.23.* & *seq.*

16 Hic autem terminus currit à die adhitæ hæreditatis; dixerunt *Ang.de Inuent.num.15.* de Magis Communi dicit *Castr.cons.292.num.4.lib.2.Guid.Pap.decis.571, nu. 5.* de Magis Communi testatur etiã *Mant. de Inuent.cap.8 nu.3.Burs.cons. 96.num.2.* & *seq.Neuiz.cons.9. nu.14.* de Communi,& veriori *Velasc.decis.52.nu.2.* de Magis Communi *Bello. cons. 65. num.15.* de Magis Communi etiam *Gratian. discept. for.cap. 563.nu 28.* de Communi etiã testatur *Vtiuius comm opin.351. nu. 4.* & de Magis Communi, & receptiori *Virgil. de legitim. pers.cap.20.nu.49.*

Licet contrarium, nempe quòd à die scientiæ hæreditatis delatæ currat incipere, teneant *Specul.de Instrum.edit.§. fin.vbi DD.vers.huius autem Grat.cons.25. nu. 116. lib. 2.* & de Magis Communi dicit *Bero.qu. 62.* vbi distinguit *vt ibi.*

Primam verò opinionem, tanquam communem,& magis communem æquam, & in praxi receptam tenendo, ampliabis procedere etiam si tẽpus testator destinasset, adhuc tamen non curreret nisi adhibita hæreditate. *Phanuc.de Inuent.p.1.nu.33.*

17 Nec talis terminus à Iudice minui, aut prorogari poterit. *Ias.in l.fin.nu.3.C.de Iur.delib.* de Communi opinione testatur *Crass.de Inuent.qu.5.num.4.* de Magis Communi *Velasc. decis.52.nu.9.Virgil.de legitim. pers.cap.20.num 50.*

18 Ita vt † si perficiatur inter paucos dies post tres menses non iuuat. *Virgil.loco præcit.cap.20.nu.50.* vbi multos citat.

19 Sed si hæres malitiosè differret adire; tũc curreret à die scientiæ delatæ hæreditatis. *Neuiz.cons.9. nu. 14. Rol.cons. 73.nu.34.lib.2.de Communi dicit Crass.de Inuent.qu.5. num.1. Velasc.decis.52.nu.6.* etiam de communi *Bello.cons.68. nu. 1. Viu.commun.opin. 351.num.4. Gratian.discept for.cap.563.nu. 29 Virgil.de legit. pers. cap. 20. nu.49.vers.limitatur hæc opinio.*

20 Curritq; hoc tempus etiam personis priuiligiatis vt minoribus, mulieribus, rusticis, militibus, & similibus. probatur per *cap.rit.122.*& expresse dixerunt *Mangil. de Imput.qu. 132.nu.5.de Mag. Comm.in prax.recepta Bursat.cons.36.nu. 4 Vtiuius comm opin. 351.nu.2. Aloys.de Septimo,* & *Rizzar.super dicto cap.Rit.122.*

21 Sed possunt in integrum restitui *Maring. in pract. not. 314.p.1.Menoch.cõs.177.n.32.*

Guid.

*Guid.Pap.decis.*333. *Surd, cons.* 87.*& 95.*ex dicto *Rit.*122. & ibidicti *de Septimo*,& *Rizzar.*& per *tex.in l.fin.C.de Iur. delib.*& ibi *Alex.* & alij communiter Idem dicit *Phanuc. de Inuent. p.2.num.*73. licet contrarium teneat *Bello.cons.*6. 91 nu.4.

22 Etiam quòd hæres sit maior, quia restituitur ex clausula generali. *Thom. tract. Vario tract.*7.*tit.*24.*num.*2.*& 3.cum seqq.Virgil.de legit.pers.cap.*20.*n.*51. & vidi practicari in Curia Regia Prætoriana Panormitana,& in R. C. Ciuili Ciuitatis Saccæ , Agrigenti , & alibi quòd Iudex ipsarũ Curiarum virtute Cedulæ, ibi per eum receptæ, hæredibus restitutionem hanc concedit , & ita in causa propria , & clientum obtinui , ac etiam solet hanc restitutionem à Principe obtinere hęres, pro vt multoties pro clientibus obtinui. Vide infra *nu.*26.27.28.

23 Scias tamen hoc tempus currere à die quo inuentarius hæres conficere potuit, ita vt, si fuerit impeditus aliqua ex causa, tunc incipit currere à die amotionis impedimenti, vt defendit *Cancer. var. resol. cap.*2.*de Inuent n.*21.*cum seqq.*

24 qui in *num.*19. † limitat hoc non procedere si hæres curaret litem sibi moueri , vt sic tempus ei non curreret, quia tunc absque dubio ei tempus curreret. Censuit *Faber. in §. qui autem instit. de excus. tutor.*

25 Quia † procurata, & affectata procurantibus non prosunt, vt exemplificauit *Cancer. lib.*2. *var. resol. cap.*4.*num.*25.*& cap.*13.*nu.*45.

26 Scias etiã quòd ex rescripto Principis (non obstante tempore inuentarij elapso) hæres inuentarium facere poterit,& valet ac si in tempore factum fuisset. *Phanuc. de Inuent p.*2. *nu.*73. & refert decisum *Tomas in suo tract. var. tract.*7.*tit.*8. *de requisitis in confectione inuentarij c.*3.*nu.*35.*fol.*487. & ita pluries seruatum

27 fuisse vidi. Sed † non obstante rescripto Principis , dicto tempore elapso, hæres nõ euitat pœnas inuentarium non conficientis *Rol.de Inuent. p.*3. *fol.*59.*& tom.*8 *tract. fol* 175.

28 *vers. item omittendo.* Nisi † rescriptum à Principe foret impetratum, durante tempore à iure statuto, tunc enim prorogatio termini inuentarij faciẽdi subsistit. *Rol. dicto vers. item omittendo.* & *Phanuc. de inuent. p.*2.*num.*72. Ideo, si terminus elapsus fuerit, cauthela erit vt petatur fieri posse inuentariũ, non obstante lapsu triũ mentium via restitutionis in integrum , & omni alio meliori modo , & nomine , quia tunc rescriptum Principis concederetur via restitutionis in in-

te-

tegrum, & sic semper sine scrupulo inuentarium valeret, sine incursu pœnę inuentarij non confectionis, & sic practicatur.

29 Ad secundum, quæ nam sint solemnitates in cõfectione inuentarij de iure requisitæ? respondetur requisita in confectione inuentarij nonnulla esse, quæ videre poteris infra, & apud *Balthass. Tomasium in suo tract. var. tract. 7. tit. 8. per duodecim capitula. distributa, & de materia inuentarij ibid. tit. 16. 17. 18. 19. 20. ad finem dicti tract. 7. Iason* octo ponit requisita *in l. final. nu. 3.*

30 *ad nu. 5. C. de Iur. delib.* vbi † ait non omnes istas solemnitates hodie seruari, aliàs vix fieri posset inuentarium. *Rizzar. super rit. 122. lit. C. de Septimo ibidem* referunt nouem requiri ad conficiendum inuentarium, quæ tamen omnia de consuetudine non seruantur, & dictus *Rizz.* dicit sed tu serua consuetudinem Notariorum.

31 Sufficit † igitur inuentarium fieri secundum Notariorum consuetudinem loci, quo fit. per *not. à Bald. & Castr. dicta l. fin. in princ. C. de Iur. delib. Cumia super rit. ord. suo 27. nu. 10.*

32 In hac autem Ciuitate seruatur primò quòd inuentarium scribitur manu publici

33 notarij, quia † publicam exigit scripturam *Iaf. in l. scimus n. 3. & 4. C. de Iur. deliber. dictus Tomas. c. 7. num. 1. Mut. in consuet. Panor. cap. 50. nu. 62.*

34 Secundò quòd interueniat præsentia, & decretum Iudicis Regiæ Curiæ Ciuilis (licet olim sufficiebat præsentia Iudicis Idiotæ pro vt in actu emancipationis, & similium, fiebat, cuius iurisdictio ei sublata fuit de Ordine S. E. virtute literarum subuisione M. R. C. & concessa fuit priuatiuè dicto Iudici R. C. Ciuilis,) & ita passim seruatur. Decretum itaque Iudicis interuenire debet iuxta *Bald. cons. 383. in fin. lib. 1. & cons. 265. in fin. lib. 3. Ang. in l. 1. §. hac stipulatio col. 8. vers. de quarta si cui plusquam de leg. falcid. Socc. Iun. cons. 19. num. 14. lib. 3. Macerat. resol. 8. num. 9. & resol. 11. nu. 11. lib. 2.* licet *Cancer. de Inuent. cap. 2. nu. 109. & 231.* dicat Iudicis præsentiam non esse necessariam; vide infra sub *num. 44. vers. nec coram.*

35 Tertiò vt adsint duo testes, qui cognoscant hæredem, & defunctum *l. fin. C. de Iur. delib. Mut. in consuet. Panor. cap. 50. nu. 64.*

36 Quartò citatio trina, faciẽda creditoribus, & legatarijs, & cum sint incerti fit per publicum proclama, & solet fieri in loco vbi inchoatur inuentarium Iudice, tabellione,

&

& testibus præsentibus, sic etiam seruatur in Curia Prætoriana Panor. vt testatur *Maring. in sua pract. super rit. not.* 115. *nu.* 1. hoc quartum requisitum refert etiam *Mut. dicto cap.* 50. *n.* 57. *Consuet. Panor.* Et
37 tunc † tutor, creditor pupilli, si nō descripserit eius credita, dum conficit inuentarium illa amittit ratione adducta, per *Cancer. loc. cit.*

38 Quintò si creditores, aut legatarij non comparerent; in eorum locum comparere debent duo testes (vltra illos duos, qui cognoscunt hæredem.) (licet alij velint quòd
39 alij tres esse debeant.) Et possunt esse ijdem qui defunctum cognoscunt iuxta doctrinam *Natt. cons.* 332. *nu.* 5. & *Dec. cons.* 633. *nu.* 15.

40 Sextò hæres iurare debet, signando se per signum Sanctæ Crucis bona hæreditaria non occultare. *l. fin. C. de Iur. delib.*

41 Septimò vt fiat hærede præsente, & stipulante, seu eius legitimo procuratore. *Salijc. in l. scimus nu.* 12. *C. de Iur. delib.*

42 Octauò vt fiat coram duobus testibus, qui illud scribere viderint. *Ias. in l. fin. num.* 4. *vers. octauo C. de Iur. delib. Velasc. decis.* 52. *num.* 24. *Gratian. discept. for. cap.* 767. *nu.* 5.

43 Nonò denique requiritur hæredis subscriptio. *text. est in l. fin. C. de Iur. delib.* dixit etiam
44 *Natt. cons.* 214 *nu.* 12. Et † casu quo hæres scribere nesciet id tabellioni vni committitur *dicta l. fin. Guid. Pap. cons.* 129. *nu.* 1. *Thesaur. qu. for.* 10. *nu.* 14. *lib.* 1. Sic vidi in causa propria Panormi seruari, sed hic Agrigenti non seruatur, nec seruari testatur *Mut. in consuet. Panor. cap.* 5. *nu.* 63. Modo verò omnino requiritur, cum sit actus perpetuus, & sic subscribi debet, vt ex pragmatica nouissima Domini Ducis de l' Infantado disponitur. Olim non requirebatur, quia loco istius subscriptionis tutores iurabant, & hæredes de non occultando bona. *vt supra in* 6. *requisito.*

Nec coram Iudice vt plurimum omnia bona describi solent, sed tantùm inuentarium incipitur, & describuntur omnia iura, & actiones, & relinquitur spatium vt ibi reliqua describantur bona, inde infra terminum mensium trium, seu anni, & vt dictum est, perficitur per Notarium:
45 quiquidem † terminus esse potest decimum requisitum. licet *Rizzar. dicto c. ritus* 122. dicat hoc esse primum requisitum, quod nihil interest an sit primum, seu vltimum.

Beneficia autem huius inuentarij, legitimè tamen facti, (quod

(quod est tertium, quod videndum præposui) non nulla de iure concessa fuisse reperio.
46 Primum † est quòd hæres neç eius tutor durante tempore inuentarij côueniri possunt. *l. fin. §. donec C. de Iur. deliber. cap. ritus* 122. vbi *Mut. & alij scribentes Caualc. de tutor. cap. 1. num.* 109. *fol.* 69. *Cancer. var. resol. de inuentar. cap.* 2. *nu.* 159. *Virgil. de legitim. pers. cap.* 20. *nu.* 59. *vbi Cancerius* reprehendit *Boer. decis.* 53. *nu.* 7. tenentem dictum §. *donec.* habere locum quando quis de nouo conuenitur, secus si hæres conueniretur ad continuandum iudicium aliàs contra testatorem inceptum.

47 Hęres tamen durante tempore confectionis inuentarij benè potest hæreditarios debitores conuenire, vt notant *omnes in dicto § donec.* Quoniam aliàs sequeretur quod inductum in eius fauorem in odiũ retorqueretur. contra *text. in cap. quod ob gratiam de reg. Iur. in 6. l. quod fauore C. de legib.* & in terminis *Cancer. dicto cap.* 2. *num.* 164. *de Inuent.* dicit nec posse opponi de titulo *quod quisque iuris in alium statuerit, &c.* quia ibi not. *DD.* hoc procedere in illo qui impetrauit, hic autem hæres non impetrauit, sed lex sibi concessit in gratiam, quod egregie dicit declarare *Staphile de liter. gratia in clau s. de motu proprio vers. motus proprius quid operetur.*

48 Hoc tamen primum beneficium limitatur, Primò non procedere in reconuentionis iudicio: nam si hæres durante tempore inuentarij conueniret aliquem, benè per conuẽtum reconueniri poterit ex alia causa *Arg. in l.* 2. *§. sed si agant ff. de Iudic. Auth. consequẽter C. de sentent. Cancer. dict. cap.* 2. *de Inuent. nu.* 165.

49 Secundò limitatur in causa alimentorum, quia hæres infra tempus conficiendi inuentarium pro alimentis cogi potest (intelligo tamen alimenta debere esse futura) vt tenet *Virgil. de legit. pers. cap.* 20. *nu* 59. *vers. fallit tamen, & vers. seq. Intrigl. sing.* 131. *lib.* 2. *Surd de Alimen. tit.* 8. *priuil.* 11. *nu.* 3. qui dat rationem dicens,
50 † quia fames est acutissimus ensis & venter non patitur dilationem. *Phanut. in tract. de Inuent. part.* 4. *nu.* 8. *vt in simili casu dixi Arbor. præced. num.* 30. *Gsurb. decis* 4. *nu.* 45. *& seq.*

51 Tertiò limitatur in relictis ad pias causas, pro quibus hæres conuenitur etiam durante tempore inuentarij. *Virgil. de legit pers. cap.* 20. *nu.* 59. *vers. fallit tamen. Tiraq. de priuil. piæ caus.* 24. *priuil. Bald. in l. fin. §. donec C. de Iur. deliber Intrigl. sing.* 121. *lib.* 2. *Surd. de Alim. tit.* 8. *priuil.* 11. *nu.* 4.

Quar-

52 Quartò limitatur non procedere si hæres conueniretur actione reali, nimirum hypotecaria, quia tunc posset conueniri; si tamen actio hypotecaria non descéderet ex obligatione defuncti, aliàs si descenderet ex defuncti obligatione conueniri non posset, quia, licet hypotecaria sit actio in rem, verùm cum descendat ex contractu defuncti, & sic sit accessoria ad actionem personalem, sequitur eius naturam, & ideo vt actione personali non potest conueniri, dum est intra tempus inuentarij, sic nec hypotecaria, quæ est dictæ personalis accessoria. tenet *Cancer. var. res.c.2.de Inuen.n. 161.cũ seqq.*

53 Quintò limitatur in executione contractus Bullaris *vt infra nu.90.& seq.*

54 Sextò limitatur in comodato, vel in legato pro funere *Capp.Thol.decis.257.Vir.de leg. pers.c.20.n.59.vers.tertio fallit.*

55 Septimò fallit in restitutione malè ablatorum, vel vsurarum, quibus non restitutis affligitur pœnis defunctus. *dict. Virgil.loc. cit. vers. quarto fallit Viuius comm.opin.257. limit.4. vbi Virgil in vers.ibi seq.* limitat etiam si alios inquietat vt hæres, seu alios côuenit vt hęres, quę limitatio mihi nõ placet, nisi in casu recõuentionis; per ea quę dixi sup.*n.47.& 48.*

56 Octauò fallit pro soluendis medicinis *Virg.dic.c.20.n.59. ver.itẽ pro soluẽdis.Car.sin.246. Gal.in sua prax.nouis.c.7.n.16.*

57 Quæ quidem dilatio conceditur hæredibus non solùm pro legatis, sed etiam pro quocumque alio debito; quicquid dicant *Consal.Suar.cap.1.nu.4. cum seq. Guttier.de Iuram.confir. p.2.c.3.num.20.* quos sequitur *Giurb.in consuet.Messan. cap.9. Gloss.5.p.1.nu.6.* quos reprobat hanc defendens opinionem, *Virgil.de legit.pers.dict.cap. 20. num.59.vers.& licet cum vers. seq.* & de obseruantia testatur.

58 Secũdum erit beneficium quòd, si hæres inuentarium confecerit, non tenetur in bonis proprijs, nec de persona; pro vt teneretur si inuentariũ non confecerit; quo casu pro debito defuncti tenetur de proprio, & etiam carcerari poterit. *Cancer.dict.c.2.nu.89.& ex cap.Ritus 123. Regis Alfonsi* vbi sic disponitur *Item licet debitor defunctus fuerit obligatus de persona in contractu, tamen non potest fieri executio in personam hæredum: Nisi bona occultarentur, vel inuentarium non fuisset confectum per heredẽ, quo casu carcerabitur ex sui dolo.* Ex cuius Ritus dispositione videtur corrigi *tex. in l.si decesserit in princ. ff. qui satisdare cogan.* ibi *si defunctus sit obligatus in cõtractu de persona, nõ ta-*

mē fit executio in personā hæredū.

59 Vnde ex dicta ritus dispositione duos esse casus, quibus hæres de persona tenetur, & carcerari poterit, perspicitur, licet nō fuerit de persona obligatus, quando nimirum bona defuncti occultauerit per tex. in l. fin. §. licentia vers. illo videlicet C. de Iur. delib. vbi quod ad

60 duplum teneatur. Secundò † quando inuentarium non cōfecerit; iuxta text. in l. tutor qui repertoriū ff. de admin. tut. & Cumia super R. c. 123 sed ord. suo c.

61 28 n. 6. quærit an si † hæres fecerit inuentarium, sed nō apposuit oēs res, & res quæ non est in inuentario apposita non occultatur, sed exhibetur an procedat executio in bonis proprijs hæredis, vel carcerari possit? & respondet hanc quæstionem sibi cōtigisse, & fuisse determinatū quòd procedat executio, quia videtur in dolo hæres fuisse, nō ponēdo omnes res in inuētario, & sui dolo per dictū Ritū ibi in fine carcerari posse videtur. Sed contrariū ipse Cumia defendēbat, & dicit quòd exhibendo rē hæres non deberet cogi ad capiēdū sibi quindenam, quia res, quæ exhibetur, non videtur occultata, & statutū loquitur si bona occultarentur, dictusq; tex. in dict. l. fin. §. licentia C. de Iur. delib. dicit quòd si nō fuerit res apposita in inuentario hæres ad duplum teneatur, & hanc esse comm. opin. dicit Ias. ibid. n. 4. Hæc mihi videtur magis æqua opinio, quia dum, in pace, & de plano rem, in inuentario non descriptam, hæres exhibet, non videtur esse in dolo, nisi prius illam aut denegauerit, aut exhibere recusauerit, tunc absque dubio arguitur hoc dolo fecisse.

62 Hæc tamen doli præsumptio tollitur per protestationē in inuentario apponi solita, quod scilicet, si in posterum inuenerit res illas apponet in inuentario; quam protestationem refert Bald. in auth. sed cum testator num. 18. C. ad leg. falcid. & Surd decis. 222. nu. 14. Rizzar. super R. 122. lit. D. Aliam protestationem (similem in substantia) afferunt etiam de Septimo, & Cumia super dict. cap. 122. Ritus quòd scilicet si reperirentur aliqua bona non esse in eo apposita, protestatur illa haberi pro appositis, vel de nouo velle apponere, & si forte fuil ēt apposita, quę non debebant apponi, habeātur pro non appositis.

63 Quæ quidem clausula duo operatur. Primò liberat hæredē à pœna imposita per dictā l. fin. nēpe à duplo, secundo ab illa presumptione iuris, & de iure, de qua in l. fin. C. Arb. tut. nimirū si in inuentario scripsisset maiores res quàm in-

hæ-

hæreditate erant, sibi præiudicasset. Et *Bald. in auth. sed cum testator C. ad l. falcid.* subdit quòd etiam si non seruet protestationem prædictam, vt quia venerit in eius notitiam aliqua res, & illam in inuentario non apposuerit, quòd non amittit beneficium, nisi tantum circa illam rem; & sic dãdo rem liberatur. *Cumia loco pracit. cap. 28. num.* 8. 9. *&* 10. Denique *Bart. dicit in l.* 1. §. *item solet ff. de offic. Praefect. Vrb.* hanc protestationem sufficere vt à dolo excusetur, si tamen ignorauerit illam, rem esse in bonis, secus tamen si sciuerit. Verùm scias quód ignorantia semper regulariter præsumitur *cap. prajumitur de reg. Iur. in* 6. Sed aduerte quod prodest hæc clausula, nisi hæres scriuerit aliquid esse addendum, & non apposuerit, quia tunc non prodesset. *Surd. decis. 216. nu. 2. Milan. decis.* 1. *nu.* 170. *& seq lib.* 1. *Cumia Rit.* 27. *nu.* 13. Sed scientia, & dolus tutoris non obest pupillo. *Milan. dict. decis. 1. nu.* 189. *lib.* 1. quem sequitur *Intrigl. sing.* 35. *nu.* 5. *lib.* 2.

64 Tertium beneficium habetur ex dispositione *cap. ritus* 122. qui sic dictat. *Item si haredes debitoris vel fideiubsoris ad hiuerint hareditatem cum beneficio inuentarij, vel sint infra tempora, intra qua possint inuentarium conficere, vel post, beneficio restitutionis in integrum inuentarium conficiendo, dando bona defuncti, qua ad eos peruenerint, non procedit executio in bonis haredum.*

65 Per quod videtur à contrario sensu: quòd, si hæredes essent infra tempora inuentarij, & non darent bona defuncti, quæ ad eos peruenissent, procederet executio in bonis ipsorum hæredum. Sed veri-
66 tas † est in contrarium: nam capitulum dicti Ritus procedit hærede volente, secus si noluerit date bona defuncti, quia tunc etiam nec in bonis proprijs ipsius hæredis procederet executio, dum est infra tempus confectionis inuentarij, quoniam eo durante non potest à creditoribus molestari. vt dictum fuit *per text. in l. scimus §. donec C. de Iur. delib.* sic dictum *cap. Ritus Cumia intelligit ibid. num.* 3. *cum seqq.*
67 vbi assignat † rationem, quia Argumentum à contrario sẽsu, quoties resultat ad correctionem iuris antiqui, non subitur. & citat *Gloss. 2. in c. vnico de atat. & qualit. in* 6. & alios, quibus addo *Abb. in cons.* 75. *n. 2. vers. nec obstant lib. 1. Castr. cons.* 175. *Casus prasens num.* 3. *vers. responderi poterit lib.* 1. cũ alijs per *Barbos. tract. var. loc. comm. Argum. loc.* 27. *num.* 29. Imo hoc argumentum à contra-

trario ſenſu validum eſſet ſi
contrarium non eſſet in iure
expreſſum *l.2.C.de cõdit.inſert.*
c.cum virum.de regul. Mant.de
coniect.vltim. volunt. lib. 3. tit.
15.nu.13.& tit.17.nu. 1.& 7.
& de tacit. & Ambigu. conuent.
tom.1.lib.2.tit.14.Guttier. lib.3.
pract.qu.44.num.4. Surd. deciſ.
75.nu.7.& conſ.25.nu. 37. &
alij per dictum Barboſ. dict. loc.
68 *27.nu.5.* Sed † per *text.in l.fin.*
dicto §. donec C. de Iur. deliber.
contrarium diſponitur, nimi-
rum hæres, ſi reperitur infra
tempus confectionis inuenta-
rij, non poteſt conueniri. Er-
69 go, &c. Inſuper Argumentum
à contrario ſenſu non proce-
dit in diſpoſitione concepta
negatiuè; quia verba negatiua
ſemper negant, & nunquam
affirmant *Bald. in dicta l. 2.C.*
de condit.inſert.Facbin. cõtrouer.
lib.13.cap.8.Alex. conſ. 150. in
cauſa, & lite nu.20.verſ. verba
negatiua lib.5.Surd. de Alimen.
tit.6.qu.15.nu.7. & deciſ. 185.
nu.24.Barboſ.dicto loc.27. num.
25. vbi alios citat. Et tamen
per dictum *cap.122.* Ritus di-
ſpoſitio videtur concepta ne-
gatiuè ibi (*non procedit executio*
in bonis hæredum) Igitur à dic-
ta negatiua deduci nõ poteſt
argumentum affirmatiuè Id-
circo diſpoſitio dicti Ritus in-
telligi debet hærede volente,
& non aliter iuxta doctrinam
dicti *Cumia ibid.n. 3.* hanc di-
lationem refert *Carleual. de*
Iudic.lib.1.tit.3.diſp.9.nu.9.
70 Quartum eſt beneficium,
quia hæres poterit ſoluere cui-
cumq; primum venerit, etiam
creditori poſteriori. *Cancer.*
var.reſol.de Inuent.cap. 2. num.
145. nec poſſunt alij credito-
res, & legatarij ei obijcere,
quare ad ſatisfaciendum eis
non reſeruauerit bona, vel ſal-
tem cur non petierit cautio-
nem ab eis, quibus ſoluebat.
l.fin.§. & ſi præfatam C. de Iur.
71 *delib. vbi DD.* Niſi † hæres ſci-
uerit, & notitiam haberet de
creditoribus, qui tunc poſte-
rioribus primò petẽtibus ſol-
uere non poteſt, niſi recepta
ab eis ſatiſdatione de reſti-
tuendo prioribus creditori-
bus, qui venerint, aliàs eſſet in
dolo ſecundum communem
opinionem, quam ſequuntur.
Bart. Ang. Paul. & alij in dicto
§. & ſi præfatam Carac. deciſ.
109. nu. 49. & dicit hanc eſſe
meram veritatem alios repro-
bando, *Cancer, dicto cap. 2.num.*
146.& n.147. refert deciſum
72 ſed *num. 148.* limitat † hanc
concluſionem procedere vbi
hæres ſoluiſſet, vt hæres cum
beneficio inuentarij, ſecus ſi
de proprio, & non de hæredi-
tarijs pecunijs, licet cum iu-
rium ceſſione, quia tunc non
poſſet dictam ſolutionem op-
ponere creditoribus anterio-
ribus, vt notat in puncto. *Paul.*

de

de Castr in dict. l. fin. §. licentia in fine C. de Iur. delib. & Vinc de Franch. decis. 272. nu. 7. p. 2 nisi
73 solueret † ex causa funeris, quia tunc pro istis expensis preferrentur omnibus anterioribus, etiam doti. hoc etiam procedit pro expensis infirmitatis vltimæ. *l. legatum de Religio. & impens. funer. & l. in restituenda C. de petit. hared. Cancer. dicto cap. 2. de Inuentar. nu. 168.*

74 Quintum beneficium est, quia actiones non confundũtur *l. fin. §. in computatione C. de*
75 *Iur. deliber.* Ita vt † si creditor successerit debitori, & è conuerso (licet extinguatur actio *l. debitori C. de pactis l. vt debitum C. de hared. action. Galupp. in Prax. nouiss. p. 3. cap. 3. num. 5.*
76 *verf. item in creditore.*) tamen † hæres creditor poterit sibi creditum retinere, & alij creditoribus imputare *l. imponenda C. ad l. falcid. quam refert Cancer. dict. cap. 2. num. 166 & 167. & Galupp. loco prax. cit.*

77 Sed scias prædicta beneficia iuuare, nisi contrarium à testatore fuerit dispositum, quia testator suo hæredi confectionem inuentarij, eiusque beneficium prohibere potest. vt notat *Crau. cons. 174. per tot. Ferd. Vasq. de succes. crea. lib. 1. §. 10. nu. 68* qui multa allegat *Cancer. loc. cit. cap. 2. num. 235.* qui de communi testatur. Idẽ tenet *Surd. decis. 13.* vbi de communi Doctorum sententia de qua *in l. nemo de leg. 1.*

78 Ad quartum denique respondetur non nulla in iure, & per doctores reperiri notatu, ac scitu digna; precisè apud *Ang. de Inuentar. Cancer. dicto c. 2. eod. tit. Roland. eod. tit. Muta, & Cumia super rit. dicto c. 122. Phanuc. in suo tract. eod. de Inuentario. Mantic. in huiusmodi tractatu. scribentes super dicta l. fin. C. de Iur. delib. Didac. spinul. eod. tract. de Inuentario.*

79 Hic ego solum aliqua magis notanda, & practicabiliora referam. Primò igitur scias hæres cum beneficio inuentarij, si temerè litigauerit, non releuatur ab expensis, non obstante beneficio inuentarij. *Cancer. dicto cap. 2. nu 141.* vbi sic refert consuluisse, & aliàs decisum fuisse, tenet etiam *Bald. in cons. 73.*

80 Secundò tutor post quinquaginta dies censetur tutelam acceptasse *Canalc. de tutel. cap. 1. nu. 195 fol. 117.* vt alibi
81 dicam. Nec † satisfaciet inuentario si describerit fructus in hæreditate inuentos in libro rationum, non autem in ipso inuentario. *Cancer. var. resol. cap. 2. de Inuent. num. 230.*

82 Tertiò fiscus non conficiẽs inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias *l. 1. §. 1. de Iur. fisc.*

Quar-

83 Quartò nec Ecclesia si inuentarium non confecerit, quia nec teneretur vltra vires hæreditarias prout fiscus, cū
84 † Ecclesia dicatur fiscus spiritualis; tenet in terminis *Sperell.decis.121.num. 86.p.2.* latè *Bart.in l.1. in 4.qu. princ. C. de sacros.eccles. & in l. vlt. C. de Iur.delib. Abb. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ in prima lectura sub nu.13.vers. hoc procedit, & in 2.lectura nu. 18. de constitut. & in cap.fin. de solut. & in cons. 73. col. penul. vers. concluditur lib. 2. Felin. dicto cap. Ecclesia Sancta Maria nu. 66. vers. & ista latè.* quos sequitur idem *Sperell.decis.135.nu. 20.tom.2.* vbi reprobat sensum contrariorum relatorum *à Tiraq de priuil.pia caus. vers. adducit tamen*
85 † Et ratio est, quia dispositio iuris positiui fundata est in præsumptis fraudibus, quæ ratio cessat in Ecclesijs, alijsq; pijs locis. *Bald.in §.sancimus in Auth.de hæred.& falcid. n.125. Sperell.decis.163.num.6.tom.2.* vbi citat *Aret.* actestantem hanc esse crebriorem sententiam, ac in praxi seruari, & *Bald.* qui dicit hoc esse notatu dignum; tenet etiam *Galupp. in sua prax. nouiss. par. 3. cap. 3. nu. 3. vers. tertio ampliatur fol. 243.* sed quid in cessionario? vide ibidem per *Galupp.*
86 Sed hoc non procedit in Clericis, quia ipsi hoc non gaudent priuilegio, quo Ecclesia: Nisi conueniretur intuitu Ecclesiæ hæredis institutæ, si verò ex propria persona essent hæredes instituti, tunc, si non confecerint inuētarium, tenerentur etiam vltra vires hæreditarias; nam non reperiuntur in hoc specialiter priuilegiati. *l. fin. C. de Iur.delib.* benè per *Sperell.dicta decis.135.nu.21.tom.2.*
87 Quintò scias quòd pro exhibitione inuentarij ad instātiam creditoris; fit iniunctio hæredi, & tutori vt exhibeat. vt dixi in *prax. super Ritu in Ciuili.cap.12. num ...*
88 † sed, si fuerit facta iniunctio ad exhibendum, eo non exhibito infra terminum iniunctionis, tenerentur de persona, & in proprijs bonis *Intrigl. super Bull. qu.28.nu.9* & ita quotidiè practicari testatur, ac dum Iudex fui semper practicaui. Sed potest
89 † mora purgari, si non est factum ius actoris deterius. *Virgil.de legit.pers.c.20. nu. 57.*
90 Sextò scias quòd exceptio sum infra tempus conficiendi inuentarium non admictitur aduersus executionem contractus bullaris. *Conuers.ad Intrigl.super Bull.qu.20.vers. rursus circa finem* vbi videtur reprobare *Intrigl. prædictum in qu.54.n.10.* vbi intelligit contrarium nisi hæres conueniatur vt tertius; quia tunc non ob-

91 obstaret. Mihi autem videtur verior opinio dicti *de Conuers.* quicquid dicat *Intrigl.* cum quo videtur concurrere *Virgil. de legit. pers. cap. 20. num. 59. vers. praedictam conclusionem intellige.* Quia Bulla reijcit omnes exceptiones etiam prouenientes ex capite alterius statuti, maximè hęc cum sit moratoria per Bullam reijcitur: vt dixi *Arb. praeced. vers. sed an hac exceptio nu. 15. Graff. de except. except. 3. n. 31.* in terminis tenet *Mut. super consuet. Panor. cap. 50. nu. 35 fol. mihi 434.*

92 Septimò scias quòd, licet Sanctissimæ Trinitatis inuocationem fieri iustum sit, eius tamen omissio non vitiat inuentarium *Castr. in l. fin. §. cum igitur num. 6. C. de Iur. delib. Ias. nu. 4. in princ. de magis communi testatur Rol de Inuent. p. 3. Mut. super consuet. dict. cap. 50. n. 56.*

93 Octauò, & vltimo scias hàc exceptionem semper ab hærede opponi posse. *Bart. & Alex. in l. postulante nu. 4. ff. ad*

94 *Trebell.* Non † obstante pacto de non opponendo *Virgil. de legit. pers. cap. 20. num. 59. vers. dixi quod conclusio.*

95 † Etiam post sententiam, qua hæres condemnatus fuerit ad soluendum (licet *Surd. cons. 298. nu. 19.* dissentiat) tenet *Giurb. obser. 104. nu. 2.*

96 Vbi ait † quòd inuentarij beneficium illi prodest, qui confecit inuentarium, non singulis hæredibus, si plures sint.

97 Sed, si † hæreditas esset adeo tenua quòd plus impenderetur pro eius confectione quàm vtilitatis esset, tunc sine illo hæres illius beneficio gauderet ex adductis per *Gizzarell. decis. 54. Galupp. in sua prax. nouiss. par. 3. cap. 3. nu. 3. vers. secundo ampliatur.*

98 Imo † *Abbruzz. de modo proced. p. 2. cap. 1. num. 111.* dicit quòd stante pragmatica summariè de plano, sola facti veritate inspecta, hæres etiam si inuentarium non confecerit, non tenebitur vltra vires hæreditarias,

---

SVMMARIVM ARB. XVI.

DOS soluto matrimonio ad vxorem, & donatio propter nuptias ad virum regulariter redit nu. 1.

Distingue remissiuè nu. 2.

Vxori triplici in casu datur actio pro repetenda dote; primò per diuortium culpa mariti num. 3.

Secundò constante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam num. 4.

Sed fructus inseruire debent pro ma-

ARBOR XVI.

DE ANNO LVCTVS CONCESSO MARITO, Eiusque hæredibus ad restituendam dotem in mobilibus consistentem, soluto matrimonio, ad intellectum

l. vnica §. exactio C. de rei vx. act.

1 Dotem soluto matrimonio ad vxorem, donationem verò propter nuptias ad virum regulariter redire disponitur, tum de Iure Ciuili, tum de Iure Canonico. *l. in rebus C. de Iur. dot. l. dos à patre C. & l. 2. ff. sol. matr. & cap. fin. vers. sanè de donat. inter vir. &*
2 *vxor.* Admissa distinctione *Abb. in cap. donatio num. 10. de donat. inter vir. & vxor.*

3 Hinc est quòd vxori tripliciter in casu datur actio pro repetenda dote. Primò quando matrimonium per diuortium culpa mariti soluitur. *l. consensu 8. §. si vero C. de repud. & in c. plerumque 4. extra de donat. inter vir. & vxor.*

4 Secundò aliquando constante matrimonio, quando scilicet maritus vergit ad inopiam, & tunc vxor dotem exigere potest, quæ tamen seruari debet pro oneribus matrimonij, nempe vt ipsa cum marito, & liberis ex fructibus dotis alatur: non vt vxor eam constante matrimonio alienare possit, text. est in *l. Vbi autem 29. C. de Iur. dot. & per Abb. in cap. per vestras 7. num. 12. de donat. inter vir. & vxorem.*

5 Tertiò denique quando matrimonium soluitur per mortem viri, quo casu dos vxori per viri hæredes resti-
6 tuitur. *l. 2. ff. sol. matrim.* Sicut † per virum vxoris hæredibus, vel dotantibus, soluto matrimonio per mortem vxoris, regulariter restituēda erit. *Mut. super consuet. Panor. c. 47. nu. 49. cum seq. Cancer de dot. & donat. propt. nupt. resol. c. 9. n. 102. lib. 1.*

7 Verùm marito, eiusq; hæredibus ad dotem prędictam restituendam, quoad bona mobilia, annalis conceditur dilatio, licet immobilia statim restituenda veniant. per *text. in l. vnica §. exactio C. de rei vxor. actio.* Hocq; miserationis causa vt ait *Afflict. decis. 279. nu. 3. & Mut. super consuet. Pan. cap. 47. num. 50.* seu quia sic Principi placuit. vt concludit *Bart. in l. diuortio §. interdum col. 1. ff. solut. matrim.*

Dos

8 Dos itaque consistens in rebus mobilibus restitui debet post annum à tempore soluti matrimonij dicta *l. vnica* §.*exactio*, *& Castro in dicta l.diuortio* §.*interdum nu.* 5.*in fin. ff.sol.matrim.*

9 Si verò dos in rebus immobilibus consistat; statim venit restituenda dict. §. *exactio* quam cõmuniter approbatam opinionem esse dicit *Iaf. per Gloff. in dicta l. diuortio verb.facto ibid.n.*18. refert etiã *Graff.de except.excep.* 32. *nu.* 2. vbi dicit quòd, licet in contractu matrimoniali vir dotes sibi apportatas statim soluto matrimonio restituere se obligauerit, non poterit tamen conueniri, nisi elapso anno prædicto, quem nostrates vocant annum luctus, si dos ipsa consistit in pecunia, vel in bonis mobilibus. tenet etiam *Plot. de in litem iurando* §. 11. *nu.*23.*Graff.except.* 32. *num.*2. Cõtrarium tamen videtur tenere *Amat.resol* 49.*num.* 32.& hanc veriorem existimari opinionem testatur stante illa dictione (*statim.*)

10 Hoc tamen non procedit si vir prælegasset vxori dotes; sed isto casu vxor ipsa, etiam non expectato lapsu anni, ad recuperandam eius dotem ab hæredibus viri, etiam si habeat aliundè, vnde se alat, agere potest.*l.*1.*ff.de dot. praleg.* §.*sed si vxori* vbi not. Bart. *Gloff. & Aret.instit.de leg.Io:Ludou.Peruf. decif.*21.*nu.*3. *& seq. Fuscus in sing.lit.V.nu.*66.*Graff.dicta except.* 32.*num.* 7. qui dicit quòd isto casu mulier ipsa consequitur interesse dotis non restitutæ à die mortis viri, sicut in alio casu consequebatur à die lapsi anni luctus. §. *sed si vxori Instit.de leg.*§. *fuerat Inst. de action.& tot tit de dote praleg.*

11 & ratio † esse potest; quia, licet non videatur valere tale legatum, quando debitor legat creditori, quod ei debet. §. *si quis debitori* 13. *&* §.*ex contrario Instit.de leg. Iof. Ludou. in tract.comm.opin. tit. solut. matr. concl.* 2.*fallen.*2.*fol.*521. *tom* 3. Attamen propter commodum restitutionis valet legatum dotis.§ *sed,& si vxori* 15. *Instit.de legat.* Et dilatio legalis censetur sublata,& statim dos peti potest.*Cancer.var. resol. c.* 9.*de dot.& donat.propt.nupt.nu.* 99.*lib.*1.*fol.*213.

12 Secundò non procedit in eo, quod necessarium est ad expensas funeris, quæ fieri debent super bonis vxoris, nempe super dote; per ea quæ dixi *arbor.praced nu.*54.

13 Tertiò non procedit si maritus sit vir dolosus, iocator, & similis *Caualc.decis.*18, *nu.*28. *p.*1. *Muta super consuet. Panor. cap.*47.*nu.*54.

14 Alias limitationes affert

*Amat resol.*49.quas,ne alienos vendicarem labores, hic scribere prætermi, si ex te videre poteris apud eum, vbi doctè, & plenius materia pertractatur.

15 Quæ quidem dilatio non conceditur, nisi à parte petatur.iuxta *text. in l.* 1. *ibi postulanti dari debet. C. de dilation. l.* 2. *ibi si petantur C. vt intr. cert. temp. Becc.cons.*43.*nu.*27.*lib.*1. *Giurb. ad consuet. Messan. cap.* 13.*Gloss.*6.*nu.*30.

16 Et petenti,licet diuiti habili,& opulento, tamen negari non potest. iuxta communionem opinionem, de qua per *Amat.resol.*49.*nu.*22. *Bart.in l. diuortio §.interdum ff. sol. matr. Bald.& Salyc.in l.*1.*§.exactio C. de rei vxor.action.Ias. in §. fuerat num.*27.28 *Instit. de action.* vbi testatur de communi opinione.*Boer.cons.*50.*nu.* 18. *& seq. Viuius decis.*197.*nu.*21.*p.*1. *Graß.except.*32.*num.* 8. *Intrigl. sing.* 311. *lib.* 1. & ibi *Conuers.* Quicquid dicat *Caracc. decis.* 23.*num.* 24. *&* 40.dicens hoc beneficium non competere quoties hæreditas mariti esset opulenta; quia nostra opinio superius relata est cõmunior.

17 Imo, & fructus ipsorum mobilium efficiuntur absque aliquo dubio ipsorum hæredum, nec illos post anni dilationem cum bonis mobilibus restituere tenentur. *Gloss. & omnes communiter in dicta l. diuortio.Gloss. & ceteri omnes in dicto §.exactio.*

18 Quando autem vir,eiusque hæredes huiusmodi beneficium anni luctus gaudere volunt,satisdare tenentur de restituenda dote anno expleto. ex dicta *l. vnica §. cum autem,* & ibi *Gloss. in verb. cautione C. de rei vxor.action.Cancer. resol. cap.*9 *de dot. & donat.propt.nupt. nu.*102.*lib.*1.

19 Sed non tenentur talem præstare cautionẽ nisi à parte petatur.*Mastrill.decis.*251.*nu.* 18. *& seq.* vbi testatur decisum.*Afflict.decis.*279.*num.* 4. *Amat.resol.*49.*nu.*27.*Abbruzz. de seruit.person.comment.* 2. *nu.* 111.*&* 112.sed cautio iuratoria non sufficit dixit *Amat. loco pracit.*

20 Insuper casu, quo matrimonium separaretur per mortem viri, hæredes ipsius etiam extranei tenentur ipsam mulierem Viduam alere, si ipsa non habeat aliundè, vnde se alat ex redditibus aliorũ suorum bonorum, & ratio est, quia non tenetur vẽdere eius bona,nec consanguineos grauare pro se alimentanda *Gloss. Bald. Salyc. & Ang. in dicta l. vnica.§. exactio Thesaur. decis.* 43.*nu.*2.*lib.*2.*Ios.Ludouis.decis. Perus.*211.*n.*4.*Vinc. de Franchi decis.*489.*num.*1.*& seq. Graß. except.*32.*nu.*5. *Gloss.communiter*

per approbata in dicta l. diuortio in princ. quam dicit communẽ *Alex.ibid.col.1.* & ea æquiorem dixit *Abb conf. 39. lib. 2.* quamuis *Abb. ibi, & Castr. in dicta l. diuortio,* dubitent. ab hac opinione non esse recedendum consuluit *Ias.in dicta l.diuortio num. 18.* licet ipse in puncto iuris contrariam partem velit esse veriorem.

Si verò bona mobilia fructus darent vt in naui, equo, pecudibus,& similibus; tunc non consideratur an vxor habeat vnde se alat, sed omnino eam alere tenerentur, quia ex eis percipiunt fructus vt considerãt omnes; ait *Capic.decis.*
21 *24.nu.3.* Nec † possunt hæredes viri dicere ecce tibi tot pecunias pro alimentis, quas volumus, quòd computes in dotem (licet hoc dicere posse ait *Cyn.in dicto §.exactio,*& sequitur *Alex.in dict.l. diuortio.c. 8.vers.ex prædictis igitur.*) quia alimẽta præstari debent, semper salua substantia dotium. ob rationem, quam afferunt *Imol Aret.& Ias.relati per Capic.decis.24.num. 6.* Nimirum quia hæredes viri tenentur alere vxorem ob reuerentiam prioris matrimonij, & istud de reuerentia nihil esset, cum excomputare deberet vxor in dotem id,quod recipit.
22 Et casu, quo vxor infra annũ ad secundas nuptias transiret, hæredes prioris mariti nec tenerentur mobilia reddere intra annum, nec alimẽta præstare. docuerunt *Cyn. in l.fin.C.de rei vxor. actio. Ferrarien.in Pract. Papi. in forma libelli quo vxor agit ad dotẽ vers. ac etiam alimenta, & Ias.in §. fuerat num. 25.Instit. de action.* sed limita quatuor in casibus vt per *Amat.resol.49.nu.75.& seqq.*

23 Quorum opino non probatur, nec procedit si secundus maritus esset pauper, nec haberet bona vnde posset vxorem alere; quo casu vel debent hæredes vxori præstare alimenta, vel ei dotem restituere. *tract.comm.opin lib. §. de rei vxor.actio.nu.8.circa medium vol.1.fol.mihi 731.Amat. resol 49.nu.75.*

24 Idem est si vxor haberet patrem, quia nec hæredes ei dicere possent, alaris per patrem, licet esset diues,& teneret alere filios. per text. *in l. si quis à liberis §.si vel parens.ff.de liber ag. tenet Salyc. in dicto §. exactio.* sequitur *Alex. in dicta l.diuortio.in princ.7.col. quos sequitur Capic.dictu decis. 24. nu. 7.Amat.resol.49. num. 55. vbi alios citat.* Idem tenet *Torus in compend. decis. verb. alimenta nu.7.Graß.except.32.nu 3.*

25 Vxor verò petere non potest alimenta præterita, ita vt si durante anno prędicto non pe-

petierit huiusmodi alimenta, sed aliundè se alimentauerit, non potest amplius ea petere. *Alex in l.de alimentis C. de trāsact. Castro in l. diuortio ff. sol. matrim.Capic.decis.* 24. *num*.9.
26 *Graff.except*.32.*nu*.9.Et licet † *Bald.in dicta l.de alimentis.* teneat contrarium,tamen intelligendum esse secundū *Paul. de Castr.in dicta l.diuortio* dixit *Capic.dicta decis*.24.*n*.9. quando scilicet mulier interpellasset hæredes viri, & fuisset in mora,& propter hoc vxor ipsa pecuniam mutuo accepisset. dicit etiam *Amat.resol*. 49.*nu*. 65.*& seqq*. cum alijs tribus intelligentijs ibi per eum, & cum hac limitatione transijt *Alex.in dicta l.de alimentis vt testatur idem Capic.loc.cit.*
27 Minus vxor,dum alitur,tenetur stare in domo hæredum, sed alimenta separatim petere potest; & hæc est communis opinio, vt firmat *Ias. in dict. l. diuortio in princ. eamdem* tenet *Paul.de Castr in l.* 1.*C.de leg.Ang in l.cum hi.* § *fin ff. de transactio.Io.de Anan.cons*. 54. *visis his quæ in facto*.Vbi dicūt
28 † ita semper obseruari, etiam si mulier posset honestè viuere cum mariti hæredibus. refert,& sequitur *Capic.decis*.24. *num*.8.*& dicit Graff. in vol*. 1. *comm.opin.lib*. 5.*solut. matrim. num*.53.*tit*.12 *fol. mihi* 743.Si
29 tamen † hæredes mariti vellent restituere dotem consistentem in rebus mobilibus statim non expectato anno, hoc facere possent, cum illud tempus anni in fauorem mariti,eiusque hæredum sit concessum; quo casu releuantur, (siue velit, siue nolit mulier) ab onere eam alendi infra annum de *Franch.decis*. 489.*nu*. 23 vbi allegat *Capic. decis*.24. quos refert, & sequitur *Graß. dicta except*.32.*num*. 10. tenet etiam *Ios.Ludou.in tract comm. opin.tit.solut. matrimon. concl*.2. *vers.si autem to*.3 *fol*. 521. vbi de communi testatur. Quia
30 † huic beneficio maritus renunciare poterit. Et, casu quo in cōtractu matrimoniali pacto expresè renunciatū fuerit huic annali dilationi, maritus ea non gaudebit. *Amat. resol*.
31 49.*nu*.33.vbi dicit † hanc renunciationem contineri sub clausula generali de stilo in calce instrumentorum apponi solita in Regno nempe(*Renuncians, &c.*) quæ in céterario Regni extenditur ad omne legum auxilium, & dilationem anni luctus ex *Mastrill.decis*.252.*nu* 8.9.10.*lib*.3.
32 Post annum verò vxor alimenta petere non potest, est magis communis opinio; vt firmat *Alex. in l. diuortio ff. sol. matrim.& cons*.21.*incip.ex isto themate vol*.4.*& cons*.74.*incip. viso tit.& cons*.147. *perspectis*

in-

instrumentis vol. 5. eamdem dicit esse communem *Gram. decis. 103. num. 91. Amat. resol. 49 num. 84. & seqq.* Ratio est; quia ipsa habuit in sua potestate dotem suam petere. Vnde sibi imputet quòd tempestiue non petijt.

33 Prædicta tamen intellige non procedere, si, postquam mulier petijt dotem, hæredes in mora extiterunt; quia tunc interesse damni emergentis peti potest. *Amat. resol. 49. nu. 92. Thesaur. decis. 43. num. 3 & nu. 5.* tenent etiam *Ang. Io: de Imola Paul. & Alex. in dicta l. diuortio.* vbi hac ratione concordat opinionem *Cyn. in l. omnem C. de bon. mater. tenentis contrarium.* eamdem intelligentiam amplectitur, & eam esse communem opinionem dicit *Dec. in dicta l. diuortio.*

34 Prædicta procedunt etiam si nulla facta esset interpellatio de dote restituenda, ex quo dies ipsa à lege inducta interpellat pro homine, & æquè constituit in mora, sicut dies expressa. vt notat *Gloss. Imol. & DD. in l. si mora ff. sol. matrim.* hanc opinionem tenet *Alex. in cons. 172.* in causa, & lite vertente, *& in cons. 220.* perspectis narratis *vol. 6. Michael. Graff in tract. comm. opin. lib. 5. tit. 12 solut. matrim. n. 78. vers. intellige tamen tom. 1. fol. mihi 746. Castill. decis. 61. num. 22. Amat. resol. 49. nu. 93. Gramm. decis. 105. num. 95. Cumia super rit. 94. nu. 12.*

35 Quod interesse, his nostris temporibus, arbitrari potest ad rationem de quinque pro centenario; ex quo in Regno sic adest frequentia redditũ ad dictam rationem de quinque pro centenario, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, quã tetigi suprà *arb. 8. num. 4.* Quia mulier poterat ex dotibus nõ consecutis redditus emere. Propterea mulier petere potest elapso anno in libello dotem, & intesse lucri cessantis, vel damni emergentis; non autem alimenta, & vsuras dotales. vt ait *Amat. resol. 49. nu. 96.* vbi infinitos allegat; tenet etiam *Giurb. in consuet. Messan. cap. 15. Gloss. 15 nu. 39. Gratian. discept. for. cap. 243. num. 11. & seq. & discept. seu cap. 240. nu. 1. & à nu. 5. cum seqq.*

36 Dictaque interesse debentur Viduæ, etiam pro antifato post dictum annum luctus. *Thessaur. decis. 45. num. 3.* cuius opinionem in Regno possim seruari testatur *Amat. dicta resol. 49. nu. 99.* apud quem vide materiam, de qua plenè pertractat,

37 Casu itaque, quo maritus dotem restituere teneretur, cogi non posset, nisi deducto ne egeat, & in quantum facere potest, ratione reuerentiæ *l. ma-*

maritus cum l.seq.ff.sol.matrim.

38 † Quod priuilegium ad hæredes mariti non porrigitur, nisi sint filij eiusdem matrimonij. *l.etiam ff.solut. matrim. Cancer. var.resol.cap.9.de dot.& donat. propt.nupt.nu.103.lib.1.*

39 Competit etiam Socero dotanti, seu illam restituere obligato. *Giurb.obser.22.nu.1. & 18. per text. in l. sunt qui ff. de re Iudicat. Pasqual. vir. patr. pot.par.2.cap.9.nu.21. Surd. de Alimen.tit.1.qu.59.nu.12.15. qu.78.nu.14. Ludo. Perus. decis. 32. Teppat.in suo tract. titul.diuers.tit.de priuileg.in princip.tex. in l.penul ff.de Iur.dot.*

40 Idem procedit in fratre dotante, etiam ratione reuerentiæ. *Giurb.decis. 45.nu. 14. 15. Ias.in l sunt qui in id. nu.4. ff.de re Iudic.Thessaur.decis.119. nu.2.& decis.153.num.5.Surd. de Alimen.tit.1.qu.78.nu.6.*

41 Prodest etiam cuilibet dotanti, etiam extraneo. *text. est in l. si extraneus ff. de Iur. dot. Ias.in l.inter eos num.4 ff. de re Iudic.Surd.de Alimen.tit. 1.qu. 78.num. 15.* Sed, quia contrarium videtur dispositum per *text.in l.penul.ff de Iur.dot.& in l.Nesennius vbi Gloss. verb. in solidum ff. de re iud.* tu dictos textus conciliare poteris, quòd scilicet text.in dicta *l. si extraneus* hoc priuilegium concedit non ratione dotis; quia repugnaret text. *in dict. l. penul.* sed potius ratione donationis, ad *text.in l. extraneus*, ibi *ex libertate*.

42 Quod † generale est, non solùm in dotante, sed in alio quouis donante. vt docuit *Giurb.decis.45.num.10. & 11. Cutell de donat.tract. 1. disc. 3. part.6.nu.128. & decis. 30.nu. 15.tom.2.*

43 Habet etiam hoc priuilegium filius familias, qui cum patre se obligauerit effecto sui iuris *l.2 ff & C.quod cum eo.* de qua diffusiùs more suo pertractat *Giurb. decis. 42.43.44. 45.*

44 Clericus quoque hoc gaudet priuilegio, quòd scilicet teneatur deducto ne egeat. & in quantum facere potest. per *text. in cap. Odoardus de solut.* etiam in minoribus constitutus. *Genuen. in sua prax. Archiep. Curiæ Neap.cap.3.*

45 Limita tamen non procedere si clericus actione reali conueniatur. *Brun.de cessio. bonor.qu.3 nu.14.Genuen. loc. cit. cap.3.nu.9 & infra nu.52.*

46 Limita secundò in beneficiali grauato, qui dicto beneficio vti non potest contra eum, cui soluit pensionem, non enim equum est quòd dum beneficium ecclesiasticum detinet, exceptione dicti *cap.Odoardus*, vel alia iuuetur. *Genuen.loc.cit.cap.3.num 9.Couarr.var.resol.cap.1.nu.9. lib.2. fol. mihi 123.* vbi videtur tenere

nere hoc procedere quoties de fructibus beneficij pensio solui potest; aliter secus. secundum quam doctrinam videtur tenere *Gig. de Pension. q. 62. nu. 21. fol. 88.* & dictus *Genuen. in dicta prax. in add. ad cap. 3. vers. quod vero dicendum.* examinat dubium an pro debito pensionis competat beneficium dicti *cap. Odoardus.* & cõcludit distinguendo, aut scilicet iste debitor consentijt reseruationi pensionis per se, vel per procuratorem; & tunc cõtra pensionarium dicto beneficio se tueri non potest, aut pensio fuit per Papam reseruata sine consensu, etiam motu proprio, & tunc gaudet dicto beneficio. Primò itaque casu eo non gaudet; quia ob non solutionem pensionis incurritur pœna amissionis beneficij propter regressum, qui consueuit reseruari; at secundo casu, cum non videatur iniuria fieri pensionario, qui pẽsionem sine causa onerosa consecutus fuit, ideo obest ei dictum beneficium *cap. Odoardus.* idem videtur tenere *Mut. in cap. Reg. Alfon. c. 190. nu. 14. & super pragm tit. de cession bonor. extens. 1. num. 3. ad 6.* de materia *dicti cap. Odoardus.* vide dictum *Genuen. dict. c. 3. per tot. de Grass. ad constit. pragm. Comitis Cast. §. 40. à num. 8. ad finem*; quæ, cum non sit nostra materia, ad eos pro modo te remitto.

47 Hinc sciendum erit nonnullos esse casus, quibus hoc priuilegium haud suffragatur. Primò in marito ad secundas nuptias transiente, quia vir transiens ad secunda vota dicitur afficere iniuriam vxori. *Cancer. var. resol. cap. 9. de dot. & donat. propt. nupt. num. 114. lib. 1.*

48 Secundò aduersus executionem contractus bullaris, licet admictatur aduersus executionem alterius cuiuscũque instrumenti, etiam guarentigiati, statuto non obstante. Vbi semper dicitur (bullaris contractus executione excepta) quòd reijciantur oppositiones deducto ne egeat. sic semper M. R. C. pronunciare testatur. *Giurb. decis. 44. num. 5. & à n. 9 cum seqq. preciśe n. 12.* Imo *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 3. par. 6. nu. 128. vers. hanc exceptionem* dicit hanc exceptionem admicti etiam ante implementum executionis. ex *Mastrill. decis. 69. num. 11.* Ita ego obtinui in hac R. C. Ciuili de anno XI. Indit. in mense Septembris 1657. Idem tenet *Giurb. decis. 42. nu. 23.*

49 Tertiò limita in marito doloso. *text. in l. etiam §. 1. ff. solut. matrim. Surd. de Alimen. tit. 1. q.*
50 *78. num. 42.* Idem † de Socero doloso. tenet *Giurb. decis. 43.*

nu.4.& seq.per text.in l.penul.ff. de Iur.dot. tenet etiam *Surd.loc. cit.dicta qu.78.nu.45.*

51 Quartò limita si maritus conueniretur actione in rem; quia tunc conuenitur vt quilibet possessor, & ideo non habet maritus prędictum beneficium *l.si cum dotem.§ fin.ff.sol. matrimon.* tenent etiam *Bart. in l.maritum.in princ. ff. eodem. Cancer.var.resol.cap. 9. de dote, & donat.propt.nupt.n.105.lib.1.*

52 Et in † clerico conuento ratione reali eo nō gaudere. dixit *Genuen.in sua prax.Archiep. Neapol.cap.3.nu.9.* & tetigi supra *nu.45.*

53 Quintò limita in marito qui talis sit persona, quę possit operari, & opere suo victum quærere, secundum *Gloss. in l. si maritus ff. sol. matrim.* quam dicit singularem *Ama.de Cla. Aqui.sing.188.* & alijs, quos refert *Cancer.var.resol.cap.9 de dot & donat.prop.nupt.nu.104.*

54 *lib.1.* In † Notario, cui fuit hoc beneficium negatū testatur. *Fontanell.de pact. nuptial.clauf. 7.Gloss.3.p.11.num.42.*

55 In eo † qui habet officiū, quo se alat, tenet *Velasc.de priuil.paup.p.1. §.3, num, 150.* quem sequitur *Giurb.obser.22.nu.20.* vbi intelligunt hoc procedere si tamen officium illud sine dedecore administrare possit. In

56 Doctore † qui ex quæstu aduocationis potest viuere, & in dubio præsumi viuere posse tenent infrascripti patres. *Laderch.cons.3.n.3.* allegat *Mayn. in l.in omnibus nu.14. ff. de reg. Iur.* & ita in facti contingentia pro quodam doctore suo amico se practicasse refert *Cancer. dicto cap.9.num. 104. in fin. & melius nu. 117.* vbi quod non attenditur quòd possint ęgrotare, vt per *Borz.decis. 128.nu. 30.& 31.*

57 Verùm scias quæ dixi supra in quinta limitatione de eo, qui talis sit persona, quæ possit operari, & opere suo victum quærere; cui non competit hoc beneficium deducto ne egeat secundum *Gloss. in dicta l si maritus.* mihi non placere, quia contrariam opinionem communem, & æquiorem esse, ac in consulendo, & iudicando sequendam esse puto, & dico maritum, seu Socerum hoc gaudere beneficio, etiam si artem habeant, qua viuant, tenent etiam *Intrigl.conscient.cas.35. num. 68. Lambert.de Iure patronat. qu.1. art.3.num 5.Menoch.cons.321. n.26.Fontan.de pact.nupt.clauf. 7.Gloss.3.p.11.nu.42.95. Surd. de Aliment.tit.1.qu.78. nu. 14. 31.32.Cran.cons. 199. num. 9.* & alij non nulli per *Giurb.obser.22.n.9.* vbi hanc veriorem esse opinionem affirmat, & *nu.10.* rationem assignans dicit quia satis pauper dicitur

qui

qui suo opere victum quærere debet. per text. *in cap. quod super his de vot. ubi Abb. nu. 3. Barbos. in l. maritum nu. 10. ff. solut. matrim.* qui *Giurb. loc. cit.* egregiè hanc defendit opinionē, & contrarijs respondet.

58 Sextò limita si maritus cōueniretur ratione dotis putatiuę, nimirum in casu, quo non fuit matrimonium, non gaudet tali priuilegio. *Couarr. tit. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. nu. 26. Zasius in dicta l. maritum n. 14.*

59 *ff. sol. matrim.* Pro † vt nec habet anni dilationem; vt per *Gloss. in l. vnica. §. exactio C. de rei vxor. actio. & Couarr. vbi supra nu. 24.*

60 Septimò minus marito competeret hoc beneficium; si constante matrimonio pro dote conueniretur. *Gloss. in l. vbi adhuc C. de Iur. dot. Zasius in dict. l. maritum ff. sol. matrim.*

61 Non ob id † tamen maritum ad vxoris petitionem carcerari, aut detineri posse, subdit *Auendanyo. resp. 8. post. num. 8.* quem citat, & sequitur *Cancer. var. resol. cap. 9. de dot. & donat. propt. nupt. nu. 112. in fin. lib. 1.* Aliquas alias limitationes habes apud *Alex. in l. maritum, & l. si maritus ff. sol. matrim & Barbos. ac Zasium in dicta l. maritum.*

62 Sed an huic beneficio, seu priuilegio possit per maritū, & alios, quibus competit, renunciari? Et omissis hinc inde altercationibus, & diuersis diuersorum DD. opinionibus *Giurb.* distinguēti adhęreo: cū Doctori distinguenti standū sit, & in conflictu opinionum illa distinguentium amplectenda veniat. *Leon. resp. 1. nu. 53. post decis. 210 Ciarlin. contro. for. cap. 169. num. 24. Giurb. obser. 38. num. 6. Giurb.* igitur *in decis. 42. num. 9.* distinguit, aut agitur de priuilegio ex alia causa, vt contractus, vel societatis concesso; vt illud clerico *ex cap. Odoardus.* concessum, vel de alio concesso filio familias *ex l 2. ff. & C. quod cum eo. & de similibus.* Aut agitur de beneficio concesso causa reuerentiæ, vt est quòd marito in restitutione dotis, seu socero, fratribus, & alijs dotantibus, seu donantibus competit. Secundò casu huiusmodi beneficium renunciari non potest; in primò verò renunciatio procedit. *Gloss. in l. si conuenerit. & l. sunt qui ff. de re iud. Gloss. in l. eleganter vbi Bart. Barbos. nu. 1. 175. & in l. maritum n. 27 ff. sol. matrim. Surd. de Alimen. tit. 1. qu 78 num. 55. Mart. de Iurisd. part. 4. cent. 2. cas. 186. Thessaur. decis. 153. num. 13. & Baez. de Inop. deb. c. 15. n. 14.* dixit Ius reuerētiale nec renunciatione, quamuis iurata tolli, & in terminis quòd scilicet maritus, socer, &

similes huic priuilegio renunciare non possunt, tenent cum *Intrig.sing.90.lib.1.Giurb.obser.22.nu.16.Mastrill.decis.252.nu.1.& 2.*

Benè verùm quòd primò distinctionis casu, licet per generales renunciationes in instrumentis apponi solitas renunciatum censetur omni legum auxilio. *Milan.decis. 17.n.46.lib.2.* Et renuncians omni iuris, & legum auxilio, beneficio, seu priuilegio deducto ne egeat renunciasse censetur. *Rol.cons.13.nu. 19.vol.1. cons.17.nu.16.vol.4.& de lucro dotis qu.42.num.13.Bertaz. de Instrum.claus.40.Gloss. 6.nu.4.& alij per Giurb.decis.42.n.15.* Nihilominus contrarium his, & alijs non obstantibus, verius esse censuit. *Giurb. decis. prædict.42.n. 19.* Defenditque generalem renunciationem, etiam iuratam, non satis esse filiũ familias beneficio quòd cum eo (quod est idem quod deducto ne egeat. *Giurb. decis. 45.* circa princip.) priuare. *Vrsill.ad Affl.ct.decis.308. nu. 20. Teppat.lib.1.tit.quod cum eo col. 2.in fin.in tract. variar. titul.de Franch. in decis. 181.* Sed specialis, & expressa requiritur renunciatio beneficij deducto ne egeat. Imo specialissima. *Roman.cons.269.n.3.Ruin. cons.98.nu.22.vol.1.*

In clerico, qui beneficio *cap. Odoardus de solut.* nempe deducto ne egeat, etiam si cũ iuramento generaliter renũciasset, ei non obesset renunciatio ipsa, etiam iurata, nisi specificè de eo dictũ sit. *Ferr. cons.254.nu.14.Macerat. var. resol.lib.1.resol. 40. sub num. 5. Guttier. de Iur.confir.p.1. cap.17. num.14.& 35.quos sequitur, & refert Giurb.dicta decis.42.n.21.*

Imo verius esse clausulam (renuncians omni iuris, & legũ auxilio) deducto ne egeat priuilegium non comprehendere, nec ex ea ei renunciatũ esse cẽsetur aduersus Rol. defendit *Corbul. tit. ob non solut. can.limit.41.nu.3. Amat. decis. 16.n.50.* defenditque quoque *Giurb.decis.42.nu.22. ad finem.*

63 Et pro coronide præsentis Arb. sciendum superest quomodo fiat hæc deductio in fauorem mariti ne egeat? Respondeo quòd omnes communiter resoluunt marito relinquendum esse id, quod necessarium est, ne egeat, attenta dignitate, & qualitate suæ personæ. *l.si maritus in id ff sol. matrim. l. nepos proculo iunct. Gloss. in verb. dignitate de verb. signif.* & optimus est *textus in l. sed, & si quid 19. §. sufficienter ff. de vsufr.* Vbi habetur quòd, quoties quis est alendus, & vestiendus, intelligitur habito respectu ad qualitatem personæ, quod generale esset in quo-

quolibet, cui prędictum competit beneficium. Ita vt relinquendum sit marito non id, quod homines eiusdem conditionis solent consumere in alendis se, & famulis; sed id, quod indiget attenta qualitate personarum similium, paupertate oppressarum. *Barbos. in l. maritum num. 5. ante finem ff. sol. matrim.* qui ait esse de mente text. in *l. inter eos 19. §. fin. ff. de re iud.* quoniam hoc (deducto ne egeat) intelligi non debet attenta prima dignitate eius, qui nunc deuenit ad paupertatem, nam, si priùs habebat plures famulos, & equos, non debet nunc tantum relinqui, vt possit eos habere; sed debet se contentari minori numero Iudicis arbitrio. *Gutiérr. de Iuram. confirm. p. 3. cap. 15. nu. 8.* sequitur *Cancer. Var. resol. cap. 9. num. 108. de dot. & donat. propt. nupt. lib. 1.*

SVMMARIVM ARB. XVII.

Tutela officium est virile num. 1.
Fœminæ à tutela sunt exclusæ nu. 2. limita ibid.
Amplia nu. 3. & 4.
Limita in matre, & auia nu. 5. & quare ibid.
Mater, & auia præferuntur in tutela legitimis, & datiuis num. 6.
Exceptis testamentarijs nu. 7.
Mater, & auia debent fideiussionem præstare, sicut, & datiui num. 8.
Mater, & auia possunt tutelam recusare nu. 9.
Quia tutrices sunt voluntariæ, non necessariæ nu. 10.
Nec excusationem præponere tenentur nu. 11. & quare ibid.
Mater in tutela præfertur auo, & auiæ num. 12.
Etiam auiæ paternæ nu. 13.
Idem, & auo paterno nu. 14.
Ac auo materno nu. 15.
Auus in tutela præfertur auiæ num. 16.
Pater præfertur auiæ maternæ, vel paternæ nu. 17.
Mater excluditur à tutela filiorum; si luxuriosa esset nu. 18.
Secundò, si fuerit in notabili mora, tunc ei præfertur datiuus nu. 19 & mora dicitur si steterit per quatuor menses, & non petierit se ad tutelam admitti nu. 20. & 23.
Nisi ex iusta causa detineatur num. 21.
Dicta mora operatur plusquàm expressa renunciatio num. 22.
Tertiò excluditur si secùndò nupserit nu. 23.
Amplia etiam contrarium testatore disponente nu. 24.

Limi-

AR-

ARBOR XVII.

DE ANNO MATRI DATO AD PETENDVM Tutorem filijs, tutorem non habentibus; ad intellectum l.2.§.si mater ff.ad Tertull.& Instit.eod.§.penul.

1 Indubitati iuris est tutelæ officium virile esse *l.tutela ff.de tutelis*. Cùm id munus sit
2 masculorum, fœminis † omnino exclusis, nisi à Principe tutelam specialiter eæ postulent.*l.fœmina ff.de tutel.* sicque à tutela fœminę sunt exclusę, ita vt nulla sit testatoris vel Iudicis dispositio, qua fœmina suis filijs tutrix constituatur.
3 *Bero.qu* 67. Etiam † quòd sit testatoris soror. *Surd. cons.*
4 418.Aut † nouerca *Bero.dicta qu.67.nu.2.*
5 Solum matrem, & Auiam tutricẽ esse permićtitur. *auth. matri, & Auia C. quand. mul. tutel.offic.fung.pot.* Hocque non successionis iure, sed pietatis intuitu.§. *quia vero in auth. vt sine prohib. mat. deb. vel cred. Teppat.tract. titul. variorum.in tit.quand.mul.tutel.off.fung.pot. Guttier.de tutel.p.1. cap. 20.nu.*
6 11.Et † præferuntur alijs tum legitimis, tum datiuis.*l. matris pietas C.qui pet. tut. l. si pater C. quand.mul. tutel. offic. fung. pot.*
7 Exceptis † tamen testamentarijs, quibus non præfertur.*l. scire oportet* §.*sed & si quis ff.de tutor.& cur.dat.ab his.* Sed de-
8 bet † fideiubsionem prestare, sicut alij tutores tenentur. in specie tenet *Alber.de Ros.in dict.auth.matri, & Auia col.2. Azo.in sum. C. quand.mul.tutel. offic.fung.pot.*
9 Si verò nollet tutelæ munus recipere; posset eam recusare: nec inuita cogitur.*Peregr. de Iur.fisc.lib.2.tit.8.nu. 1.* Vo-
10 luntaria † enim, non necessaria dicitur, & si testamento tutrix sit instituta.*Bart. in l. si quis sub conditione nu.14.ff.de testam.Affl.decis.75.n. 2.Canc. var.resol.cap.7.de tutor.nu.70.*
11 *lib.1.* Adeo † quòd excusationem proponere non tenetur, satisue ei erit dicere se tutricem esse nolle.*Cost. de Ration. Rat.qu.57.n.10.Cancer, loc.cit.* Quoniam tutores, & curatores iure immunes à tutelis existentes, nec munus iniunctum agnoscere, nec excusationem proponere coguntur. *l.Seia agressa ff.de tutor. & cur. dat.ab his.l.scire oportet* §. *penul. ff.de excusat.tut.Alex. in add.ad*

Bart.

Bart. in l. quinquaginta lit. A. C. de excusat. tut.

12 Imo mater Auo, & Auiæ præfertur, quia in ordine prior est constituta. d. auth. matri, & Auiæ vbi *Gloss. in verb.* secun-
13 dum ordinem. † Etiam quòd sit Auia paterna mater præfertur. *Affl. decis. 281.* vbi refert decisum. *Giurb obser. 23. nu. 4. vers. ipsaque mater.* Præfertur
14 † etiam Auo paterno. secundum *Capic. decis. 56. Bart. in l. 11. nu. 10. ff. de testam. tut. Guttier. de tutel. p. 1. cap. 8. num. 15. Barbos. in dicta auth. matri, & Auiæ num. 16. Pont. decis. 20.* qui loquitur in baliatu *Gabriel. cons. 20. & cons. 27. n. 14. Mut. super consuet. Panor. cap. 50. nu.*
15 *10. Amat. resol. 24. nu. 3.* Vbi † quòd mater præferatur Auo materno nullum dubium esse dicit. ex *Gabriel. dict. cons. 27. num. 13.* etiam Auo paterno præferri dicit *Lun. in cons. ... n. 1. in addit.* quando non habet pupillum in potestate.

16 Sed Auus præfertur Auiæ. *Bart in l. si quis sub conditione n. 19. ff. de testam. tut. Honded. in*
17 *cons. 88. nu. 1. Et † Barbos. in l. 1. num. 3. C. vbi pupill. educ. deb.* resoluit Patrem Auiæ paternæ, vel maternæ præferri. Idē tenet *Giurb. obser. 23. num. 5. in fine.*

18 Sed aliquibus ex causis mater à tutela filiorum excluditur. Primò si mater luxuriosa esset, tunc tutrix esse desinit. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 151. num. 6. Bart. in l. 11. nu. 26. ff. de testam. tut.*

19 Secundò si mater fuerit in notabili mora, tunc ei præfertur datiuus. *Bart. in dict. Auth. matri, & Auia n. 17.* & alij per *Amat. resol. 24. num. 5. & 6.* vbi
20 *in nu. 7.* refert † moram dici, si mater steterit per quatuor menses, & non petierit sed ad tutelam admicti. *Bart. dict. nu.*
21 *17.* Nisi ex aliqua † iusta causa detineatur. *Ang. dict. Auth. matri, & Auiæ. Dec. cons. 16. Surd. decis. 106. num. 16. 24. & in cons. 159. num. 21.* ait hanc moram operari plusquam ex-
22 pressa renunciatio. Et licet † *Bald. in auth. Presbyteros. C. de Episc. & cler.* dicat matri non præcludi vnquam viam, vt ad filiorum tutelam admictatur, tamen reijcitur per *Canalc. Guttier. & Moroc. vt refert. Amat. resol. 24. nu. 8.*

23 Tertiò si mater renupserit, repellitur à tutela. *Guid. Pap. qu. 539. Guttier. de tut. p. 1. cap. 9. num. 4. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 88. nu. 1. Cancer. var. resol. de tutor. cap. 7. nu. 64. p. 1. per text in §. quia vero in Auth. vt sine prohib. mat. deb. & cred. tut. & in Auth. sacramentum C. quand. mul. tut. off. fung. pot.* Etiā
24 † contrarium testatore disponente. *Mut. super cōsuet. Panor.*
25 *cap. 50. nu. 21.* Nisi † ex Principis

cipis

cipis particulari dispensatione contrarium prouisum fuerit, vt nimirum, mater ad secundas transiens nuptias, tutelam retineat. *Amat. resol.* 24. *nu.* 13. vbi multos citat. idem tenent *Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *cas.* 151. *nu. fin. Teppat. in tract. titul. varior. in tit. quand. mul. tut. off. fung. pot. col. fin. vers.* 3.

26 Quod † extenditur etiam si contraxerit sponsalia per verba de præsenti, quo casu etiã

27 definit esse tutrix. Sed, si † pœniteret, & à sponsalibus recederet, posset purgare moram, & tutelam recuperare, vel ad eam admitti non delatam, rè integra, quam veriorẽ, æquiorem, & magis communem in consulendo, & iudicando dicit *Salyc. in auth. sacramentum col.* 2. *sub. num* 3. *vers. istud mibi C. quand. mul. tut. offic. fung. pot. Mut. in consuet. Panor. cap.* 50. *nu.* 9. *Amat. resol.* 24. *n.* 16. *cum*

28 *seqq.* Res † autem non dicitur amplius integra si mater spõsalibus contractis, vel testans se nubere, alius tutor cum effectu pupillo datus fuisset, eo enim casu per matrem mutato consilio, si non nubat, tutelam non recuperabit; ex multis per *Amat dicta resol.* 24 *nu.* 11 *&* 17.

29 Quartò denique, si mater tutelam expresse renunciauerit, non poterit amplius ad tutelam admitti. *Mut. in consuet. Panor. cap.* 50. *num.* 25. *& Amat. dict. resol.* 24. *num.* 25. *& num.* 26. *&* 27. declarat hoc procedere si de renunciatione plenè constet, & in actis scriptam fuisse pateat.

30 Desinente itaque matre præfertur Auia superstes. *Barthol. in leg.* 11. *ff. de testament. tut.*

31 Hinc sciendum erit matrem succedere filijs, & in eorum hæreditate præferri auo paterno, seu materno. *Paris. in add. ad Bart. in auth. matri, & Auia lit. A. & lit. C. vbi citat Barbat cons.* 11. *lib.* 4. *Bart. cons.* 11. *lib.* 3. idem tenet *Surd. decis.* 206. *num.* 14 *& cons.* 428. *num.* 2, *Honded. cons.* 88. *nu.* 13.

32 *lib.* 1. Sed, si † conuolauerit ad secundas nuptias, & filijs tutorem non habentibus tutorem infra annum non petierit (etiam in viduitate existens) à successione illorum, si impuberes decesserint, priuabitur. *l.* 2. *§. si mater ff. ad Tertul. & §. penul. Instit. tit. eod. Baron. de citat. in add. ad qu.* 38. *nu.* 41. *tom* 2. Si verò pubefacti decesserint; non priuabitur. *l. matres C. de tutor. Cancer. var. resol. cap.* 7. *de tutor. n.* 43. *lib.* 1. *& Baron. loc. pracit.*

33 Et scias quòd non sufficit quòd ipsa de facto vt tutrix illorum administret, (quando intendit se admitti ad filiorum tutelam) quoniam legitimè

timè administrare debet faciendo sibi decerni tutelam. not. *Paul. de Castr. in l. omnem C. ad Tertull. & in l. cum oportet §. fin. C. de bon. quæ liber. Gloß. in l. 2. §. si mater verb. nec legitime ff. ad Tertull. & Cancer. var. resol. cap. 7. de tutor. nu. 43.* rationem assignando dicit quia non satis consulitur pupillo cum non possit actiones mouere, & alia exercere, quæ posset, si esset decretata tutrix. iuxta text. *in l. qui in aliena §. quamquam ff. de neg. gest.* Et à † de-
34 claratione quam facit Iudex priuando matrem à successione filij datur appellatio *Ruginell. de appell. tit. quib. in caus. appell. liceat vel non c. 3. n. 961. vers. si declaratum fol. mihi 143.*

35 Posset tamen mater pluribus ex causis excusari à negligentia non petendi filijs tutorem. Primò stante nouendio luctus quod nouendium facit non currere tempus ad tutorem filijs petendum; Ita vt, si plures eius consanguinei in áno decesserint, posset habere excusationem plurium mensium, vt dixi supra *arb. 14. num. 21. & 22. ex Bart. in l. fin. §. donec C. de Iur. deliber.* Qui in *auth. sed neque ante C. de sepul. viol.* testatur per dictam auth. se defendisse quamdam mulieré, quæ prohibebatur filio succedere, ex quo ei tutorem non petijt.

36 Secundò excusatur si esset mater rustica, & non potuisset consulere peritiores in loco. *Greg. Lopez p. 6. tit. 16. lib. 12. num. 5.*

37 Tertiò si mater esset minor, licet infra annum efficeretur maior Secundum communiorem sententiam, de qua per *Gloss. in l. 1. C. vbi restit. in integ. non est necess.* notant *Ludouic. sing. 224. Maran. in repet. l. is potest nu 219. & 237. ff. de acquir. hared.* vbi fusè tractat hanc conclusionem cum suis ampliationibus, & limitationibus à *nu. 219. ad num. 252. Gratian. decis. 177.* vbi latissimè, & affert multas ampliationes, & limitationes pro vt etiam *Ant. Gabr. de tutel. concl. 1. lib. 6.*

38 Scias tamen caute Doctor, & intellige quæ dixi supra *in nu. 27. & 28.* super purgatione moræ ibi me loquutum fuisse de mora petendi se admicti ad tutelam elapsis quatuor mensibus ob sponsalia contracta per verba de præsenti, quòd, scilicet si recederet à sponsalibus, posset moram purgare, re integra, & tutelam recuperare; vt ibi dixi. Quæ non procedunt in mora petendi tutorem filijs ob elapsum annum matri datum ad eum petendum,

quia

quia anno elapso purgationi moræ locus non est. *Bart. in l. 2. §. confestit per illum text. ff. ad Tertull. Saly in l. sciant num. 7. & 8. C. de legit. hæred. Aret. in §. penul. Instit. de sen. com. Tertull. Ant. Gabr. tit. de tutel. concl. 1. quos refert, & sequitur Cancer. var. resol. de tutor. cap. 7. nu. 56. lib. 1.*

39 Et hoc in casu in datione tutoris ob moram, & negligentiam matris non requiritur citatio ipsius matris. *Gabr. Port. & Borell. citati per Baron. de Citat. qu. 17. num. 98. tom. 1.*

40 Et † *Amat. resol. 24. à num. 22. cum seqq.* Vbi dicit sufficere quòd in iudicio narretur quòd ad dationem alterius tutoris deuenitur stante matris mora eiusque negligentia, & quòd mater siue alius legitimus tutor scierit alium petere tutelam quoniam patiẽtia, & sciẽtia eis nocent: & quòd Iudici liqueat matrem fuisse negligentem in assumenda tutela, vel faciendo prouideri de tutore. dicit etiam *Baron. de citat. tom. 2. in add. ad dict. qu. 17. nu. 93. vers. adde eumdem.*

41 Si verò filius moriretur impubes, sed infra annum datum matri ad petendum ei tutorem, mater ipsa non priuaretur successione dicti eius filij, quia non dicitur in mora. *Alex. in l. si decesserit col. fin. ff. qui satisd. cogan. Ang. cons. 166. col. fin. Bald. cons. 288. vol. 1. cons. 288. vol. 2. & cons. 279. vol. 3. & Baron. de citat. in add. ad qu. 45. nu. 92. tom. 2.*

42 Qui † in nu. 93. limitat nisi infra annum citata fuerit ad petendum tutorem filio periclitanti, quia tunc, etiam si intra annum moriretur, priuabitur mater eius hæreditate. *ex Bald. in l. precibus col. 6. vers. item dixi confestim C. de impub. & alijs subst. & in l. matres C. ad Tertull.*

43 Exclusa igitur matre ab hæreditate, & successione filij ob negligentiam petendi ei tutorem infra annum, censetur etiam exclusa à legitima. Secundum veriorem sententiam; de qua testatur *Cancer. var. resol. de tutor. cap. 7. nu. 54. & 55. lib. 1.* de communi etiã attestantur *Mart. vot. 23. Moro. in cons. 82. nu. 1 & 2.*

44 Prædicta cuncta procedũt, & extenduntur ad Auiam, & hodie in vniuersum ad omnes, qui ad impuberum successionem aspirant, siue ab intestato siue iure pupillaris substitutionis *l. sciant cum ibi not. C. de legi. hæred.* Nec distinguẽdum erit siue quis vocetur ad successionem iure communi, siue iure municipali *Soccin. Iun. cons. 16. vol. 2. Surd. decis. 48. nu. 5. Cancer. var. resol. dict. cap. 7. nu. 60.*

45 Inter † quos omnes annus non datur, nec datus censetur omnibus simul,

sed gradatim ; nempe astri-ctiori in gradu ; ita vt annus datus primo in gradu ad petendum tutorem non excludat subsequentes ; & in hoc nullum dubitari testatur *Cancer.loc.pracit.cap.7.num.61.de tutor.* Non enim dicitur negligens patruus eo quòd non petijt tutorem dari nepoti, matre existente, quæ eum præcedit. *l.2.§.fin.ff.ad Tertull. Gloss. in l. nepotibus C.qui pet.tutor.* Et donec mater potest tutelam assumere, patruo onus hoc non incumbebat. *Bart. clarè in l.2. in fin. ff. qui pet. tutor.* perbellè hanc defendit opinioné *Surd. decis.48.nu.6.* Etiam si mater à successione filij sit à statuto exclusa, quia tutela non defertur iure successionis, sed pietatis, vt dictum est supra, ex text. *in l.matris pietas C.qui pet. tutor. §.quia vero in auth. vt sine prohib. matr.* defendit *Surd. dicta decis.48.nu.10.*

46 Elapso autem anno, per quem primus excluditur, alter sequens in gradu per lapsum alterius anni nec excluditur, nisi prius mortuo priori in gradu, quia sequens annus non currit in præiudicium sequentis in gradu, sed priori in gradu mortuo incipit currere annus sequenti. Ita communiter teneri dicit *Paris.cōs.84. lib.2.Mant.cons.198. Bald. in l.pracibus vers. si autem mater esset.* citati à *Cancer. de tutor. var.resol.cap.7.nu.60. & n.61*

47 dicit quòd † vel aliàs ob negligentiam prioris præcedat sententia declaratoria priuationis, vt tenet etiā *Surd. decis. 48.in fine,* & dictus *Cancer. loc.*

48 *pracit.num.62.* dicit † quòd de Auia est dubium vtrum ipsi, & matri simul currat annus. Sed quicquid dicat *Greg. Lopez p.6.tit.16.lib.12 post nu. 4.*

49 contrarium † tamen tenet dictus *Cancer. loc.pracit.* dicens quòd, sicut mater præfertur auiæ in tutela, sic, & in petitione tutoris, nisi matre exclusa, auia non sit in mora. expressè tenet de *Castr. cons.29. num.4.vol.2.* de materia vide apud *Amat.resol.24. Giurb.obser.23. & Mut. super consuet. Panor.cap.50.Bart.in dict.auth. matri, & Auia. & Boer. decis. 266.*

50 Vnum tamen pro coronide huius termini, seu Arboris sciri oportet nempe quòd, si mater conuolauerit ad secūdas nuptias non petito tutore filijs suis, nec reddita ratione tutelę per eam administratæ, mariti bona obligata sunt. *l. si mater C.ex quib.caus.pignor.tacit.Barbos.in l.matres num.6.C. quand.mul.tut.offic.fung.potest. Guttier.de tutel.p.1.c.9.nu. 26. Montan.de tutel.cap.38. n.6.8. Giurb.obser.23.n.7.Soccin. cons. 126.sub num.3. vol. 1.Anchar. cons.*

conf.316.in princ. Ant. Gabriel. lib.1.conclus.tit.de secundis nuptijs concl.9.num. 4. Intrigl.sing. 65.lib.2.

SVMMARIVM ARB. XVIII.

LEX cogit inuitum ad subeundum onus publicum num.1.
Et aliquibus ex causis excusat. num.2.& 5.
Tutela est munus publicum authoritate, & priuatum vtilitate nu.3.
Tutor inuitus datur nu.4.
Sepem ex causis quis à tutela excusatur nu.6.& qua nu.seqq.
Primo filij tres Romæ, quatuor in Italia, & quinque in Prouincijs á tutela excusant.nu.7.
Et quare ibid.
Secundò excusatur à tutela ob administrationem rerum fisci num.8.
Vt sunt tributorũ exactores ibib. & quare ibid.
Tertiò ob absentiam causa Reipublica nu.9.
Amplia etiam à tutela suscepta, durante tamen absentia; & interim datur curator. nu. 10.
Et si abesse desierit habet annum vt se excuset à tutela nu. 11.
Limita in tutela suscepta nu.12.
Quartò excusat potestas cum dignitate à tutela suscipienda, sed non à suscepta nu. 13.
Quintò lis magna, quã tutor habet cum pupillo, secus si modica num.14.
Hodie debitor, nec creditor pupilli eius tutor esse potest num. 15.
Limita in matre nu.16.
Limita etiam in testamentarijs num.17.
Sextò multitudo tutelarum, nempe tres tutelæ excusãt à quarta num.18.
Septimò paupertas tutoris n. 19.
Quare ibid.
Octauò infirmitas, & qua n.20.
Nonò literarum imperitia, nisi tutor sit negotiorum expertus num.21.
Extende in eo qui fideiubsorem non habet.nu.22.
Decimò inimicitia inter patrem, & tutorem dummodo quòd sit capitalis nu.23.
Vndecimò quæstio status nu.24.
Duodecimò minores 25. annis de iure communi, sed de iure Regni 18.annis nu.25.
Sic, & maiores 70.annis nu.26.
Decimó tertio militia, & est de maioribus causis nu.27.
Quod locum habet in militibus nostri temporis ibid.
Et etiam quoad tutelam susceptam nu.28.
Et in Sacerdote nu.29.
Qui volens tantùm vnam legitimam suscipere potest ibid.

De-

dare non potest num. 58.
Sed debet à Iudice cõfirmari ibid.
Tutor datus à patre filio naturali debet à Iudice confirmari, ac etiam tutor datus ab extraneo nu. 59.
Tutela datio non valet, non facta in testamento, aut in codicillo testamento confirmato num. 60.
Tutoris datio vt valeat sex copulatiuè requiruntur, & quæ sint nu. 61.
Tutela quando ipso iure non tenet non habet locum excusatio num. 62.
Mater, & Auia non indigent excusatione nu. 63.
Appellatio non datur à datione tutelæ nu. 64.
Appellatio datur à sententia, excusationem non admittente, num. 65.
Etiam quoad suspensiuum n. 66.
Sententia in causa excusationis à tutela est diffinitiua nu. 67.
Tutor, si in causa excusationis à tutela succubuerit, tenebitur ex illo die, ex quo debuit gerere num. 68.

ARBOR XVIII.

DE TERMINO AD PRÆPONENDAM Excusationem à tutela, & ad eam obtinendam ad intellectum l. scire. §. quinquaginta ff de excusat. tut. l. quinquaginta ff eod. l. quinquaginta C. eod. tit. l. scire §. aliud ff. eod. & Instit. eod. tit. § qui autem iuncto §. sequenti.

1 LEX, sanctio sancta cum sit, munera respicit publica, sed particularium interesse non despicit. Quare ad illa subeunda, licet inuitos cogat, ac neminem ab eis immunem faciat. *l. nullum, & l. vacuatis C. de decurio. lib. 10.*
2 Aliquos † tamen aliquibus ex causis excusari permictit. Ea
3 propter † tutela, licet munus sit publicum authoritate, & priuatũ vtilitate. *in princ. Instit. de excusat. tutor. Azon. in summa rubr. de excusat. tutor. sub nu. 5.*
4 Et † ad id subeundum quisque inuitus cogatur. *Alex. cons. 26. nu. 7. vol. 3. Aret. §. Idem n. 4. Instit. de excus. tutor. & dixi supra Arbor. 15. nu. 2.* nihilominus

5 nus † particularium interesse respiciens tutelæ munere quemlibet multis ex causis excusat.

6 Septem vltra decem Iustinianus Imperator excusationis causas assignat *Instit. tot. tit. de excusat. tutor.*

7 Quarum prima est ratione liberorum, tres nimirum Romæ, quatuor in Italia, & quinque in prouincijs excusationem præstant. *Instit. in princ. de excusat. tut. l. 1. C. qui numer. liber. se excus. & l. fin. C. de ijs qui num. liber. lib.* 10. Occupatio enim circa tuédos, regendosque proprios filios, hoc meretur priuilegium. *Oinot. super Instit. in princ. de excusat. tutor.*

8 Secunda est rerum fisci administratio, qua, per durante, quis ab onere tutelæ excusatur. *§. item diuus Instit. eod. & l. administrantes ff. eod.* Vt sunt tributorum exactores *l. exactores C. eod.* ne dum rebus pupilli inuigilant, fiscus lædatur, aut dum fiscum indemnem seruare volunt, iura, & res pupillorum negligantur, & diminuantur. *Aldobr. in dicto §. item diuus.*

9 Tertia absentia causa Reipublicæ *l. 1. C. si tutor. vel cur.*

10 *reipubl. caus. absfuer.* Et hoc † procedit etiam in tutela suscepta, & interim pupillo datur curator, qui, reuerso tutore, desinit esse curator. *l. non solum in princ. ff de excus. tutor. & §. item ij qui Inst. eod. tit.* Sed

11 † si abesse desierit, annum, vt à tutela se excuset, habet dicto §. item ij qui. dicta *l. non solum in principio. & l. fin. C. si tut. vel cur. reipubl. caus. absfuer.*

12 Per quem † à noua tutela vacare potest, susceptæ verò tutelę munus statim iterum suscipere cogitur anno non expectato. *dict. §. Item ij qui, vbi Oinot.*

13 Quarta est potestas cum dignitate, vt sunt Magistratus, Consules, Prætores. *l. non solum §. sanè. & l. administrantes in princ. & l. athlete § remittuntur ff. de excusat. tutor. § & qui potestatem Instit. eod. tit.* Qui à tutela suscipienda, licet secus à suscepta excusantur. *dict. l. non solum §. sanè, & dicto §. & qui potestatem.*

14 Quinta lis magna, quam tutor habet cum pupillo, vel minore de omnibus fortè bonis, vel maiori parte bonorum tutorem excusat. Secus verò si modica sit lis in quantitate *Instit. de excusat. tutor. §. item propter litem, & l. propter litem ff. eod. l. sicut allegas C. eod.* Ho-

15 die † tamen de iure authenticorum debitor, & creditor pupilli, eius tutor esse non potest. *Auth. minores C. qui dar. tutor poss.* Excepta † matre, cu-

16 ius debitum à tutela filij eam non excusat. *l. inusitatam C. de* ex-

17 *excusat. tutor.* Ac † testamentarijs qui etiam debitores, aut creditores esse possũt. *In princ. Instit. de satisd. tut. & infra nu. 52.*

18 Sexta multitudo tutelarũ excusationem præstat, tria nempe onera tutelarum excusant à quarta tutela quamdiu administrantur. *l. tria onera ff. de excus. tutor. & §. item tria Instit. eod. l. vnica C. qui numer. tutel.*

19 Septima. Paupertas à tutelæ munere excusat. *Instit. §. sed & propter de excus. tut & l. paupertas ff. eod.* Ratio esse potest, quia vtile esse nequit pupillo tutorem habere pauperem, qui vel negligenter, vel non fideliter res pupilli propter inopiam administraret. Sed quomodo probetur hoc in casu paupertas vide apud *Gloss. & Port. in dicto §. sed & propter* Vide *infra nu. 22.*

20 Octaua infirmitas, luminibus nempe mente captus, surdus, mutus furiosus, perpetua valitudine tentus, tutelæ vel curæ excusationem habent. *l. vnic. C. qui morb. se excus. §. item propter aduersam Instit. de excus. tut.*

21 Nona literarum imperitia excusationem præstat à tutela, & ne vel ipse vel pupillus lædatur, lex eum potius excusare voluit, nisi sit negotiorũ expertus. *Oinot. super Instit. §. similiter. de excusat. tut. per illum textum de Alber. sing. 53.*

22 Extende in eo pro quo nemo fideiubere vellet, qui tunc excusabitur, maxime si non haberet bona. *Caual. de tutor. nu. 191. fol. 116.*

23 Decima inimicitia inter patrem, & tutorem, dummodo quod sit capitalis, & non dum reconciliata excusationem prebet. *§. si propter inimicitias Instit. de excus. tut.*

24 Vndecima quæstio status, nempe is, quem pater aliquãdo contendit suum esse seruum, excusatur à tutela; eodẽ modo si tutor pupillo vel eius patri quæstionem status mouit. *§. item is, qui status Instit. eod. l. athletę. §. amplius ff. eod. tit. de excusat. tutor.*

25 Duodecima ratione ætatis, minores enim 25. annis de iure communi, (sed in Regno 18. annis per constit. Regni minorum iura) nec volentes tutores esse possunt, qui excusatione non indigent, & si essent testamentarij expectaretur donec maiores fiant. *§. furiosus Instit. qui testam. tut. dari*

26 *poss.* Sicut † & maiores septuaginta annis, qui etiam à tutela excusantur. *l. vnic. C. qui ætat. se excus. l. 2. ff. de excus. tut. & §. itẽ maior. Instit. eod. tit. l. 3. ff. de Iur. immun. Teppat. in tract. titul. diuer. titul. de excus. tut. col. vlt. vers. fin.*

27 Decima tertia militia excusationem præstat à tutela, ne à militia distrahatur. *l. sed & milites ff. de excus. tut. §. idem, & in milite Instit. eod. & l. militiæ. C. qui dar. tut. poss.* Hæc autem causa est de maioribus, quæ in iure dentur ad excusandos tutores à tutelarũ munere, nec dubitandum est in militibus nostri temporis non procedere, cum etiam in eis exemptio prædicta extendatur. *Mastrill decis. 76. nu. 9. Castill. decis. 105. nu. 12. & 13.* & infiniti alij per *Amat. resol. 46.*

28 *nu. 4.* Quæ † etiam locum habent quoad tutelam iam susceptam, non tantum suscipiendam de iure communi, & ex Instructionibus Militaribus. *Mastrill. decis. 76. Amat. r sol. 46. nu. 11.* sicque obtinui, & alias vocaui in Ciuitate Nari, & iuxta meum votum determinatum fuit.

29 Hoc atque procedit in Sacerdote qui est miles militiæ Cælestis *l. generaliter. & ibi DD. & auth. Presbyteros C. de Epis. & cler.* Vide etiam *Giurb. obser. 23. nu. 11.* vbi multos citat Doctores, & dicit quod nec si velint Sacerdotes tutelam datiuam vel testamentariam suscipere possunt, sed tantum legitimam si velint, nec cogi possunt ab Ecclesiastico Iudice, neque plures legitimas, sed tantum vnam suscipere possunt volentes. & reprobat *Menoch. cons. 1218. à num. 1. ad 12.* omnem tutelam in sacris cõstitutis permictentem, quod falsum esse *dictus Giurb.* testatur.

30 Decima quarta ratione professionis vt sunt Doctores legum, Medici, & similes qui quomodo, & quando excusentur ab onere tutelæ vide apud *Gloss. & DD. in §. item Romæ Instit. de excusat. tut.*

31 Decima quinta qui tutelã pupilli gessit inuitus non cogitur eiusdem esse curator. *l. Curator C. de excusat. tut. & §. qui tutelam Instit eod.*

32 Decima sexta maritus à cura vxoris suscipiẽda, & susceptа excusationẽ habet, imo nec volens curator vxoris esse potest. *l. maritus C qui tut. dar poss. §. idem rescripserunt. Instit. de excusat. tut.*

33 Decima septima, & vltima causa, quam Imperator disposuit pro excusatione à munere tutelæ, est absentia bonorũ à prouincia tutoris. Nam tutor vel curator ab administratione eorum quæ in aliena prouincia vltra centesimum lapidem sita sunt, excusatur. *l. non solum §. & qui testamento ff. de excus. tut.* Centum autem lapides sunt centum millia passuũ vt perbellè declarat *Oinot. super Instit. §. datus autem de excusat. tutor.*

Tu

34 Tu adde decimam octauam causam, quæ à tutela excusationem præstat, si tutor post dationem vellet mutare domicilium, quia tunc excusatur à tutela *Alber. in l. Incola nu. 2. ff. ad Municip. Intrigl. cons. 30. nu. 42.* Sed vide text. in *dicta l. incola 2.* qui videtur contrarium disponere, & considera etiam *text. in l. domicilium ff. eod. tit. ad municip.*

35 Quando autem tutor legitimè à munere tutelæ se excusare vellet. Multa debet facere. Primò quòd compareat coram Iudice, & excusationem proponat infra terminum 50. dierum à die cognitionis, in quo quis cognouit se datum tutorem, & in Regno seruatur quod si est datus à Iudice, ei trasmictitur consimilis Cedulæ tutellaris. vt dixi in *Praxi circa mod. proced. super Rit. in Ciuil. cap. 5. num.* Si verò datus fuerit in testamento aut consanguinei pupillorum tutori notificare faciunt, vel ex officio per Iudicem ne interim bona pupillorum dissipentur à quo die currunt dicti 50. dies, vel quando tutores fuissent in testamenti confectione præsentes, quia tunc iam sciunt se tutores fuisse electos. Si tamen cognitionem non haberent ei curreret hic terminus à die cognitionis *l. scire §. quinquaginta ff. de excusat. tut. l. quinquaginta ff. eod. tit. & l. quinquaginta C. eod. tit.* Et hoc si esset tutor in Ciuitate vbi habitat, vel intra centesimum lapidem, qui verò esset vltra centesimum lapidem pro singulis viginti lapidibus, scilicet viginti millibus passuum, singulos habet dies, quibus triginta dies adijciuntur *§. qui autem iuncto §. seq. Instit. de excus. tut. & l. scire §. aliud ff. eod.*

36 Hinc est quòd tutori duo dantur tempora de iure ad se excusandum à munere tutelæ, Primum erit quinquaginta dierum ad proponendam excusationem vt supra dictum est. Alterum ad prosequendam, & probandam excusationem, & ad obtinendum sententiam dictæ excusationis: & hoc est quatuor mensium. Quòd quidem tempus

37 † continuum erit, & continuis diebus feriatis, & non feriatis curret. *dict. l. quinquaginta ff. de*

38 *excus. tutor.* (licet † in alijs muneribus causæ cognitio intra duos menses finiri debeat. *l. 2. C. de tempor. appell.* ne Respublica damno afficiatur. *Cyn. in l. hi qui C. de appellat*)

39 Sed si per tutorem non remansisset quia daretur sententia super excusatione sua intra dictos quatuor menses cōtinuos, sed stetisset propter moram sui aduersarij, qui ei con-

contradicebat, adhuc poterit sententiam obtinere, etiam quatuor elapsis mẽsibus. *Gloss. prima in l. quinquaginta ff. de excusat. tutor. & l. si cum ipse ff. eod. tit.* Vbi hoc etiam si facto Iudicis procederet, disponitur. Et currunt hi quatuor mẽses à die scientiæ, licet in textu dicatur à die nominationis. *Gloss.* enim subaudiendum esse dicit à die nominationis, nempe, à die scientiæ. *Gloss. in dict. l. quinquaginta verb. ex die nominationis C. de excusat. tutor.* vbi etiam eam sequendo dicit *Bart.*

Et hoc est secundum quod tutor facere debet in excusatione à munere tutelæ.

40 Tertium est, quòd si habet plures causas excusationem præstantes, non sufficit quòd vnam tantùm proponat infra 50. dies, sed omnes in termino proponere tenetur: quia si vnã proponat, & in ea probanda deficiet, elapsis inde dictis 50. diebus amplius non audietur, nec alias excusationis causas proponere poterit, nisi adhuc sit infra dictos 50. dies; & casu quo omnes simul in termino proponet, etiam si in aliqua defecerit, & succubuerit, & alias probauerit, obtinebit. Sufficit enim de multis vnam cum effectu legitimè probare. *l. propter litem. 24. §. qui se vult. ff. de excus. tut. & Aldobr. ac Oinot. in §. qui autem. iuncto §. seq. Instit. eod.*

41 Propterea si elapsi sint dicti quinquaginta dies, & tutor excusationem non proposuerit, amplius se excusare non poterit, quia tutela presumitur acceptata iuribus prædictis, & tenet etiam *Caual. de tutore nu. 159. Abb. in cons. 90. num. 2. & bene per Ruginell. de appellat. §. 4. cap. 2. quæ null. ven. substat. num. 2. fol. 165.* Verùm teneo, quòd iusta ex causa poterit excusari, & excusationem proponere etiam elapsis dictis 50. diebus, via restitutionis in integrum per ea quæ dicit, *Gloss. in l. quinquaginta in verb. ex die nominationis. & Gloss. in l. scire oportet ff. de excus. tut.* Iustam autem causam esse censeo infirmitatem, absentiam, carcerationem, & similes, quę sunt impeditiuæ ne comparere posset ad excusationem proponendam, pro vt dicimus

42 † de temporibus appellationis, quæ legitimè impeditis non currunt. *per Rit. cap. 173. & ibi Cumia num. 56. cum seq. iuxta text. in l. Præses C. de app.*

43 Quartò debet curare tutor vt eius excusatio causa cognita admittatur, & propterea debet citari Cõtutor vel Cõcurator quando tutor vel curator à tutela vel cura se velit excusare: ijsque non existentibus debet dari curator ad litem

tem pupillo, cum quo iudicium excusationis fiat aliàs erit nullum tanquam factum cōtra minorem indefensum, sic etiam, & sententia nulla erit ipso iure multi citati per *Baron. de Citat. qu. 17. in fine nu. 1. quibus addo Caual. de tutore num. 191. fol. 116. Alex. ad Bart. in add. ad l. 1. C. de excus. tut. Teppat. tract. titul. diuers. tit. de excusat. tutor. col. 1. vers. quādo aliqui lib. 2.*

44 Qua propter etiam si per sententiam tutor excusatus fuerit, sed nulliter, & pupillo indefenso, cum sententia sit ipso iure nulla, periculum administrationis ex eo tempore, quo eatus, & constitutus est, ad eum pertinebit, pro vt si sententiam obtinuisset, sed falsa ex causa, quia nempe ausus fuit falsis excusationibus hoc etiam casu ad eum spectaret periculum tutelæ eiusque administrationis. per *text. in l. 1. & tot. tit. C. si tut. vel cur. fals. alleg. excus. sit. & §. fin. Instit. de excusat. tut.*

45 Quintò debet excusationem proponere ante susceptam tutelam, nam si illam tutor acceptauerit amplius se excusare nō posset, quia quod semel placuit amplius displicere non potest. *c. quod semel de reg. Iur. in 6.* & in terminis dicit *Caualc. de tutor. nu. 193. fol. 117. l. pen. C. si tut. vel cur. fals. alleg. excus. Teppat. loc. præcit. col. 2. vers. habens priuilegium.*

46 Et casu quo tutor in excusatione succubuerit, tenebitur ex illo die ex quo debuit gerere. *l. 2. 1. ff. de adminis. vel pericul. tut. & infra hic nu. 68.*

47 Sunt, & aliqui casus quibus tutor excusationem præponere nō tenetur. Primus est quādo datio tutelæ vel curæ ipso iure non tenet; vt quia qui dedit dare non potuit, pro vt tutor datus à matre, vel auia, vel ab extraneo ante confirmationē Iudicis. *l. mater. & Gloss. in verb. solet C. de testam. tut. l. 1. & Gloss. C. de confirm. tut. l. si patronus cum l. seq. ff. de confirm. tut. & Salyc. in dict. l. mater.* quem Vide.

48 Vt sunt etiam tutores dati ab in competente Iudice; Iudex autem competens quis sit in iure controuersum est, precise si haberet pupillus plures Iudices communiter distinguitur. teste *Oinot. super Instit. de Attell. tut. §. non autem sub nu. 5.* Aut scilicet pupillus habet domicilium, & bona in eadē prouincia (nempe in eodem territorio,) & non est dubium quin Iudex illius loci det illi tutorem. *l. vnic. C. vbi pet. tut. l. 1. in fine ff. de Attell tut.* Aut habet in vno loco domicilium tantum, & in alio bona, & tūc Iudex originis, seu domicilij potest dare tutorem, qui res etiam

etiam in alia prouincia sitas administrare debet. Secundum sententiam *Azon.* quam *Bart.in dict.l. vnic.* dicit esse veriorem. Et ratio est, quia tutor principaliter datur personæ, & secundario rebus. Ideo Iudex personæ rectè dat tutorem, cuius authoritas extenditur ad bona pupilli etiam alibi sita, poterit tamen tutor ab administratione illorum se excusare, & tunc Iudex illius prouinciæ, vbi bona existunt de tutore altero prouidebit. *not.Bart. Cyn. & alij in dicta l. vnica, & Fab. super Instit. in princ. de Attel.tut.num. 3.*

49 Dixi quòd tutor datur principaliter personæ. Ergo si pupillus esset clericus an ei tutorem det Iudex Ecclesiasticus eius personæ competēs, an laicus? Pulcra est quæstio, & practicabilis. *Stephan. Aufrer.in tract.de potest. seculari in Ecclesiasticos reg. 2.fall. 28. & seq.Bald.vero in l.generaliter C. de Episc.& cler.* dicit quod tam Ecclesiasticus quam Iudex laicus dabunt tutorem clerico, quem declarat *Mart. de Iurisdit cas.110.num. 9.* & dicit quod Iudex Ecclesiasticus nominet tutorem laicum pupillo clerico, sed Iudex laicus illum tutorem cogat ad suscipiendam tutelam ad requisitionem Iudicis Ecclesiastici vt declarat etiam *Aret. in §. sed hoc iure nu.9.vers. & aduerte Instit. de Attel. tut.* Sed ipse *Mart.loc præcit.n.6.* dicit quod Iudex laicus non dat tutorem pupillo clerico quia tutela est vis, & potestas in capite libero, &c. *Instit de tutel.in princ. & l.1. ff.eod.* & talem potestatem laicus in clericum habere nō potest vt *not.in c. Ecclesia Sancta Maria.& in cap. fin. de reb. Eccl.non alien. Abb. in cap. at si clerici de Iudic.* & hanc opinionem tenet *Gloss in cap. fin. de Iudic.lib.6.in vers. eiusdem, & ibi Anchar.in 6.not.*

Sed an curator ad litem clerico detur à Iudice Ecclesiastico an à seculari dic aut clericus minor litiget coram Iudice Ecclesiastico, & iste dat curatorem ad litem, an litiget coram Iudice laico, & iste dat ei curatorem prædictum. vt decisum fuit in *Rot. decis.14 de Iudic.in antiq.* & sequitur *Maran.de Ord. Iudic. p. 4 dist.11.nu.13.& Mart.de Iurisd.dicto cas.110.nu.12.*

50 Potest etiam esse nulla tutela ipso iure, vt scilicet quando datur is, qui dari non potuit

51 nempe † sericus, aut creditor aut debitor pupilli, licet enim isti in testamento dari possint, cum eorum fides à testatore approbata censeatur, & ab omni fraudis suspicione remota. *in princ. Instit. de satisd. tut.Cancer.var.resol.tit. de tutor. cap.7.*

cap.7.nu.51.p.1. vbi dicit hoc verum esse si testator sciebat quia tunc eius fidem approbasse videtur secus si ignorabat. idem tenet *Bart.cons.148. Guid.Pap.decis.144.* Attamen

52 † à Iudice dari non possunt. *auth. minoris C.qui dar. tut. vel cur.* Nisi † debitrix sit mater

53 quæ non prohibetur tutricem esse. *auth. ad hac C. quando mulier, &c. Cancer. loc. cit. dict. cap. 7. de tutor. num. 49. & 50.* vbi hoc idem procedere in auia, ac in Patre, & Auo. & *not. Bar. in dicta auth. minoris in princip.*

54 Nulla est etiã tutela quãdo Iudex se ipsum tutorem dabit, cui est prohibitum, & se ipsum dare non potest. *l. Prætor ff. qui poss. dar. tutor.*

55 Item si datus esset Cæcus. *l. luminibus C. qui poss. dar. tut.*

Item, & miles *l. Militiæ C. eod.* Pro vt etiam Sacerdos dixi supra *nu. 29.*

56 Insuper Mutus, & Surdus. *l.1. §. final. ff. de tutor.*

57 Item furiosus. *§. furiosus Instit. qui testam. tut.* Sic & minor 25. annis de iure communi *l. fin. C. de legit. tut.* sed de iure Regni minor est qui nõ dum compleuerit decimum octauum annum ex *constit. Regni incip. minorum iura.*

Et denique nulla est tutelæ datio, quoties data fuerit fœmina. *l. fin. ff. de tutelis, &* dixi *Arb. 17. nu. 1. & 2.*

Qui prædicti omnes tutores dari non possunt eisq; datio nulla erit ipso iure nec tutores isti se excusare tenentur.

58 Potest etiam esse nulla tutela quando scilicet tutor datur ei cui dari non potuit, vt sunt filij emancipati. Datio enim tutoris à patre facta in testamento filio emancipato de rigore iuris non valet, cum non sit in potestate dantis, sed à Iudice confirmari debet. *l. 1. §. qui à patre ff. de confir. tut.*

59 Sunt etiam filij naturales, tantũm quorum tutor à patre datus debet atque confirmari. *l fin. C. de confirm. tut. & l. naturalis §. 1. ff eod. tit.*

Item impubes extraneus, cuius tutela ab extraneo data nec ante confirmationem valebit. *l. si patronus. cum l. seq ff de confir. tut.*

60 Tandem nulla tutelæ datio esse potest, quando nimirum non datur eo modo, quo debuit dari, nempe quando non fit in testamento, aut in Codicillis testamento confirmatis *l. 1. ff. de testam. tut. & l. 3. ff. & l. 2. C. eod. tit. & Cancer. var. resol. cap. 7. nu. 1. de tut. p. 1.*

61 Sex itaque copulatiuè requiruntur vt datio tutoris valeat. Primò requiritur quod sit ascendẽs qui dat tutorem. Secundò quod habeat eum, cui tutorem constituit in sua potestate. Tertiò vt is cui datur

sit

sit impubes. Quartò quod per mortem dantis non sit recasurus in alienam potestatem. Quintò quod talis datio fiat in testamento, vel codicillis testamento confirmatis. Sextò denique quod tutor non sit Mutus, Surdus, furiosus, minor. *Oinot. super Instit. de testam. tut. nu.* 15.

62 Quando igitur tutela ipso iure non tenet non habet locum excusatio, cum datio tutelæ vel curæ non teneat. dicit & exemplificat in minore, & in milite *Azon. in Summ. rubr. de excusat. tut. nu.* 2. *fol.* 554. *per text. in l. scire oportet.* §. *de his ff. eod. & Gloss. in dict. l. scire oportet.*

63 Secundus est casus quo tutor se excusare non tenetur, nempe quando sumus in illis, qui de iure à tutelis immunes existūt: vt sunt mater, & Auia, vt dixi *Arb.* 17. *nu.* 11. ex *Cancer. var. resol. de tutor. cap.* 7. *nu.* 70. *p.* 1. *Cost. de ratio. tut. qu.* 57. *nu.* 10. *& alij vt ibid.*

64 Pro coronide denique huius materiæ scias non dari appellationem à datione tutelæ; ita vt si tutor datus fuerit à Iudice, & is à tali datione appellauerit, interim bona pupilli administrare cogitur. *l. scire oportet ff. de excusat. tut.* Nec appellatio auditur nisi sententia Iudicis qui eum tutorem dedit executioni mandata sit. Et ratio esse potest, quia tutor appellatione opus haud habet, cum se excusare possit, & valde incommodum esset pupillo, si per viam appellationis ad superiorem Iudicem traheretur. *l. tutores nominatos C. de excus. tut. & Instit. eod.* §. *qui habet cum* §. *seq.*

65 Verùm si Iudex propositam excusationem non admitteret, tutor appellare posset. *l.* 1. §. *si quis tutor ff. quand. appell. sit.*

66 Sed an detur appellatio etiam quoad suspensiuum? Affirmatiuè respódeo. *ex dict. l.* 1. *dicto* §. *si quis tutor.* ibi *Si quis tutor datus fuerit, vel à testatore, vel à quouis alio, qui ius dandi habet non opus eum prouocare* (nempe appellare quia appellare, & prouocare sunt Synonima. *Ruginell. de appellat. in præfat. nu.* 35.) (*hoc enim diuus Marcus effecit*) *sed intra tempora præstituta excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debebit.*

Nec obstaret dicere appellare debebit tantum quo ad deuolutiuum, quia quando permictitur appellatio, censetur permissa quoad vtrumque effectum tum deuolutiuum, tum suspensiuum.

Secundò probatur per textum expressum in *l. cum in ciuili* §. *tutor ff. de appell. & relat.* per quem disponitur *Tutor pupillo*

lo datus si prouocet, interim pupillo curator dabitur. Igitur tutori à datione, (nempe à reiectione excusationis. iuxta *textum in dicto §. si quis tutor.*) (secundum quem *dictus §. tutor.* subaudiendus est vt aiunt *Glossæ in eisdem §. si quis tutor. & §. tutor.*) appellari licet etiam quoad suspensiuum, cum per dictum textum dicatur. *interim pupillo curator dabitur.* Ex quo infertur quod interim appellatio iudicatum suspendit, quia si non suspenderet non
67 daretur pro interim Curator. Nec valeret dicere quod curator interim datur nō ob suspensionem appellationis, sed vt iudicium legitimè contra eum agitari posset. iuxta ea quæ dixi supra *num.* 43. Quo-
68 niam respondetur curatorem hoc in casu non dari ad litem, sed bonis pupilli ne interim dissipetur, quia curator ad litem iam in principio causæ fuit datus, & patet ex verbis dicti textus ibi, *sed si tutoris authoritas fuerit necessaria veluti ad adeundem hæreditatem, tutor ei necessario dabitur.* Cum ergo tutor interim pupillo dari debeat, sequitur indubitanter quod appellatio suspendit, quia si non suspenderet, esset tutor, & tutorē habenti alius tutor dari non potest vulgatis iuribus.

Tertiò denique probatur per *text. & Gloss. in l. scire oportet ff. de excusat. tut.* ibi *aduersus denique sententias auferentes eis excusationes licentiam habebunt appellandi.* Quare cum tutori licentia appellandi à lege cōcessa sit, censetur concessa appellatio quoad vtrumque effectum vt dictum est. supra *vers. nec obstaret dicere.*

Prædicta cuncta corroborantur cum authoritate *Caualc. de tutor. nu.* 191. quem, & alios citaui supra hic *dict. nu.* 43. qui ait † sententiam in causa excusationis per tutorem à tutela propositæ dici, & esse diffinitiuam. Et tamen à sententia diffinitiua regulariter datur appellatio quoad vtrumque effectum, & hæc est vera opinio.

Scias etiam quod si tutor in excusatione succubuerit, tenebitur ex illo die ex quo debuit gere in puncto (vltra quæ dixi *supra num* 46.) adest *textus in l. 22. ff. de adminis. vel per. tut.* ibi. *Tutor vel curator cuius iniusta appellatio pronunciata fuerit, cuiusue excusatio recepta non sit, ex quo accedere ad administrationem debuit, erit obligatus.*

Ex quaquidem textus dispositione probatur, etiam quoad suspensiuum dari appellationem ab excusationis recectione, dum voluit, quod si succubuerit tutor in causa ap-

appellationis, fit obligatus de omnibus amissis à tempore quo sciuit se tutorem datum, vt ibi *Gloss.* si verò appellatio non suspendisset, & tutor administrasset vtique absque dictæ legis coertione de omnibus amissis teneretur, quia tutor tenetur reddere rationem administrationis tutelæ per eum administratæ, ac de neglectis, & male gestis.

SVMMARIVM ARB. XIX.

Et

Et etiam, ut trãsferat onus probandi in aduersarium infra biennium agendo, & excipiẽdo etiam post biennium, sed debet probare excipiens non numerationem num.35. quod procedit secundum opinionem authoris, etiam agendo ibid.

Biennium hoc currit etiam pupillo heredi, & licet sit hereditas iacens.nu.36.

Sed, pupillus restituitur n.37.& quomodo nu.44.& 46.

Contra nu.38.

Tu distingue nu.39.

Sed an si pupillus restitutus posset etiam post biennium hanc exceptionem opponere, & an ipsi minori, vel creditori incumbat onus probandi, quòd minori nu.40.

Contrarium nu. 41. & quare ibid.

Distinguit author nu.42.& 44.

Miror quoad hanc exceptionem infra quod tempus restitutionem petere debeat nu.43.

Residuum biennij præponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ transit ad heredes nu. 44.

Præscriptio inchoata in vita alterius currit etiam minori heredi nu.45.

Minor in hac exceptione non numeratæ pecuniæ est expressè priuilegiatus nu.46.

Confesso legitimè impedito non currit dictum bienniũ nu.47.

Exceptio non numeratæ pecuniæ admittitur aduersus statutũ reijciẽs oẽs exceptiones nu. 48.

Hæc exceptio opponi potest per cõfitentem aduersus apocam de recepto infra 30. dies nu. 49.

Quod procedit tam in mutuo quã ex alia causa nu.50.

Limita nu.51. limita etiã n. 52.

Ecclesia hanc exceptionem perpetuò opponere potest nu.53.

Exceptio non numeratæ dotis, si vir tacuerit toto tempore matrimonij, soluto matrimonio infra quod tempus opponi potest, & quid quando maritus esset minor nu.54.

ARBOR XIX.

DE TERMINO AD PRÆPONENDAM Exceptionem non numeratæ pecuniæ, ad intellectum l. in contractibus C. de non num. pecunia.

1 NON nullos pecuniam sub spe futuræ numerationis accepisse facile fateri experientia cum doceat; eue-

nit quòd creditor interesse obcæcatus illam realiter cum effectu soluere non tantùm recusat, sed & penitus negare videtur, in maximum confitentis damnum. Ea propter Imperator, creditorem compatiendo huiusmodi rapinæ obuiare volens, vt ipse aduersus suum debitorem aliqua exceptione sit tutus, illam non numeratæ pecuniæ appellatam, ex priuilegio, ad tempus tamen limitato ei concessit. Ita vt confitens, se mutuo pecuniam recepisse ad illam restituendam conuentus, hanc opponere possit exceptionem, actore tamen numeratione non probante. Nam agens ex numeratione ex causa mutui, & tantùm probans de confessione mutui succumbit. *text. est in l. ex cautione C. de non numerat. pecun.* & ibi *Bart. ac in l. certi venditio* §. *si nummos. ff. si cert. pet.*

Quæ quidem exceptio, vt regula, non nullas habet ampliationes, & limitationes: quę, cum in facti contingentia facile euenire possent, ex eis aliquas vsu frequentiores (extra nostrum stylum) hic solum referam. Reliquas apud DD. de materia peragentes videndas te remitto.

Regula itaque erit quòd confessio mutui exceptione non numeratæ pecuniæ regulariter excluditur. dicta *l. ex cautione vbi Gloss. & DD. &* §. *multum Instit. eod. tit de non num. pecun.*

2 Amplia primo hanc regulam procedere etiam si confessio iuramento vallata sit. *text. est express. in l. fin. C. de non*
3 *numer. pecun.* Quo † casu nec absolutio à tali iuramento requiritur. secundum *Bald. ibi in dict. l. fin.* Quia iuramentum habet tacitam conditionem, si nempe mihi fidem seruaueris. *l. quæro* §. *interlocutorem ff. locat.* & in terminis *Felin. cap. si cautio num. 46. de fid. Instrumen.* Creditor verò pecuniam non numerans debitori fidem non seruat. *l. si voluntate. C. de dot. promiss. & Bald. loc. præcit.*

4 Secundò amplia vt procedat siue quis confiteatur in scriptura publica, siue priuata *Gloss. & communiter Doctores in dict. l. si ex cautione Cacher. decis. 134. n. 1. Galupp. in prax. nouiss. p. 2. c. 11. nu. 2.*

5 Tertiò amplia etiam si debitor huic exceptioni renunciasse. *Cyn. Bart. Bald. & Salyc. in dicta l. si ex cautione Felin. cap. si diligenti lim. 1. de for. compet.* Idem docet *Corn. cons. 52. nu. 4. lib. 1. hypol. sing. 222. Cap. Thol. qu. 874.* tenent etiam *Felin. in dicto cap. si cautio nu. 48. de fid. Instrum. Alex. cons. 179. nu. 2. vol. 2.* & ita omnes tenere testatur *Ias. in l. qui pecuniam*

nu. 2. ff. si cert. pet. & ratio est quia, qua facilitate quis inducitur ad confitendum, eadem inducitur ad renunciandum, & hanc opinionem esse de rigore iuris veriorem testatur. *Felin. in dict. cap. si cautio sub nu.*
6 48. Vbi *nu.* 49. intelligendum esse dicit, nisi renunciatio fieret ex interuallo, quia tunc exceptio opponi non possit, & nisi in renũciatione etiam facta in continenti interuenisset iuramentum. *Bart. in l. fin. C. de non num. pecun.* Idem *Felin. dict. cap. si cautio n.* 50. *Alex. cons.* 32. *lib.* 1. *Couarr. lib.* 1. *var. resol. cap* 4. *n.* 3. *Curt. Iun. in l.* 2. *§. vlt. nu.* 2 *ff. si cert. pet. Ang. in l.* 1. *C. de dot. caut. non num. Io. de Imol. in c. cum contingat. extr. de Iure iur. Paul. de Castr. in dict. l. si ex cautione C. de non num. pecun. sed. Ias. in § fuerat in* 21. *&* 22. *col Instit. de action. & Graff. de except. excep.* 43. *num.* 10. *& seq.* dicunt hoc in casu dari duo singularia remedia, primum quòd, licet non possit opponi ista exceptio stante iuramento, tamen si iurans soluerit repetere poterit. Aliud remediũ est, quod dicit *Ias.* in memoria esse semper tenendum, ac in actu practico, nempe quòd hoc casu poterit opponere exceptio de simulatione contractus, & quod non esset necessaria absolutio à iuramento. Pater etiam implorari Iudicis officium. *Fel. in dict. cap. si cautio col.* 22. *de fid. instrum. Bald. in l. illicitas ff. de praesi. Ant. Trigo. sing.* 120. *Guid. Pap qu.* 292. *Vide Hippol. sing.* 277.

Item opponi potest de dolo, & fraude crediti. *Felin. ibid. col.* 23. *Barbat. cons.* 19. *in fine vol.* 2. *Ang. in §.* 1. *col.* 4. *Instit. de except. Suar. & Bellac. in tract. comm. opin. lib.* 4. *tit.* 20. *de non numer. pecun. num.* 17. *tom.* 1. *vbi alios citat.*

Insuper opponi potest obtenta priùs absolutione à iuramento. *Felin. dict. cap. si cautio nu.* 50. *Corn. in cons.* 293. *vol.* 4. *Graff. de except. excep.* 43. *nu* 12.

7 Quartò ampliatur procedere non solùm si quis simpliciter confiteatur habuisse, & recepisse, sed etiam si addat neque confiteor spe futuræ numerationis. secundum *Bart. in dicta l. si ex cautione nu.* 9. *Imol. in dict. cap. si cautio. & Felin. ibid. nu.* 51. vbi reprobat *Iac. Butr. in l. generaliter C. de non num. pecun.*

8 Quintò amplia procedere non tantùm in mutuo, sed etiam in dote. *l. fin. C. de d. t. caut. non num.*

9 Alias ampliationes refert. *Felin. in cap. si cautio à num.* 47. *cum seqq. quem vide, ac etiam Ant. Trigo. sing.* 59.

10 Limita tamen dictam regulam. Primò si cõfessio fuisset facta in iudicio per viam con-

contentiolæ iurisditionis. *Felin. loc. cit.* decisum refert *Cather.decis. Pedam.* 134.*Galupp. in prax.nouiss.p.2.cap.11.sub nu. 5.vers.secundo aduerto.Cum super rit.37,num.* 109.*cum seq.*& citata parte.*Ozasc.decis.Pedam.* 134.*nu.6.*

11 Secundò limita nisi vltra eius confessionem Notarius dixerit recepisse tot pecunias coram nobis, & testibus numeratas,&c.*Bart.in dict.l.si ex cautione num.9.* quem sequitur *Felin.in dicto cap.si cautio n.* 52. *de fid.instrum. Caball. Milleloq.* 679.

12 Tertiò limita hanc exceptionem opponi non posse aduersus transactionem *l.si transactionis C. de non numer. pecun.* vbi *Gloss.*rationem assignat nimirum quia debitor promisit per stipulationem ex causa transactionis; subest causa hoc ipso quòd à lite disceditur.

13 Quartò limita si defunctus cōfessus fuerit mutuum, quia tunc eius hæres exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non potest.*Petr.de Rauen.sing.*322.*Teppat in tract.titul.diuers tit de non num. pecun.*
14 *col.5.vers.2.lib.* 1. intellige dictos *Petr.de Rauen. & Teppat.* loqui in terminis confessionis factæ per testatorem in testamento.

15 Quia hæc exceptio non habet locum in confessione facta in testamento. *Guid. Pap. sing.70.Ant.Trigo.sing.* 59. vel in alia vltima voluntate. *Caball.Milleloq.*672.

16 Sed in confessione facta per defunctum in actibus inter viuos hæc exceptio etiam eius hæredibus, fideiussoribus, & mandatoribus competit. *l. si intra. & l. si mandatori vbi DD.& Bald.C.de non num. pecun.Grass.except.*43. *num.* 31. Item etiam competit creditori sui creditoris pro suo interesse *l.si cui C.eod.Pancirol.cons.*
17 71.*nu.*11. sed creditor opponens hoc casu tenetur cauere de duplo casu quo probauerit debitor realem numerationem. *Auth. contra qui propriam C. de non numer. pec.* & alij per *Grass.except.*43.*à nu.*31.*ad* 34.

18 Quintò limita non habere locum in alijs casibus quàm in dote,vel mutuo.Ideo cessat quando in Chirografo exprimitur debitum ex causa de preterito *Rol.cons.4.nu.* 11. & 12.*vol.4.*

19 Sextò limita in deposito confessionato, in quo nec dicta exceptio admittitur. *Rol. cons.*17.*nu.*7.*vol.*1.Vide eumdem *in dict.cons.4.*

20 Septimò si in instrumento iuratum fuerit omnia, & singula esse vera, quia tunc cessat hæc exceptio.*Gramm.decis.* 103.*n.4.vide Cabal. mill.* 670.

Octa-

21 Octauò limita si confessio fuerit geminata, quæ hanc exceptionem excludit *Caball. Milleloq.* 675. *Affl. decis.* 107. quem sequitur *Galupp. in prax. nouiss. p. 2. cap.* 11. *ante num.* 10.

22 Nonò limita quando mutuum est cum causa expressa in alia scriptura, tunc ista exceptio opponi non potest, nisi causa probetur non vera similiter per aliam scripturam. *l. generaliter C. de except. non num. pecun.*

23 Verùm si causa non fuerit scripta, sed aliunde probaretur per testes, eodem modo per testes probari potest per conuentum causam non esse veram. *Bald. in dict. l. generaliter nu.* 13. & 14.

24 Decimò limita quando mutuum dependet ab aliqua causa expressa, nam tunc cessat ista exceptio quousque nõ probetur illa causa non vera. *l. aduersus C. de non num. pecun. Fel. in c. si cautio sub nu.* 56. *vers. fallit septimo de fide instrum. Galupp. in prax. p.* 2. *cap.* 11. *nu.* 11. vbi dat exemplum.

25 Vndecimò limita quotiescumque quis recepit realiter aliquid ex resto, & ad complimentum, quia hæc verba denotant quod totum sit solutũ. *Bald. in l. ab anastasio col. fin. ante ver. vltimo sume C. mandat. Galupp. dicto cap.* 11. *num.* 13. *ex Affl. decis.* 283. *num.* 3. & *Rot.*

26 *Genue. decis.* 60. *num.* 6. Non obstante præuia protestatione, quod sibi licere dictam solutionem taliter recipere sine præiudicio consequendi quod verè non recepit, & non obstante prouisione Viceregia quod possit absque præiudicio, pro vt refert decisum in Collaterali Consilio *dict. Galupp. loc. proxim. cit.* vbi remissiuè vide quando dicta regula non procedat, & non operetur dicta receptio facta ad complimentum, & sic possint reuideri rationes, & opponi hæc exceptio.

27 Duodecimò limita in tutore confitente se recepisse centum mutuo à pupillo quia tunc non præualebit hæc exceptio. *Dec. in l. singularia col.* 3. *circa fin. ff. si cert. pet.*

28 Decimò tertio limita in mercatoribus qui non possũt allegare hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ *Las. in dict. l. singularia col.* 6. *ff. si cert. pet. l. fin. ff. de dot. caus. non numer. Mascard. de probat. concl.* 695. *nu.* 29. *Bald. in l. pecunia nu.* 3. *C. de solut. Graff. de except. except.* 43. *nu.* 28. *vbi alios citat.*

29 Hanc autem regulam sic ampliatam, & limitatam intelligas, quod vt procedat, in tempore opponi debebit, & vt scias quo tempore opponenda erit distinguendum putaui. Aut loquimur in mutuo, & dote,

dote,& hoc casu exceptio non numeratæ pecuniæ opponi debet infra annos duos à die contractus, licet olim infra annos quinque opponi poterat text. est expressus *in l. in contractibus C. de nõ num. pecun.*

30 Est autem huiusmodi dilatio inducta in fauorem debitoris vt ei liceat venire contra propriam confessionem intra biennium, & grauatur creditor onere probandi numerationem, quia de facili quis cõfitetur mutuum, aut dotem sub spe futuræ numerationis; ideo huic facilitati à iure succurritur bene per *Felin. in cap. si cautio num. 45. de fide instrum. Don à Fr. in tract. comm. opin. lib. 4 de non numer. pecun. tit. 20. nu. 9. lib. 1.*

31 Aut verò loquimur in alijs contractibus quam in mutuo, & dote, & tunc distinguendũ est, aut nempe agimus vt ex ista oppositione transferatur onus probandi in creditorem, & isto casu debet hæc exceptio nõ numeratæ pecuniæ aduersus talem confessionem per confitentem opponi infra triginta dies. *Galupp. in sua prax. nouiss. cap. 11. num. 5. p. 2. Bald. in l. pecuniæ n. 3 C. de solut. Affl. decis. 105. num. 2.* & dicam Deo dante *alleg. 27. num. 18. tom. 1.*

32 Et licet hæc exceptio opponi possit contra confessionem liberatoriam intra 30. dies, tamen hoc fallit quando post confessionem pretij recepti sequuta est quietatio, vel pactum de non petendo vel alia dispositio liberans debitorem, *Nact. cons. 196.* & alij per *Graff. de except. excep. 43. num. 37.*

Et quando ipsi exceptioni non numeratæ pecuniæ fuit renunciatum, quod secus esse in mutuo dixi supra, & tenet etiam *Nact. in cons. 196.*

33 Aut verò loquimur de oppositione quæ nõ transit onus probandi in creditorem, sed ipse confitens vellet non numerationem probare, & tunc poterit opponi etiam infra biennium post 30. dies, & etiam post biennium. expressè voluit *Gomez. tract. var. resol. tit. de contract. Mut. col. penul. nu 7.* & hanc esse communem opinionem testatur *Galupp. in prax. cap. 11. num. 5 p. 2.* & istam opinionem iustiús, & veriùs communem recenset *Fulgos in l. si sub specie nu. vlt. de postul. Emanuel. à Costa in l. si ex cautione limit. vlt. C. de non numer. pecun. Bell. in tract. comm. opin. lib. 4. tit. de non num. pecun. tit. 20 num. 12.* licet *cum Felin.* contrarium teneat *Curt. Iun. in l. 2. §. appellata nu. 7. ff. si cert. pet. & Hypol. in sing. 463.*

34 Poterit etiam post biennium confitens excipere de dolo,

dolo, & fraude creditoris vt dixi ex *Barbat. conf. 19. in fin. vol. 2. Ang §. 1. col. 4. Instit. de except.*

35 Alij aliam referunt distinctionem nempe quod aut confitens agendo vellet dicere de non numerata pecunia; & tunc hæc querela debet deferri ante biennium (loquendo tamen in mutuo, & dote,) aut per viam excipiendi, & poterit ante, & post biennium deferri, sed post biennium excipiens debebit probare non numerationem. *Salyc. in l. si ex cautione nu. 21. C. de non numer. pecun.* quem sequitur dictus *Bellac. loc. pract. numer. 12.* vbi hoc esse notandum dicit.

Ego verò existimo quod hæc exceptio etiam post biẽnium per confitentem opponi possit, dummodo quod in se sumat onus probandi non numerationem, quicquid dicat *Felin. in cap si cautio num. 60. de fide instrum.* cum contraria sit vera, secura, & communior opinio. Maxime stante æquitate canonica secundum quã auditur post biennium volẽs probare pecuniam nõ numeratam, quam etiam refert dictus *Felin. dict. c. si cautio n. 61.* & hanc dicit *Imol. esse* communem opinionem *in cap. final. de solut Salyc. in dicta l. in contractibus in principio*, & alij quos refert dictus *Felin.* qui hanc opinionem tanquam communẽ defendit, sed non firmat, & reprobat *Specul.* & *Bald.* tenentes quod lapsus biennij inducit totale silentium etiam de iure canonico. Hanc nostram opinionem communem esse testatur *Ias. in l. tertia §. iurari. nu. 8. & in l. manifeste nu. 6 ff. de Iureiur. Tinninus in pract. cauth. 30. nu. 14.* vbi dicit quod hæc est communis, & vera opinio, & alij per *Graff. de except. excep. 43. nu. 35.*

36 Hoc autem tempus biennij currit etiam hæredi pupillo, etiam si hæreditas esset iacens. *Bald. in l si intra C. de non numer. pecun.* & expressè *per illum text.* Restitui † tamen

37 poterit pupillus vt ait dictus

38 *Bald.* Sed † contrarium videtur dispositum per tex. *in l. fin. C. quib. caus. in integr. rest. necess. non est.* Nempe quod minori non currit dictũ tempus biennij ab initio, sed completa ætate curret vt ibi *Gloss. in verb. currere*, & sic absque in integrum restitutione.

39 Tu verò distingue aut scilicet agitur de confessione facta à testatore, & tunc eius hæres etiam pupillus elapso biennio hanc exceptionem opponere nequit, nisi in integrum restituatur iuxta doctrinam *Bald. in dict. l. si intra, & in*

l. in contractibus C. de non num. pecun. Vide quæ infra dicam.

Aut minor ipse confessus fuisset, & tunc excipere posset de non numerata pecunia etiam post biennium, & absq; remedio restitutionis in integrum. iuxta dispositionē *text. in l. fin. C. in quib. casib. restit. in integr. necess. non est.* sic videntur etiam tenere ibi. *Bald. & Salyc. & Felin. in c. si cautio. nu. 50. in fine de fide instrum.* Idem tenent *Bald. Salyc. & Paul. in l. fin. C. de non numer. pecun.* & alij per *Graß. except. 43. nu. 13.* sed vide infra *numer. 42. vers. Ego tamen.*

40 Amplius scias quod minor si via restitutionis in integrum (vt in primo casu) posset etiā post biennium hanc exceptionem opponere: an creditori vel ipsi minori incumbat probandi onus? & videtur ipsum minorem debitorē probare debere pecuniam numeratam non fuisse, non autem creditorē. quia *textus* expresse disponit. *in dict. l. si intra C. de non numer. pecun.* quod si legitimū tempus excessit in quærimoniam creditore minime deducto: omnimodè hæres eius, etiam si pupillus sit, debitum soluere compellitur. Quod secus esset si testator infra biennium creditorem cōuenisset, & litem contestatus fuisset, quia tūc perpetua erit, & perpetuo hæredi dabitur. Vnde dum statim hæres etiā pupillus compellendus sit restituitur tanquam quilibet alius maior numerationem non interfuisse probare tenetur, & ratio esse potest, quia priuilegiatus succedens non priuilegiato, non habet priuilegium. vt notat *Gloss. in dict. l. si intra in ver. etiam si pupillus. per tex. in l. sub pretextu C. de hæred. actio.*

41 Contrarium verò verius esse patet per *text. in dict. l. fin. C. in quib. cas. in integr. restit. necess. non est.* Vbi disponitur exceptionis non numeratæ pecuniæ tempus, minoribus non currere, sane intelligendum est ita procedere vt minores elapso biennio ad probandum pecuniam nequaquam numeratam fuisse, minime astringantur. quod innuere videtur *text. in l. in contractibus ibi Eodem auxilio C. de non numer. pecun. & ibi Gloss.* Alias enim nihil specialiter esset statutum in minoribus, cum quilibet maior non priuilegiatus post biennium audiri debeat si vellet probare sibi pecuniam numeratam minime fuisse. per ea quæ dixi *supra numer. 35. vers. Aut vero loquimur.* quibus addo citatos per *Cald.* vt ipse in puncto tenet *in tract. de restit. in integr. verb.*

sua

sua facilitate num. 44. *fol. mihi* 200. vbi etiam reprobat *Felin.* & alios contra quos inuehitur *Costa in l. si cautio C. de non numer. pecun. nu.* 1.

42 Ego tamen distinguerem, aut scilicet præscripto incepit tempore ipsius pupilli seu minoris, nimirum quando ipse minor fuisset debitor confitens, & tunc procederent proximè dicta per *Caldas.* quod scilicet huiusmodi minor via restitutionis in integrum restitutus aduersus biennium elapsum posset hanc exceptioné opponere, & onus probandi numerationem spectaret ad creditorem. & ita intelligenda sunt quæ dixi supra *nu.* 30. *vers. aut minor.*

Et non obstat *text. in dicta l fin. C. in quib. casib. restit. in integr.* ibi citatus, quia non disponit minorem hoc remedio restitutionis non indigere, sed tantum quod minoribus non currat biennium, sed currat post pupillarem ætatem, & quod restituatur, quia læsi. vt videtur tenere *Gloss. in dict. l. fin. in verb. in suo statu, & ibi Bart. nu.* 2. Doctores autem per me citati in dicto *nu.* 39. *vers. Aut minor.* tenentes minorem etiam post biennium hanc exceptionem opponere posse, debent intelligi opponere posse, sed via restitutionis in integrum iuxta terminos *l. in contractibus C. de non numer pecun.* & in terminis ait *Bart. in dicta l. fin. nu* 2.

43 Et hoc in casu restitutionem petere debent infra biénium, non autem infra quatriennium, quia quando minor læditur ex contractu habet quatriennium, sed quando læditur ex cursu temporis debet petere restitutionem intra tantum tempus, quantum est illud in quo dicitur læsus. vt *l. ab hostibus* §. *fin. ex quib. cau. maio.* quod sumitur ex *l. interdum ff. de minor.* ait etiam *Bart. in dicta l. fin. num.* 4. Idem videtur tenere *Azo. in summa tit. de temp. in integr. restit. nu.* 2.

44 Aut loquimur de præscriptione inchoata cum testatore debitore confitente, & tunc quia residuum biennij transit in hæredes *text.* est expressus *in l si intra C. de non num. pecun:* vbi *Gloss.* 1. Casu quo hæredes essent minores possent restitui non ad totum biennium, sed tantum ad residuum in ipsos trasmissum; secus tamen esset si fuisset totum biennium tempore vitæ testatoris transactum, & sic intelligendus est *Bald. in dict. l. si intra C. de non numer. pecun.* à me citatus *supra nu.* 36. *in vers hoc autem tempus.* Non enim videtur hæres hoc casu læsus ob terminum lapsum quia in ipsum bona, & iura ac actiones testatoris

toris eo modo,& forma, eoq; statu, quo habebat testator, transierunt. vt in terminis disponitur in dicta *l. si intra iuxta summarium Bald. ibid.* dicens quod exceptio non numeratæ pecuniæ trasmittitur ad hæredem, nisi tempore sit sopita, igitur ad residuum biennij hæres restitui potest, & hæc mihi videtur vera, & æqua opinio, & per consequens infra dictum residuũ onus probandi numerationem spectaret ad creditorem.

45 Licet contrarium videatur dispositum quo ad alias præscriptiones inchoatas tempore alterius, cui minor successit, quia illæ mero iure currũt, & nocent. *Gloss. in l. vnic. C. si aduer. vsucap.* communiter recepta ex *Bald. & Salyc. ibid.* & ex alijs per *Caldas. de restit. in integr. verb. sua facilitate n. 46.*

46 *fol.* 200. † Ratio disparitatis est quia in hac exceptione non numeratæ pecuniæ minor est expresse priuilegiatus per dictam *l. sancimus.* seu *fin. C. in quib. casib. restit. in integr.* ibi *sancimus fauore imperfectæ ætatis exceptionem non numeratæ pecuniæ ab initio minoribus nõ currere.* Et *Gloss. in l. currere.* dicit quod exceptio prædicta simul cum tempore non currit, sed remanet ficta vt demũ completa ætate currat. Idem dicendum est de residuo bienij. cui addo quæ dicit *Azo. in except.* non numeratæ dotis in summa super *rubr. in quib. cas. in integr. restit. non est neces. nu. 3. vers. item præscriptio non numeratæ dotis.* Quæ non videntur procedere in alijs præscriptionibus, quæ, inceptæ cum defuncto, currunt mero iure, & minori nocent.

47 Ampliùs sciendũ erit quod si confessus fuisset legitimè impeditus posset si conuentus esset elapso biennio hanc exceptionem opponere *Purpur. in cons.* 440. *nu.* 3. *lib.* 2.

48 Sed an admittatur hæc exceptio aduersus statutariam dispositionem reijcientẽ omnes exceptiones? quod sic. infra biennium tenet *Graff. de except. excep.* 43. *nu.* 1. *&* 2.

49 Et pro coronide præsentis materiæ dico hanc exceptionem locum habere in creditore qui confessus est sibi fuisse solutum id, quod sibi debebatur, si talem confessionem fecit sub spe futuræ numerationis, dummodo quod ea opponatur infra triginta dies cõtinuos à die confessionis cursuros infra quos nisi debitor realiter soluisse probet, sibi non prodest creditoris confessio, & hanc exceptionem non receptæ pecuniæ seu non solutæ pecuniæ vocat. *Graff. de except. except.* 43. *nu.* 36.

50 Et habet locum in creditore

tore tam ex causa mutui, quã ex quacumque alia causa *l. in contractibus § super cæteris, & ibi Salyc. C. de non numer. pecun.* vbi etiam *Gloss. in verb triginta* qui *Salyc.* affirmat, quod isto casu onus probandi solutionem incumbit debitori soluenti. *Port. in rubr. Instit. de liter. oblig.* vbi etiam *Aret. num.* 4. & alij per *Graff dict. except. 43. nu.*
51 36. & 37. Vbi limitat † hoc non procedere quando post confessionem de recepto creditor fecisset aliquam quietationem, vel dispositionem liberantem debitorem. *Ang. & Paul. dict. §. super cæteris. Nact. cons. 196. num. 1. & 2. lib. 1.* qui
52 etiam † limitat quando esset renunciatum huic exceptioni, & elapsi sint 30. dies prædicti, ita vt non audiatur etiam si vellet in se suscipere onus probandi sibi non fuisse solutum.

53 Ecclesia verò si esset conuenta perpetuo hanc exceptionem opponere posset. *Ang. in cons. 156. col. 2.* quem sequitur *Cumia super rit. ord. suo 37. nu. 113. Dyn. in c. locupletari in fin. de reg. Iur. in 6. & ibi addentes.* vide etiam *Felin. in c. si cautio de fid. instrum.* licet contrarium videatur tenere *Abb. in c. fin. nu. 18. ad finem de solution.*

54 Denique non omictas scire tempus proponendæ exceptionis non numeratę dotis, quia dotans non repetit, nisi re ipsa dederit dotem, nisi viro silentium imputari possit, & quia tacuit toto tempore matrimonij, & eo soluto per annum, nec durauit matrimonium biennio. Si autem matrimonium durauerit biẽnio vsque ad annos decem, habet vir, & eius hæres exceptionem non numeratæ dotis vsque ad tres menses, scilicet à tempore soluti matrimonij computandos. Si autem matrimonium durauerit plusq. à decem annis, querela denegatur marito eiusque hæredi, nisi sit minor 25. annis (de iure communi, & 18. annis de Iure Regni) tunc enim habet specialiter in integrum restitutionem. docet. *Azo. in summa Rubr. de dot. caut. non numer. & in rubr. auth C. de tempor. non sol. pecun. super dote.* dicit iure nouo distingui aut maritus est minor, aut maior: secundo casu si matrimonium minus biennio duret quandocumque tempore matrimonij, & post per annum opponitur exceptio: si verò vltra biennium vsque ad decem annos duret, tunc toto tempore matrimonij, & post vsque ad tres menses datur quærela. Si verò vltra decem annos duret, tunc prorsus est sopita quærela.

Primò casu quando scilicet maritus fuisset minor propo-

nis

nit exceptionem vsq; ad duodecim annos à tempore nuptiarum, & si interim moritur, maior vel minor sit, hæres eius habet annum si maior est, si verò minor est tunc habet quinquennium.

Quę dicta sunt in casu quo matrimonium post decem annos fuerit solutum, quod tunc sit sopita hæc quærela. Intellige nisi sit minor, qui posset restitui, cui minori hoc tempus currit. *ex dict. Auth. quod locum C. de tempor. non sol. pecun. super dote, & ibi DD. ex qua* corrigitur *text. in l. 3. præcedens dicta auth.* vbi concedebatur exceptionem non numeratæ dotis opponi intra annum à die matrimonij morte, vel repudio dissoluti, sed non corrigitur annus de quo in dicta lege quando ante biennium matrimonium soluitur. sic summat *Bald. dictam auth. quod locum.*

SVMMARIVM ARB. XX.

Vigilantibus iura subueniũt num. 1.

Creditor immissus super eadem re præfertur non immisso n. 2.

Causa prælationis inter creditores immissos per viam effectus agitatur nu. 3.

Ea pendente fit impedimentum in rei petitæ distractione, quo casu suspensa via executiua causa ordinaria aut summaria efficitur nu. 4.

Sed stante diffusu partis circa modum procedendi quomodo procedendum nu. 5.

Creditor quomodo creditori præferatur, & quando remissiuè num. 6.

Pinguevalens contra hæreditatem quando sit prohibitum num. 7.

Quid stante pacto ad discursum num. 8.

Ius offerendi competit secũdo creditori nu. 9. 57.

Ius offerendi competit ratione hypotecæ nũ. 10.

Iuris offerendi author fuit æquitas nu 11. & quare ibid.

Ius offerendi competit in adiudicatione ex secũdo decreto n. 12.

Creditor anterior soluens posteriori prætendenti ad ius offerendi admitti, potest retinere rem nu. 13.

Creditor anterior præfertur posteriori in iure offerendi n. 14.

Limita nu. 15.

Amplia nu. 16.

Intellige ibid.

Ius offerendi competit tertio possessori conuẽto hypotecaria, vel iudicio assistentia, seu saluiani aut seruiani interdicti nu. 17.

Ius

Te-

Tenetur etiam soluere augmentum in valore nu.50.

Creditor secundus tenetur soluere onera accollata, & soluta statim, & in catamenis pro ut soluit primus creditor nu. 51. pro ut in retractu, ac alios cēsus ibid.

Ius offerendi non competit in restitutione dotis costante matrimonio facta nu. 52. & quare ibid.

Hodie restitutio costante matrimonio facta fit siue pingueualenti nu.53.

Dos confessata an, & quando obstet creditoribus nu.54.

Ius offerendi vt locum habeat, oblatio fieri debet realiter cum depositione, & obsignatione pecuniæ nu.55.

Sed in Regno quomodo practicatur nu.56.

Ius offerendi an competat in solutum datione facta à parte, & quando nu.58.

Secundus creditor vt habeat ius offerendi debet esse hypotecarius, nō chirographarius n.59.

Limita ibid.

Oblatio in iure offerendi fieri debet congruo loco nu.60.

Iudex competens qui nam sit in iure offerendi nu.61.

Et quis in iure retractus nu.62.

Tempus quod cōpetit in ius offerendi quod sit nu.63.

ARBOR XX.

DE TERMINO INFRA QVEM SECVNDVS Creditor ad ius offerendi possit agere ad intellectum Textus in l.cum notissimi §.1.& seq. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.

1 Vigilantibus iura subuenire reperio.per *l.pupillus §.fin. ff. quæ in fraud. cred. Giurb.decis.61.nu.3.Cost. Siculus Messanensis in cons.54 n.32.*

2 Ita vt si creditor ius suum prius non præposuerit agendo, aut se in possessionem rei immitti non curauerit, ei alter creditor, tamen immissus, super eadem re præferatur. *Genitor meus in add. ad meam prax.super Rit.ad cap.2. num.8. Costa Siculus cons.54.sub n.30. dictus Giurb.decis.61.nu.3.*

3 Hinc est quod si creditores ambo essēt immissi inter eos, qui præferri debet, per effectum

tum debet postulare. Interim
4 † vero ad instantiam se præ-
ferri prætendentis verbum in
iudicio fieri solet, vt in rei pe-
titæ distractione impedimen-
tum ponatur, & ea, nisi deciso
prelationis articulo, haud pro-
5 cedatur; quo † in casu illa via
executiua suspensa, causa aut
ordinaria, aut summaria effi-
citur. vt ait *Mut. in cap. Reg. Io: 24. nu. 21.*

6 Sed si fortè aliquis eorum
in modo procedendi per viam
effectus dissenserit offerendo
se velle probare creditorem
esse solutum, vel non credi-
torem in tota summa, & tunc
solet decidi quod procedatur
dato termino extraordinario
arbitrio curię, vt pluries se de-
terminasse, & decisũ fuisse te-
statur. Idẽ *Cost in cõs. 54. n. 32.*

Sed quomodo, & quando
alter alteri præferatur consule
DD. in tit. qui potior habe. & non
nullos alios iuris consultos in
particularibus tractatibus ma-
teriam diffusè disceptantes.

7 Dicam tantummodo in
materia cõcursus creditorum
quod contra hæreditatem ali-
quam communis debitoris,
quæ soluendo non sit in præ-
iudicium posteriorum credi-
torum prohibitum esse pin-
gueualens *Tessaur. Iun. ad Tes-
saur. Ped. decis. 158.* & in Regno
habemus *Rit. cap. 113. & ibi
scribentes.*

8 Secus vero esset stanre pa-
cto ad discursum (vbi adest)
quo vti potest anterior credi-
tor in præiudicium posterio-
rum creditorum. *Bonior. inter
cons. Lunæ cons. 9. per tot.* vbi
9 concludit secundum † credi-
torem omni auxilio destitutũ
non esse, cum ius suum con-
firmare possit, si priori credi-
tori debitam soluerit pecu-
niam, aut eam firmiter obtu-
lerit.

Hoc autem beneficium,
quo creditor secundus fruitur
(ius offerendi vocamus) quia
offerens secũdus creditor to-
tum id, & quantum anterior
creditor soluisset, rem adiudi-
catam, aut alienatam recupe-
10 rare potest, eique † competit
ratione hypotecæ quam pro
suo credito super ea re habet
ad *text in l. potior. §. fin. ff. qui
potio. pignor. & ibi Bart. & l. 1.
C. si antiquior. creditor* vbi *Salyc.
in qu fin* Omnes DD. *in l cum
secundus §. fin cum l. seq. ff. de
distract. pign. Negus. de pignor.
memb. 3 p. 5. num 1. & 7. vers.
tertio fallit Castill. decis. 91. nu.
1. Mastrill. decis. 78 num. 1. &
decis. 119 num 1. & decis. 201.
num. 1. Camia super rit. cap. 18.
num. 4.*

11 Cuius quidem beneficij
authorem æquitatem. fuisse
aiunt *prædicti DD.* & *Giurb.
decis. 58. n. 3. Mastril. decis. 201.
nu. 4. Costa noster cons 76. nu. 2.*

Si enim pignoris distracti valor ad eam summa m vsque ascenderit vt priore creditore, integraliter satisfacto, aliquid supererit, quo secundus etiam creditor satisfieri possit, suadet æquitas, vt vtrique creditori consultum sit, si prior à posteriori creditum acceperit, eique pignus dimiserit, ex illo vulgari adagio (tolle quod tuum est, & vade) Idem *Costa cons. 76. n. 2.*

12 Hoc ius offerendi duplici in casu cõsiderari poterit, primo quando per secundum decretum aliquis anterior creditor sibi adiudicasset, vel ad discursum seu aliter tertio licitatori vendidisset aliquod prędium vt ex supradictis dixi, & hoc casu posterior creditor creditum anteriori creditori offerendo, prædium prædictum recuperare poterit. At † si

13 dictus creditor anterior offerret posteriori creditori eius creditum, virtute cuius ad ius offerendi admitti prætendit, prædium prædictum sibi retinere possit, cum stet in eius electione aut creditum secundo creditori soluere, & retinere rem, aut illi, suum recipiendo creditum, rem ipsam renunciare. *Aponte in cons. 29. nu. 2. Intrigl. sing. 201. n. 21. Placit. Costa ad cons. sui genitoris in cons. 76. & in addit. Affl. decis.*

14 *249.* Primus † enim creditor eo ipso quod offert secundo offeréti præfertur ipse primus, non secundus vt docent *Crau. in cons. 1. pro genero nu. 387. & 389. Dec. in cõs. 104. col. 2. Mar. decis. 12. nu. 11.*

15 Si vero secundus possidens offerret primo, vt sibi hypotecam confirmaret esset primo præferendus, non etiam si tertius possideret, & secundus offerret primo, quia tũc primus offerens secundo esset præferẽdus *Neguſ de pignor. mẽb. 3. p. 2. n. 18. 19.* quẽ sequitur *Intrigl sing. 201. n. 23 lib. 2. & n. 24.*

16 Amplius. Primus creditor etiam post depositionem, & consignationẽ potest secundo offerre. *Neguſ. dict. mẽb. 3. n. 20. Intrigl. dict. sing. 201. n. 25. lib. 2.*

17 Secundus casus erit quando ius offerendi prætenderet aliquis tertius possessor conuentus hypotecaria, vel iudicio assistentiæ, seu via saluiani interdicti, aut seruiani interdicti qui tunc offerendo soluere in pecunia quantitatem contentam in sententia euitabit executionem super re in iudicio deducta, & ab ipso possessa, iuxta text. in l. si fundus §. in vẽditione ff. de pignor. & l. Paul. in fine C. quib. mod. pig. vel hypot. de prax. testat. Affl. decis. 199 in fin.*

18 Oblatio autem sine cõtrouersia fienda erit. *Ann. in cons. 57 num. 6. & 7. Galupp. in sua prax. nouiss. p. 3. cap. 7. nu. 1.*

Sed

19 Sed vt procedat fieri debet oblatio ante quam sit factum appretium, & adiudicatio victori super illa re in iudicio deducta, postea enim huic remedio præclusa erit via *Galup. dict. cap. 7. nu. 10. Afflict. decis. 187. & Capic. decis. 41.* Et ratio est quia ex dicto appretio, & adiudicatione est iam traslatum dominium ipsius rei in posse victoris (præter quam in saluiano quo casu nõ transit dominium nisi tantum possessio,) & consequenter non est amplius agendum de offerendo *Gramm. decis. 51. num 4.* Dummodo quod cum effectu fuerit processum ad actum adiudicationis cum consignatione possessionis. ex deductis per *Anchar. in cons. 353. num. 3. quem citat Galupp. dict. cap. 7. num. 11.* vbi quid si ab appretio fuerit appellatũ.

20 Quæ autem sint differentiæ inter hypotecariam, saluianum interdictum, interdictum seruianum, & quasi seruianum. Vide apud *Neguš. de pignor. 1. memb 8. par.*

21 Si tamen scire cupis quod nam dicatur, & sit iudicium assistentiæ, hypotecariæ, saluiani, & seruiani vel quasi seruiani interdicti, scias quod iudicium assistentię est quando nimirum debitor principalis constituit se simpliciter, vel etiam præcario bona hypotecata tenere pro suo creditore, quod est quando in contractu adest clausula constituti seu præcarij. iuxta *text. in l. quod meo in princ. ff. de acquir. poss. & l. interdum eod. tit.* Tunc enim si debitor alienet dicta bona, quæ tempore constituti seu precarij per eum detinebãtur, poterit creditor conuenire possessorem in quem facta sit alienatio tanquam sua possessione priuatus conditione *l. fin C. de acquir. poss.* per *text. ibid. in verb. quispiam.* dicit *Iac. Butr. in auth. hoc si debitor in fine C. de pignor. & Alex. in l. exitus ff. de acquir. possess.*

22 Nec † isto casu requiritur excussio bonorum principalis debitoris vt firmat *Alex. in cons. 83. nu. 2. vol. 6.*

23 Duo nihilominus extrema probari, & concurrere debent vt illud procedat. Primo quod probetur ista bona fuisse per debitorem tempore constituti vel præcarij possessa. *l. quod meo in princ. ff. de acquir. poss.* Secundo vt non intentetur hypotecaria, sed conditio dictæ *l. fin. C. de acquir. poss.* sic intelligendum esse dicit *Neguš. de pignor. 1. memb. 8. par. nu. 17.* latè *Alex. in dict. l. exitus in fin. ff. de acquir. possess & Aret. in cons. 116. col. vlt.*

24 Hoc itaque casu vigore hypotecæ constitutæ cum dicta clausula potest recta via

agi super bonis à tertio possessis,& tunc dicitur iudicium assistentiæ, & procedit absque discussione principalis. dixit *Galupp. dicta prax. in cap. 9. nu. 27. p. 2. Affl. decis. 139. num. 6. Capic. decis. 34. nu. 2.*

25 Et in hoc iudicio solent practici in libello mētionem facere de dicta clausula constituti seu precarij, & fit iudicium audito hoc tertio. & ita seruari ait dictus *Galupp. dict. cap. 9. n. 29.* vbi reprobat *Marant. in tit. de exec. sententia nu. 33. p. 6.*

26 Iudicium hypotecarium est quando creditor vigore suæ hypotecæ se dirigit contra tertium possessorē rei hypotecatæ eoque citato petit quod scilicet declaretur talis res hypotecata quo declarato ea res vendatur, & de pretio soluatur,& satisfiat ipsi creditori,& iudicium quod intentatur dicitur petitorium *l. pi-*
27 *gnoris ff. de pignor.* Estque † actio directa vt declarat *Bart. in l fin. ff de saluiano interd.*

28 Ex quo infertur quod à sētentia lata super hypotecaria de iure regulariter poterit appellari vt ait *Bart in l. 1. C. saluian. Interd. & ibi etiam Salyc.*

29 Saluianum interdictum est duplex directum, & vtile.

30 Directum † est quod competit soli locatori contra conductorem prædij rustici, quia verba interdicti loquuntur de tali locatore, & conductore vt *in l. 1. in princ ff. de saluia. interd.* Saluianum enim interdictum principaliter fuit introductum in fauorem locatoris contra conductorē prædij rustici pro adipiscenda, scilicet, possessione rerum tacitè obligatarum pro pensione, & quando in aliqua dispositione iuris concurrunt verba,& mens legislatoris, tunc habet locum, & oritur actio directa vt *not. Gloss. Bart. Alex. & alij in l. curatoris C. de negot. gest.*

Vtile verò saluianum interdictum est quod competit locatori prædij vrbani contra inquilinum, & ratio est quia ex mente legis, & dicti interdicti colligitur, quod illud interdictum venit etiam dandum locatori prædij vrbani contra inquilinum, & etiam cuilibet creditori contra debitorem vt declarat *Bart. in l. 1. in princ C. de saluiano interd.* Propterea ex mente legis datur etiam illis interdictum hoc; At quia hoc non procedit ex verbis legis, sed ex mēte dumtaxat, ideo non datur illis directum, sed vtile interdictum, quoniam quando habet locum mens, & non verba oritur solum vtilis non directa actio. vt per *Gloss. & Bart. in l. curatoris C. de negot. gest.*

Vti-

Vtile igitur saluianum interdum etiam competit creditori pro adipiscenda possessione bonorũ debitoris, obligatorum creditori, existentium apud tertium possessorem. *Rot. Rom. in recent. apud Farinac. decis. 294. num. 4. p. 1. Put. decis. 207. nu. 2. lib. 1. Luna cons. 38. nu. 37 per text. in l. 1. ff. de saluia. interd.* Et etiam apud debitorem ipsum, quia tunc competit ex mente legis, & quia verba deficiũt datur vtile, & non directum interdictum. declarant *Glos. Bart. & alij in l. 1.* (& idem textus) *in princ. & §. 1. de Saluia. interd. & Glos. Bart. & Salyc. in l. 1. C. eod.* & perbellè declarat *Negus. de pignor. 1. mẽb. par. 8. n. 4.*

31 Et hoc Saluianum interdictum dicitur à Saluio authore. vt vult *Salyc. in rub. C. de*
32 *Saluia. interd.* Et est † iudicium possessorium quia in eo de sola possessione contenditur; & ideo à sententia lata super eo non licet appellari de iure ciuili. *l. vnica C. de momen. poss.* Ita firmat *Bart. in dict. l. 1. ff. & C. de Saluian. interdict. Aret. Instit. de actio. §. item seruiana in 5. col. Corn. in cons. 190. vol. 1. in lit. C. & F. Ias. autem in l. 1. C. de bon. poss. secund. tab.* refert non nullas fallentias.

33 Scias tamen quod, vt obtinere possis in saluiano interdicto, extrema saluiani probare debes. Extrema autem sunt duo, nempe, creditum cum hypoteca ex parte creditoris, & possessio ex parte debitoris tempore hypotecæ vel post. Et si intentatur contra tertium possessorem aliud, & sic tertium probari debet extremum, nimirum possessio tempore litis penes istum tertium conuentum. vt per. Rot. Roman. recent. apud *Farinac. decis. 294. nu 3 & 4 decis. 307. nu. 4. decis. 387. num. 1. par. 1. & decis. 324. part. 2. Eadem Rota apud Oliuer. coram Ludouis. decis. 491. nu. 6.*

34 Nec in Saluiano interdicto requiritur excussio principalis *Rot. Rom. recent. decis. 760. nu. 2. post medium. p. 2. apud Farinac. Surd. cons. 4. à num. 32. ad num. 37. vbi multos citat Crau. cons. 201. num. 45. Rol. à Vall. cons. 9. nu. 18. lib. 1. Socc cons. 80. col. 2. lib. 3. Ant. Gabriel. in tract. comm. opin. tit. de fideiubs. lib. 3. concl 1. num. 108.* tenuit etiam *Rot. Rom. apud Postium in decis. 206. nu. 44. ad num. 47 post tract de Manuten. ex Pacific. de Saluian. interd. insp. 2 c. 2. n. 72. cum seqq Bellac. in tract. comm. opin. tit. de fideiussor. tit. 25. nu. 120. Dec. in l fin. col. 1. ff. si cert. pet. Cappell. Tholos. decis. 50. in fine* Idem *Surd. cons. 44. nu. 14. Bertran. cons. 199. col. 2. vol. 2.* refert pluries decisum, licet vi-

videatur dissentire *Abruzz. super prag. de mod. proced. p. 2. c. 2. nu. 172.* qui multos citat. Ita esse verissimum, & iudicasse testatur *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 45. num. 13.* tenet etiam *Surd. decis. 32. sub num. 14.* vbi de communi opinione, & sæpe fuisse decisum refert etiam *DD. in l. fin. C. de Saluia. interd. Rip. in rubr. de pignor. col. penul.* de nostratibus tenet etiam *Mastrill. decis. 109. num. 6.* vbi refert decisum in Tribunali Consistorij S.R.C. & ipse alias iudicauit confirmãdo dictam sententiam de anno 1608. & hæc est communis opinio quam communem etiam dicit *Gratian. discept. for. cap. 38. nu. 1.* vbi *num. 2.* reprobat *Beccium. Natt.* & alios per *Tessaur. decis. 51. 52. & 175. num. 4.* & testatur quod contra eos est communis opinio, & in praxi seruatur, ob quam obseruantiam non esset recedendum à dicta opinione. *Cephal. Idem tenet in cons. 320. num. 31. lib. 3.* refertque dictus *Gratian.* sic tenuisse Rotam de ãno 1597. & tenet etiam *in discept. 507. nu. 6.* quicquid dicat *Virgil. de legit. pers. cap. 24. nu. 38. fol. 414. cum sequatur Tessaur. & citatos per eum* omnes *à Gratian. loc. præcit.* reprobatos. Et hanc vsu receptam opinionem esse testatur *Gait. de credit. c. 9. qu. 7. nu. 776. & seq.* & magis communem, & veriorem ac semper ita obseruari in practica dicit *Idẽ Gratian. decis. March. 15. nu. 8.* Et hodie tam in foro quam in scholis canonizzatam, & ab ea in iudicando, & consulendo nullo pacto recedendum affirmat. *Scapucc. de Saluian. interd. qu. 19. nu. 4. ante finem lib. 2.* Et denique hanc defendere opinionem Rotam testatur ex multis Rotæ decisionibus per eum relatis Petr. Ridolfin. quem vidi post hæc scripta in sua Prax. Iudiciaria p. 1 c. 6. nu. 108. fol. 344. impressa anno 1660. Hæc itaque est communis opinio *à Rot.*
35 *Romana amplexa.* Quæ † cum sit aliorum tribunalium caput, exemplar, magistra, & mater est tanquam speculum ante nos positum ad imitandum *Felin. in c. quoniam §. porro col. 4. vt lit. non contest. Gomez. in proem. Cancell. Reg. qu. 2. col. 8. vers. quarto pro ista parte.* Egregiè ait *Gratian. decis. 1. num. 2.*
36 Authoritas † autẽ Romanæ Rotæ maxima est quia facit communem opinionem, & nõ est verisimile errare propter insignem doctrinam, & sapientiam tot. & tantorum patrum qui in ea interueniunt vt aiunt *Neuiz. in Sylu. nupt. lib. 5. num. 62. in fin. Gomez. loc. præcit.* & optime firmat *Surd. in cons. 403. nu. 84.* Igitur hæc est verior, & communior opinio se-

fecundum quam ego obtinui in M. C. Episcopali Agrigentina pro Ven. Confraternitate Sanctissimæ Trinitatis Ciuitatis Suteræ de anno proximo præterito 1658.

37 Quæ cuncta procedũt præcipue in Curia Ecclesiastica in qua excussionis exceptio denegatur. vt per *Menoch. in consil. 662. num. 15. Gabr. comm. opin. lib. 3. tit. de fideiubs. concl. 1. num. 72. Caroc. de excuss. qu. 51. num. 1. p. 2.* & alij per *Barbos. in suis collect. Doctorum lib. 3. decretal. de fideiubs. tit. 22. num. 9. fol. 865.*

38 Seruianum denique interdictum est actio, quæ datur pro rebus coloni, vel inquilini tacite obligatis, & tunc dicitur proprie seruiana actio; sed quando agitur pro rebus aliter obligatis tunc dicitur quasi seruiana, quæ est eadem cum ipsa hypotecaria. *text. est in §. item Seruiana Instit. de action. iunctis Gloss. & not. per Bart. in l. 1 ff. de Saluian. interd.* Quæ Seruiana semper datur directa. vt *not. Bart. in l. fin ff. de*

39 *Saluian. interd.* † respicitque proprietatem, propterea in Seruiano vel quasi oportet probare res fuisse colonorum vel inquilinorum, vel aliorum debitorum. declarat sic *Gloss. in verb. quasi dict. § item Seruiana, & notat Bart. in l. 1. in princ. ff. de Saluian. interd.*

40 Et hæc actio Seruiana vel quasi dicitur à seruando tenet *Gloss. in dict. §. item Seruiana*

41 *dict. ver.* quasi. Suntque † hæ actiones prętoriæ respectu approbationis, licet inuentæ sint de iure ciuili. *Aret. dicto §. item seruiana col. fin.* & diffusius per *Neguf. de pignor. memb. 1. p. 8. per tot.* vbi docte, & late materiam pertractat.

Et redeundo vnde degressi fuimus, dico quod ius offerendi competit iã primo creditori aduersus secundum, quam secundo aduersus primum modo super us iam dicto. Sed videndum erit, quæ nam pecuniæ, & pro quanta summa offerri debeant?

42 Respondę quod in effectu offerens tenetur semper soluere debitum principale in iudicio deductum, seu pro quo processit adiudicatio, & alienatio, expensas, & interesse. *Berrect. in consil. 149. num. 3. Mut. decis. 12. num. 8. Mort. de iure offer. num. 68. & seq.* Quoniam debet primus creditor illesus remanere, saltem ex ęquitate. *Peregr. de fideic. art. 50. nu. 58. Mut. dict. decis 12. nu. 8. & Ann. alleg. 24. num. 4. & seq.*

43 Ac † depositari debent omnes pecuniæ alijs anterioribus solutæ *Benint. decis. 77. num. 6. Mandell. in consil. 25. num. 12. Mut. decis. 12. num. 8. in fine. & Lanar. consil. 75.*

Sed

44 Sed quid si primus creditor qui in secundo decreto se accollauit annuum censum, quem inde redemerit, an secundus creditor vt in iure offerendi obtineat, capitale dicti annui census etiam depositare teneatur, an vero primo creditori annuum censum prædictum soluere possit?

Respondeo negatiuè sed tantum ad solutionem annui cēsus teneretur, ratio est quia de iure creditor posterior hoc in casu subrogatur loco debitoris vulgatis iuribus per *text. in l.1.C si antiq. cred. vbi Bart. & alij* Idem tenet *Affl. decis.* 16. Et eodem modo quo debitor ipse non tenebatur depositare, nec soluere capitalia redditūum annualiū redemptorum, ita nec ipse posterior creditor. Satis enim erit ea onera accollare, pro vt primus creditor in adiudicatione illa sibi accollauerat *Mut. decis.* 12.*nu.*12.*ex Peregr. de fideicom. art.*50.*num.* 50. *Gail.obser.*19. *lib.*2.*per text.in l. statu. liber.ff. de stat.liber.Boer.decis.* 12.*nu.*2.

45 Tenetur enim debitor redimere volens rem adiudicatam tantum soluere debitum pro quo processit executio, & capta quindena, nec est necesse vt debitor soluat alia debita accollata. *Bald.in l. res C. de pignor.Mut.ead.decis.* 12.*nu.* 14. vbi ait quod nec poterit hoc casu creditor pro alijs debitis vti iure retentionis, secus tamen esse existimo in debitis pro quibus elapsa sit quindena, quæ soluere teneri debitorem dico. per ea quæ docet *Mut.decis.*12.*sub nu.*14.*& nu.* 15.*cum seqq.*

46 In benefactis vero sufficit fideiubsionem de non liquidis præstare, & si competat possessori pro eis retentio. sic in terminis tenent *Mut. dicta decis.*12.*nu.*25.*Ang.in l.*4.*§.ait prætor ff.de re iudic.* qui multos citant. Idem tenet *Costa noster in cons.*76. *num.* 17. Nisi † in

47 sententia iuris offerendi dictum sit (*solutis prius benefactis*) quia tunc nō sufficeret dicta fideiubsio de illiquidis. *Mut. super rit.*104 *nu.* 4. *& in decis.* 12.*num.* 27. *& decis.* 21. *vers. neque obstabat.& Mastrill. decis.*98.*per tot.*

48 Prædicta intelligas procedere in alijs debitis per primū creditorem adiucatarium accollatis, & per eum solutis, non autem in suo credito anteriori. Nimirum si esset creditor in vnciis centum, & pro quinquaginta executionem exercuerit pluris petitione silua, & ad adiudicationem alicuius prædij processerit pro vnceis quinquaginta, pro quibus processit executio cum onere sibi soluendi, & compensandi alias vnceas quinqua-

quaginta ad complementum eiusdem crediti sui, tunc, & eo casu secundus creditor nō solum soluere teneretur primo creditori pecunias in distractione contentas, & expressas atque expensas, verum etiam omne eius creditum anterius, nempe dictas vnceas quinquaginta ad complementum sui crediti *tex. est in l.fin.C.qui potior § fin. ff. eod. l. secundus C. de pignor.Milan.decis.12.num. 120.lib. 2. Castill. decis.52.nu.1.Intrigl.sing.201. n.49.lib.2.Mastrill.decis. 119. num.3.& 4.*

49 Sed & si duo haberet credita vnum anterius, alterum posterius, teneretur secundus creditor tantum debitum anterius offerre, non etiam posterius. *Neguſ.de pignor. dict. memb.3 num 11.l.querebatur ff. qui potior. in pign. hab. Intrigl. sing 201.nu.15.lib.2.*

50 Quinimo non solum pretium teneretur soluere, verum etiam, & eius augmentum in valore, & beneficio temporis. *Costa Siculus in cons. 76.nu.4.& 5.Castill. in add.ad decis.52.*Ratio est, quia ius offerendi non est concedēdum cum damno primi creditoris, qui omnino illesus debet remanere ex multorum sententia, & presertim *Lanar. cons. 29.nu.9.Surd.cons.514.nu. 14. lib.4.*& alij per dictum *Cost.in cons.76.nu.7.*qui in *num.13 & 14.* vult quod eodem modo, quo tenetur primus creditor soluere pretium, ita, & secundus. Ita vt quod per primum in promptu solutum est, & quod in terminis, aut catamenis per illum solutum fuit; ita ijsdem terminis, catamenis,& conditionibus tenetur soluere secundus pro vt procedit in retractu ex *l. fin. C. de iure emphiteut. de Franch. decis. 506. nu. 18.* Ac etiam tenetur soluere censum per primū creditorem solutum, licet non accollatum in adiudicatione: ex ratione quam assignat *Castill. decis. 52. numer. 9. ad finem.*

51 Hoc ius offerendi non cōpetit creditori, aduersus mulierem cui fuit assecurata dos cōstante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiā *Franc. decis.54.Ann cōs.79.Io: Baptis. Toro compend.decis.verb.ius offerendi an competat aduersus mulierem p. 1. Alba. Magis comm. opin.dicit in cons.180. & Placid. Costa ad cons. 76. sui Genitoris Fran.Costa Messanensis.* Et ratio esse potest quia huiusmodi nō dicitur vera restitutio proprie facta, sed est potius assecuratio, vt vxor sua dote sit tuta, & de illis fructibus se, & familiam alat. *leg. vbi adhuc C.de iur. dot. Tessaur. decis. 45. Ricc.in add.ad Franch.decis.54.*

vbi in verf. adverte tamen; di-
cit hoc procedere quando est
pro concurrente quantitate
dotis. & tenet etiam dict.
Placit. Costa ad consil. 76. dicti
53 *eius patris*. Et † hodie ha-
bemus dispositionem *prag-
matica* editæ ab Illust. Prin-
cipe de Paternione impressæ
in tom. 2. pragmat. circa finem
§. 5. Vbi statuit quod resti-
tutiones dotium constante
matrimonio valeant pro con-
currente quantitate veri cre-
diti, & non valeant in su-
pra pluri, & hoc absque
pacto ad discursum vel alio
pinguevalenti, & possint cre-
ditores soluendo mulieri sum-
mam dotis realiter debitam,
aut instando apud Iudicem
vt eis assignentur tot bona
primo dotalia, postea ex il-
lis mariti in eadem specie,
qua fuerunt dotata, tunc
possint concurrere in restan-
ti iuxta eorum anterioritа-
tem aut priuilegium sine fi-
gura Iudicij summarie vti
in rebus palatinis, & pro
vt melius ex dicta pragma-
tica. Hoc autem in casu pra-
cticatur quod ad instantiam
creditorum fit repertorium
bonorum mulieri restitu-
torum constante matrimo-
nio ob vergentiam viri ad
inopiam, & iuxta dictæ
pragmaticæ dispositionem
relicta quantitate pro satis-
factione integræ dotis; &
assecuratione dotarij seu an-
tifati, super reliquis credi-
toribus satisfit. Ex quibus
induco ius offerendi etiam
super bonis restitutis con-
stante matrimonio pro as-
securatione dotis deberi de
Iure Regni, quicquid sit de
iure communi.

54 Sed an dos per maritum
confessata ipsis creditoribus
obstet, distinguendum es-
se dico. Aut scilicet con-
stat de vera numeratione
per legitimas probationes
apparente, & obest credi-
toribus. Aut non constat
de reali numeratione, &
receptione dotis, & tunc
subdistinguitur iuxta com-
munem, & receptam opi-
nionem aut scilicet præces-
sit dotis promissio, & hoc
casu confessio inde facta
de dote recepta per mari-
tum creditoribus obstat, &
nocet. Aut non præcessit
dotis promissio, & tunc
confessio non operatur con-
tra tertios creditores. *Surd.
decis. 116. numer. 1. Perus.
decis. 66. Tessaur. decis. 32. Ce-
uall. comm. contra comm. q. 432.
Affl. decis. 402. num. 10. & 15.
Mut. decis. 83. numer. 22.* Ob-
esset tamen ipsi viro, eiusque
hæredibus. *Menoc. de præsumpt.
lib. 5. præsump. 3. Fontan. de pact.
dot. claus. 14. & fin. Gloss. vnica*

p. 1.

p.1.à nu. 31. ad finem Cutell.de donat.tract.1.disc.3.part.6.nu. 46.Magon.Luc.decis.55.n.11.

55 Et nota quod in iure offerendi oblatio debet esse realis cum depositione, & obsignatione pecuniæ *l.si ante C.de pact.inter emp.& vendit.Castil. in add.ad decis.52.vers.* Sed in his aduertendum, vbi testatur

56 † in Regno vidisse seruari à causidicis vt petant sibi competere ius offerẽdi facto prius deposito illius quãtitatis, quæ deberi prætenditur,& discussa causa fertur interlocutoria tam super admissione ius offerendi quam super quantitate quæ debetur, & exinde facto deposito traditur possessio. Verum fructus interim primus creditor lucratur, quos secundus lucraretur, si pecunias, primo creditori debitas, deponeret,& obsignaret verè, realiter, & integrè, dicitque hęc esse aduertenda,quia quotidie in praxi euenire solent. tenet hoc etiam *Mastrill.decis. 201.num.19.tom.3.vt in simili dixi Arb.seq.nu.67.*

57 Ex prædictis omnibus infero ius offerendi habere secundum creditorem primo, cui fuissent res debitoris adiudicatæ, vel in solutum datæ per Iudicem.vt dictum est supra,& tenet etiam *Intrigl.sing. 201.num.1.lib.2. Tessaur decis.*

58 *Pedam.157.num.1.& 2.*Vbi † subijcit non procedere in re data in solutum à parte quando hypoteca secundi creditoris nata fuisset post in solutũ dationem.*Crau. hoc etiam tenet in cons.298.nu.4.& cons. 100. nu.387.vol.6 Caphal.cons 550. nu.26.vol.4 Berrect. cons. 149. nu 1.& 7.* Si autem hypoteca nata fuisset ante in solutum dationem secundus creditor haberet ius offerendi non tantum primo creditori, cui fuit res in solutum data à debitore, sed etiam habet ius offerendi ementi à primo creditore, cui fuisset res debitoris data in solutum voluntariè vel necessariè *Neguf.de pignor. p.1.memb.3.sub nu.2. Salyc. in l.1.C.si antiq.cred. Intrigl. sing. 201.nu.2.lib.2.*

59 Isteque secundus creditor offerre intendens debet esse creditor hypotecarius non autem Chirographarius, qui nõ haberet ius offerendi nisi primo volente.dictus *Neguf de pignor.dict.memb.3.nu.6. Bart. in l.nulla C.de solut.Intrigl. dict. sing.201.nu.12.lib 2.* Aut nisi iste secundus creditor Chirographarius possideret quia cõuentus à primo hypotecario haberet ius offerendi, sicuti quilibet extraneus.*dict. Neguf. & Intrigl.locis pracit & l. Paulus ff. quib. mod. pign.vel hypot.* Etiam quod sit iniustus possessor, & nullum habens titulum,

lum, tamen adhuc admitteretur ad ius offerendi, & posset cogere priorem creditorem ad iura sibi cedendum *Neguſ. dict.memb.3.nu.26.* vbi de vera opinione testatur *Intrigl. sing.201.nu.26.27.lib.2.Bart. in l.mulier.ff.qui potior.in pignor. hab.Aponte conſ.29.nu.1.Salyc. dict.l.mulier.Intrigl.dict.nu.27.* vbi reprobat *Paul.de Caſt. sibi contrarium.*

60 Denique quod oblatio fieri debet congruo loco, & tempore *Bart.in l.soluturus ff. de solut. Neguſ. de pignor. part. 2. memb.3.nu.9.Intrigl.sing. 201. nu.fin.Bald. in l. acceptam qu.2. C.de vſur.*

61 Congruus locus erit Iudex competens ipsius offerentis, quia videtur prouocatus à primo creditore ad instar consanguinei prouocati ab emptore ad retractum vt dixi supra *arb.6.verſ. tertio in casu iuris* ex *Giurb.decif.25. nu.10.& obſer.2.* vbi contrariatur cum *Marin.resol.quotid.cap.*& *Mut.*

62 *in conſuet.Pan.4.nu.21.dicit* † Consanguineum retrahētem posse adire aut Iudicem emptoris, aut ipsius retrahentis cū sit in eius electione sic etiam tenet *Tiraq.de retr.*§.8. *Gloſſ. 5. num.9.*

63 Tempus congruum erit, omisso illo iure offerēdi competente possessori conuento in iudicio assistentiæ, quo in casu competit ante appretium, & adiudicationem tantum vt superius dictum fuit, in alijs vero casibus erit congruum tempus ad ius offerendi trigenarius annus, ius enim offerendi etiam debitori competens præscribitur spatio 30. annorum, quando veniret iure actionis. *Gloſſ.in l.cum notiſſimi* §. 1. *& ſeq.C.de praſcr. 30. annorum vbi Gloſſ. Menoch. conſ.201.nu.83.vol.2.Couarr. lib.1.var.resol.c 9.num.3. verſ. deinde Cagnol.in l.2.num.81.C. de pact.inter empt. & vend. Intrigl.sing.201.n.45.lib.2. Gaill. obſer.18.n.12.lib.2. de Franch. decif.69.nu.12.*

Secus autem si competeret per modum exceptionis, quia tunc perpetuo intentari posset *Neguſ. de pignor.dict. memb. 3. num.54.in fine Arct.*§. *actionem nu.54.Inſtit.de actio.* vbi testatur communem opinionem. *Iaſ.in l.quamdiu col.2.ff. de acquir.hared.Crau.conſ.71.nu. 4.* & alij per *Intrigl.dicto ſing.201. nu.46.*& *Pariſ.in conſ.97.n. 60. vol.3.Couarr.dict.c.9.nu.3.*

Sed si comparuisset infra triginta annos offerendo etiā verbaliter posset obtinere etiā post triginta annos infra annos alios triginta à die interruptionis realiter tamen deponendo.docet *Maſtrill. decif. 301.nu.29.& 30.tom.3.*

SVM-

SVMMARIVM ARB. XXI.

Quilibet de re sua disponere potest pro ut vult, & quare nu. 1.
Amplia in rebus spiritualibus num. 2.
Nemo potest se obligare in praeiudicium animae suae nu. 3.
Quilibet est dominus bonorum spiritualium nu. 4.
Bona nostra spiritualia possumus alijs largiri nimirum valorem satisfactorium, & impetratorium nu. 5.
Homo liber potest se ipsum vendere nu. 6.
Quilibet consuetudine, aut statuto, consanguineo, aut vicino vendere cogitur nu. 7.
In retractu, vbi non est consuetudo, seruatur statutũ Imper. Fider nu. 8.
In hoc Regno aliqua Ciuitates circa retractum consuetudines habent nu. 9.
Agrigenti Patria mea circa retractum seruatur ex priuilegio consuetudo Panormitana num. 10.
Summarium consuetudinis praedicta Panormitanae num. 11.
Doctores aliqui super retractus materia scribentes referuntur num. 12.
Retractus locum habet in venditione stabilium nu. 13.
Sed quid in locatione nu. 14.
Quid si alienatur res per donationem inter viuos quod non num. 15.
Amplia si esset facta venditio, & statim pretium remissum, & datum nu. 16.
Retractus non datur in donatione causa mortis nu. 17.
Nec si praedium fuerit in testamento relictum nu. 18.
Nec in permutatione nu. 19.
Intellige nu. 20.
Nec in iure censuali iuxta formam Bullae nu. 21. & quare ibid.
Nec in venditione aquae nu. 22.
Retractus habet locum etiam in feudalibus nu. 23.
Feudum venditum agnati retrahere possunt nu. 24.
Verbum (Collaterale) quid importet nu. 25.
Ius congrui impeditur peti, vbi est via vicinalis in medio duarum terrarum nu. 26.
Ita etiam si aliud praedium sit intermedium ibid.
De iure non impeditur ius congrui via de medio existente num. 27.
Tempus quo vicinus retrahere possit quid sit nu. 28.
Tempus hoc currit minoribus, Viduis, & alijs priuilegiatis num. 29.
A quo die currat hoc tempus nu. 30. 32.
Ius retractus praescribitur, & per qua tempora nu. 31. 74.
Tempore infra quod retractus ad-

Si

Et

ARBOR XXI.

DE TEMPORE INFRA QVOD VICINO AVT Consanguineo competat ius prothomiseos ad Intellectum Consuet. Panor. cap. 26. cap. 27. cap. 28. cum declarationibus ibidem, & Constit. Regni incip. sancimus amodo.

1 QVilibet de re sua disponere potest, pro vt vult. *l. in re mandata C. mandati l. 2. C. de Noxal. & l. nemo C. de Iudeis.* Quia quorum quis est dominus debet aliquando posse ea consumere, & perdere. *l. sed si lege §. consuluit ff de petit. hered. Gomez in tract. de potest. in se ipsum c. 1. n. 11. lib. 1.*

2 Neque hoc solum locum sibi vendicat in bonis, & rebus temporalibus, sed etiam in aliquibus bonis spiritualibus, de eis enim quilibet eorum Dominus disponere vti-
3 que poterit, & si nemo † possit se obligare in praeiudicium animae suae. *Arag. 2. 2. qu. 4. per*
4 *tot.* † de aliquibus tamen bonis spiritualibus sumus Domini, & de illis possumus disponere vt tenēt *Melchior Cano. in relect. de poeniten p. 4. ad 2. Argumentum. Aragon. in 2. 2. qu. 62. tract. de dominio. col. 42. vers. est, & aliud dubium.*

5 Hinc est quod aliqua bona nostra spiritualia alijs largiri possumus, nimirum valorem satisfactorium, & impetratorium vt per *S. Th. m. in 4. dist. 35 qu. 2. Nauar. in Manual. de Oration. & hor. canon. cap. 20.*

numer. 44. *cum seq.*

6 Insuper plena libertas est posse sibi libertatem adimere. Ideo quilibet homo liber seipsum vendere potest, & in seruitutem redigere. *l. in seruorũ. l. homo liber. ff. de stat. homin. l. sed nunc* 4. *l. liberis* 7. *§. l. cum pacto* 40. *ff. de liber. caus.* hanc defendit opinionẽ diffusius *Gom. in tr. de potest. in se ipsum lib.* 2. *c.* 17. Merito quilibet de re sua disponere potest pro vt vult.

7 Verum hodie quilibet cõsuetudine (eaque in loco aliquo deficiente) ex vi statuti consanguineo, aut vicino vendere cogitur, alijs non consanguineis, aut vicinis vendere intendens. Adimitur enim ei hac in parte libertas. Quia ius cõgrui est permissum vbi est consuetudo. vt not. *text. in cap. constitutus de restit. in integr.*

8 † Et vbi non est consuetudo in contrarium seruatur statutum *Imper. Fider. inter Regni constit incip. sancimus amodo.* teste *Affl. de iur. prothom. in rubric. prope finem vers. nec obstant.*

9 In hoc Regno aliquæ Ciuitates vt est Messana, Panormus, Cathana, & similes suas scriptas habent cõsuetudines nẽpe Messana *in cõsuet.* 31. Panormus *consuet.* 26. *& seq.* Cathan. *tit.* 40. *consuet.* 1. per quas ius cõgrui seu retractus, aut prothomisios permittitur ac etiam virtute *Ritus c.* 169.

10 Hic vero in patria mea antiquitus vicini, & consanguinei veniebant ad retractum, post decem, viginti, & triginta annos sub prætextu antiquæ obseruantiæ in maximo Ciuium præiudicio. Ideo ad instantiam vniuersitatis fuit ei concessum priuilegiũ quod in iure prothomisios seruetur consuetudo Panormi tam circa tempus, quam circa fraudes, & alia. Per Illust. Don Didacum de Mõcada huius Regni Viceregem, sub die 21. Aprilis 3. Ind 1514. vt patet *in lib. priuil. Ciuitatis fol.* 103. *c.* 30.

Quę quidem Panormitana consuetudo disponit pro vt in sequentibus Summarijs Capitulorum apparet.

11 *Summarium Cap.* 26. *consuet. Panormitanæ.*

IVS Prothomisios, & consanguinitatis habet locum in venditione prædij rustici, vel Vrbani. Competit vicino infra annum mensem, hebdommadã, & diem. Et consanguineo vsque ad quartum gradum de iure canonicè computandum, infra tamen annos duos dummodo illam quãtitatem offerat quæ ab emptore offertur vltra expensas in re vẽdita factas. Hi termini currũt præsentibus in Ciuitate à venditionis tẽpore, eis tamẽ absẽtibus à reditus, præsẽtia, & sciẽtia tẽpore

eia-

atatis, Viduitatis, aut aliquo priuilegio aduersus dictam praescriptionem neminem excusante. Ex consanguineis, & vicinis propinquior praeferatur. Si vero venditio facta fuerit clam non currat terminus, nisi à tempore quo facta venditio ad notitiam consãguineorum, & vicinorum perueniat. Si vero fiat ab emente donatio vel permutatio aut venditio de re mobili ad immobile non obstat consanguineo vel vicino. Sed si sit de re immobili ad immobile non valet: Nisi fiat coram Pratore vel Iudice praestito iuramento per permutantes, quod ea sit vera, non simulata in fraudem consanguinei, vel vicini. Alias habet locum ius prothomisii, oblata ei vera rei extimatione, quæ in excambium tradita fuerit competit etiam de re donata, nisi donatio facta fuerit coram Pratore aut Iudice, & de pretio ob suspicionem fraudis praestent contrahentes coram tabellione vel Notario publico qui intersit in contractu ad quatuor Dei Euangelia corporaliter iuramentum, quod tantum est in rei veritate pretium rei, quantum asserunt contrahentes; alioquin procedat extimatio ipsius rei vendita.

Summarium Cap. 27. consuet. Panormitana.

EXcluduntur à retractu Fiscus, Ecclesia, Monasteria, Comites, Barones, Iudei, & Saraceni.

Summarium Cap. 28. consuet. Panormitana.

QVI habet rem liberam vicinam rei vendita praefertur possidenti rem vicinam censui, vel seruituti obnoxiam, & consanguineus strictior in gradu remotiori praef rtur, possitque consanguineus, vel vicinus infra tamen tempus à quocumque recuperare. Si vero sint aequaliter vicini possidentes rem liberam vicinam pro aequali portione concurrunt. Eodem modo obseruandum est in consanguineis in aequali gradu, quod si n n concurrant ad eamdem venditionem qui prauenit sit potior: Ita tamen quod alteri consanguineo vel vicino absenti vel ignoranti à die sua reuersionis, & scientia infra mensem vnum pro portione sua tantummodo admittitur ad venditionem pradij, vel fundi praedicti.

Summarium prima declarationis.

QVod contrahentes palam, & publice in conuicinio celebrent emphiteuticarium seu censualem contractum, ita quod verisimile, contractus possit ad vicinorum, vel ad consanguineorum de quibus agitur notitiam peruenire, & quod contrahentes in-

iurent in manu persona publica quod vere, est contractus emphiteuticarius vel censualis, & non simulato colore factus in fraudem consanguinei vel vicini, alias sit nullius roboris, & recuperari possit illa res per consanguineum vel vicinum, ac si pura facta sit venditio. Si vero post modum directus dominus in emphiteutā ius prædictum transtulerit, ius retractus competit pro dicto prædio intra tempora præfinita per consuetudinem prædictam modo, & forma declaratis, sed si directus dominus alio titulo in quo nullum interueniat pretium rem alienauerit, recuperari potest per vicinum vel consanguineum soluto pretio taxando per curiam. Et si directus dominus dictum ius in tertium transtulerit mediante pretio competit dictum ius vicino soluto pretio prædicto emptori. Et pro euitanda fraude contrahentes iurare cogātur nec plus nec minus esse pretium iuris prædicti venditi sed tantum, quantum in ipso contractu asseritur. Si vero pretium non interuenerit, sed alienatio dicti iuris fuisset alio titulo facta, nullum competit ius retractus; Nisi iste tertius trastulerit illud in emphiteutam, tunc enim competit de toto prædio. At si ius directi dominij ex causa dotis, vel in vltima voluntate alienetur, tunc cessat ius retractus.

Summarium secundæ declarationis tempore Regis Fiderici facta.

Venditione facta vni ex vicinis, alter ex vicinis recuperat medietatē ipsius pradij vēditi, sed sit in electione primi vicini emptoris totum prædium, vel medietatē restituere soluto prius pretio, & iustis expensis infra terminum in consuetudine præfinitum, & idem in consanguineis obseruetur, iuxta gradum. Et quod summarie, & ex abrupto procedatur super recuperatione prædicti iuris prothomiseos, auditis tamen defensionibus partis aduersæ, appellatione remota, sed solum supplicatio per viam grauaminis admittatur.

12 Scias docte lector in hac iuris Prothomiseos materia non nullos doctissimos viros satis abunde scripsisse precise. *Tiraquell.* qui tā bene in materia scripsit quod parem non habuit, minime habere poterit. *Afflict.* etiam commentando *constit. sancimus* amodo diffusius materiam peregit, ac etiam *Mat.* qui super prædictis tribus consuetudinibus, earumq; declarationibus plures, ad illarum explicationem, necessarios adnotauit casus. Quam obrem ne alienos vendi carem labores apud eos te remitto. Verum tamen ne

sub

fub filentio hac in parte pertranfeam ad intellectum eiufdem confuetudinis, in hac Ciuitate feruandæ, aliqua ex neceffarijs,& vfufrequentibus neceffariora, & frequentiora notabilia referam.

13 Scias itaque quod retractus locum fibi vendicat in venditione prædij rufticani, feu vrbani ex dicta *confuet.cap.*
14 *26.* Sed † quid in locatione? refponde affirmatiuè ex difpofitione *Conftit. Sancimus amodo.* vt per *Afflict in dict.conftit.in princ.nu.25.* & *Maftrill. decif. 4. num. 9.* Non obftante confuetudine Panormitana *dict.cap. 26.* dante retractum in venditione, quia non ex hoc excludit locationem in qua ftante conftit. prędict. conceditur ius congrui. *dict. Maftrill.dict.decif. 4. num. 13.* Quod procedit etiam fi locatio fit ad breue tempus. *Affl. in dict. Conftit. fancimus amodo in princ.nu.35.* vbi affignat rationem quia ifta litera loquitur generaliter non diftinguendo inter locationem ad longum vel breue tempus, fic nec nos diftinguere debemus *l.de pretio ff.de pub.l.1.§.generaliter ff de legat.praeft. Afflict.ibid.* hanc defendit opinionem, & *Abbruzz.in fua practicab. lectura in rubr.num.64.& num.65.* dicit hanc probabiliorem effe opinionem, multos allegat, & decifum in M. R. C. fuiffe refert.

15 Si vero alienatur res per actum donationis inter viuos vicinus non poteft petere ius congrui, & hoc iure vti teftatur. *Affl.in dict.conftit. §. 3. licet enim num. 8. Tiraq. de retract. lignag.§.1.Gloff.14. nu. 90. Intellige tamen vt infra num. 91. & feqq.*

16 Etiam fi effet facta venditio, & ftatim pretium remiffum,& datum. *dict. Tiraquell. loc.cit.nu. 123.* quem fequitur Muta fuper *Confuet.Panor.dict. cap.26.num.182.* vbi reprobat *Corafium lib. 3. Mefcellan. cap. 3. num. 4.*

17 Idem procedit in donatione caufa mortis, quia in ea nec locum habet retractus. *text. in l. 1. C. de fund. patri.lib. 11.* quem allegat *Bald. in l. fin. C.de pradi.Curi.lib. 10. Affl.loc.*
18 *prox.cit.nu.9.& nu 10.* † dicit non habere locum retractum quoties prædium relictū fuerit in teftamento.

19 Neque locum habet in permutatione *Affl in dicta conftit. Sancimus §.3.num.11.fol. mihi*
20 *49.* Præftito tamen iuramento quod permutatio fit vera. *Mut.fuper. confuet. Panor. dict. cap.26.nu.186.*

Hoc tamen procedere intelligas, fi permutatio fuerit facta de re immobili ad immobilem. Secus fi permuta-

tio

tio fiat de re mobili ad immobilem, quia tunc nõ oberit consanguineis vel vicinis. Idē est in pignoratione absque spe reluitionis *Mut. dicto cap. 26. nu. 183.* sed si permutatio fiet de re immobili ad immobilem seruanda est solemnitas. de qua *infra nu. 95.*

21 Minus procedit ius retractus in iure censuali iuxta formam Bullæ. *Anton. Scibecca in suis adnot. ad Consuet. Panorm. dicto cap. 26. quem refert Mut. ibid. num. 19.* vbi dat rationem quia census dicuntur tertia species bonorum; nec veniunt appellatione immobilium, & statuta debent proprie, & stricte intelligi.

22 Insuper nec habet locum in venditione aquæ *Mut. dict. Consuet cap. 32. nu. 37.*

23 Procedit etiam retractus in venditione prædij Vrbani, vel Rusticani etiam feudalibus. *Tiraq. de retract. §. 1. Gloss. 3. nu.*

24 4. Propterea † feudum venditum agnati retrahere possunt. *Io: Thom. de Marin. in tract. de gen. & qualit. feud. tit. 2. nu. 68. & seq. Clar. in § feudum qu. 42. cap. 1. § præterea.* vbi *Bald. quib. mod. feud. amitt.* & alij per *Mut. super consuet. Panor. dict. cap. 26. nu. 14. cum seqq.* vbi de materia docte pertractat.

25 Aduertas quod textus dictę consuetudinis Panormitanæ *cap. 26.* dicit vicinum eius habentem contiguam, vel collateralem possessionem admitti ad retractum. Et ly (*Collateralem*) censetur de vicino immediato, qui si dixisset simpliciter vicinum, intelligeretur etiam de remoto. vt docet. *Bald. in l. non solum ff. de oper. nou. enun.* vbi *Ias. in princ. sequitur etiam Mut. dicto cap. 26. num. 11.*

26 Hinc est quod ius congrui impeditur peti vbi est via vicinalis in medio duarum terrarum, quia vicinitas non videtur immediata, cum terræ non sint collaterales, nec contiguę. habemus etiam textum expressum hoc idem disponētem. nimirum *Cap. Reg. Alfon. 199 & Mut super cap. dict. Regis 194. tom. 4. nu. 14.* Et idem procedit si aliud prædium sit intermedium, quia cessat contiguitas Idem *Mut. in adnot. ad dict. cap. 194. Reg. Alfonsi lit. F.*

27 Licet † de iure non impediatur. *Affl. decis. 62. Benedell. tract. de retract. in rubr. nu. 48. Mar. Mant. in l. dudum C. de contrah. empt. idem Affl. in const. Sancimus amodo num. 53. cum seqq. in addit.*

28 Terminus autem quo vicinus retrahere potest virtute eiusdem consuetudinis erit annus, mensis, hebdommada, & dies. Et quare dies etiam ponatur declarat. *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 11. n. 17.*

quem

quem refert *Mut. super consuet. Panor cap. 26. nu. 89.*

29 Et currit minoribus, Viduis, aut aliter quomodocũq; priuilegiatis. *Mut. loc. præcit. nu.* 94. & expresse cõsuetudo prędicta dictat.

30 Verum vicino aut consanguineo currit à die scientiæ, quæ quoad præsentes, ex præsentia semper præsumitur. Si tamen venditio publicè, & non clam facta fuisset. Si verò clam dum ad eorum scientiam non venit supra dictum tempus currere non dicitur. pro vt clarè dicit ipsa consuetudo. ibi (*venditiones autem*) docet *Mut. dict. cap. 26. n.* 167.

31 † Vbi hoc intelligit, dummodo non fuerint lapsi quatraginta anni, ex quo tunc excluduntur consanguinei, & vicini quia tali temporum cursui præscriptum videtur late *Tiraq. de retract. lignag. §. 1 Gloss. 10 nu. 15 cum seq Caual. decis. 12. p. 1 & d cis. .o. p. 2.*

32 Et à quo die incipiat currere hoc tempus vide *Giurb. decis. 77. n. 7. cum seqq vbi bene.*

33 Quo termino elapso retrahi non potest, sed vicini, & consanguinei excluduntur, & nullatenus audiuntur, alias si nihil de tempore esset dictum quandocumque retractio fieri posset. *Tiraq. de retract lignag. §. 1. Gloss. 10. nu 10. & nu 35. Mut. dict. cap. 26. num.* 110. Pro vt erat antiquitus hic Agrigenti dum admittebãtur post decem, viginti, seu triginta annos. Et propterea ex priuilegio fuit dispositũ quod seruetur in iure Prothomiseos consuetudo hæc *Panormitana. vt dixi circa princ. nu.* 10.

34 Aduerte tamen quod vicinus collateralis prædij possessionem non tantum habere debet, sed etiam iũctam cum dominio. Vnde simplex conductor non habet remedium hoc. *Mut qui melios citat dict.*

35 *cap. 26. nu.* 24. Nec † vsusfruc-

36 tuarius Emphiteuta † vtique, quia habet vtilem dominium. *Affl in constit. Sancimus amodo in priuilegijs nu.* 37.

37 Debet etiam habere prædium vicinum, eiusdem speciei, vt alijs præferatur: nempe si prędium venditum esset vrbanum, vrbanum debet habere contiguum prædium, quia tunc præfertur habens rem similem eiusdem qualitatis. docet de Paternione quẽ refert, & sequitur *Cumia super rit. cap* 105 S. vero res vendita esset vrbana, & vicinus haberet rem rusticam existimo admitti debere vicinũ, si tamen solus sit concurrens cum sufficiat vicinum esse virtute nostræ consuetudinis generaliter loquentis ob quam cessat regula, quod rusticum non trahit ad se vrbanum quam-

re-

refert. *Mut. dict. consuet. Panor. cap. 28. nu.* 38. vbi in fine credit retrahere posse licet cogitandum inde relinquat.

In concursu autem inter vicinos retrahere volẽtes præfertur qui maiori parte prædij contiguitatem habet, alteri qui pro minori parte cõtiguus est, & etiam qui pro maiori parte consors est. *Spect. Franc. Cost. Messanensis in consi. 46. n. 2.*

38 Voluit etiam consuetudo prædicta vt bona in familia, & agnatis conseruentur vt docet etiam. *Dec. in cons. 619. per totum.*

39 Propterea consanguineus admittitur ad retractum iure sanguinis & hæc est mens dictæ consuetudinis vt testatur *Mut. ibid. cap. 26. nu.* 144.

40 Verum vt ad retractum venditoris cõsanguineus admittatur, eum cum venditore vsque ad quartum gradum inclusiuè coniunctũ esse oportet, sic dictat consuetudo. & docet etiam *Afflict. super dict. constit. Sancimus amodo §. item de ipso col. 3. Mascard. de probat. concl. 73. lib. 1.* Secundum ius canonicum computandum, non secundum ius ciuile. sic disponit eadem *Consuet. c. 26. licet Costa Messinen.* ex illa cõsuetudine *in cons. 50. num.* 4. de

41 iure ciuili computandum esse asserit. Licet essent aliquæ cõsuetudines permittentes retractum vsque ad sextum, septimum, octauum, & vlteriorem gradum. vt ex *Tiraquell. de retract. in Gloss. 9. §. 1. nu. 25. Costa prædictus in cons. 94. nu. 1. & 2. & cons. 50. nu. 2.*

42 Consanguinitas ista omnino probanda est; cum erit fundamentum, & intentio consanguineorum retrahere vo-

43 lentium. † Istaque probatio distinctè fieri debet, non pro vt illa, quoad Patrem, & Filium, Maritum, & Vxorem, que sufficit vt probetur se pro consanguineis habuisse, & tractasse vt ex. *Anchar. in cons. 52.* sed includendo, & ostendẽdo gradum in quo est coniunctus, alias docendo se esse consanguineum sine certa graduum computatione probatio esset incerta. quæ posset vel non includi supra dictum quartum gradum, & tunc tãquam non reuelãs reijceretur cap in præsentia extra de probat. Imo contra producentem talis incerta probatio interpetraretur. *Dec. in l. contrahenda prope princ. ff de reg. Iur. Hostien. Inn. & Abb dicto cap. in præsentia* quos refert, & sequitur *Mut. in dicta consuet. cap. 26. nu. 142. & 143.*

44 Si vero filius vendens sit in patris potestate, Pater ipse rem venditam retrahere nequit, ita, & filius si pater vendit *Giurb. obseruat. 24. numer.* 4.

vbi

vbi reprobat *Surd.in conf.* 116. *nu.*27. *Turret.conf.* 23. *num.* 8. *to.*3.& alios citatos per ipsum met *Giurb.dict. obser.* 24.*nu.*1.

Secus tamen est si patre alienante defuncto, filius hæres iure sanguinis alienatum retrahere velit; quia posset. Idem *Giurb.dict.obser.*24.*n.*10. vbi hanc veriorem esse opinionem testatur. *& num.* 11. limitat hoc non procedere, si filius hæres esset indiscretus, nempe non confecto inuentario.

45 Aduertas ò Doctor quod consanguineus retrahere volens de iure debet esse legitimus,& naturalis, vt admitta-
46 tur, quia si esset † bastardus ius congrui ratione consanguinitatis nõ haberet. *Intrigl. sing.* 329.*num.*1. *lib.* 1.Bastardi enim iura sanguinis non habent.secundum *Bart in l.fin ff.*
47 *de verb. signific.* Nec † possunt dici agnati,vel cognati.vt *in l. spurius ff. vnde cognat. Bald.in l. testamento C. de testam. milit.*
48 Minus † appellatione coniũctorum veniunt bastardi ex *Io:And.& Innoc.in cap. nulli de rescript.*
49 Hoc etiam in legitimo, & naturali ex parentibus bastardis.*Intrigl.sing.*329.*nu.*1. *lib.*1. Quia nulla consequentia esse potest legitima ex radice corrupta *l.fin.C.de natural. liber.*& per alios ab *Affl.citatos* in dicta *constit. sancimus amodo in princ. num.* 34.*fol.*24.

50 Hoc tamen limita quoad matris lineam, (quia tunc locum habet retractus)secus est quoad patris lineam.*Bald.in l. hac consultissima. §. ex imperfe-*
51 *cto C. de testam.* Nam † vulgo concepti matri succedunt vt docet.*Gloss.in §.penul. Instit ad Orfic.*& not.*in l.si qua illustris C. eod.*

52 Secundo limita nisi aliter se haberet communis vsus loquendi qui in regione versa-
53 tur. Vnde † apud Thuscos bastardi sunt de domo. vt testatur *Angel.in l. ex facto §. si quis rogatus ff.ad Trebell. & Afflict. super dict.constit.sancimus amodo.in princ.nu* 33.*in fine fol.mihi*
54 24. testatur hodie † de generali consuetudine bastardos deferre arma domus; Et vocari de cognomine seu de casata.videmus in diem hoc etiã
55 practicari in isto Regno, & † consequenter (ait *Tiraquell.*) de generali consuetudine etiã bastardo ius cõgrui competit.

56 Tertio denique limita nisi bastardus esset legitimatus.
57 Quoniam † legitimatio tollit maculam, & omnem defectum.in *auth.quib. mod. Natur. effic. sui §. si quis vero filios. Intrigl.sing.*329.*nu.*3.*lib.*1.Et ha-
58 beatur † ac si legitime esset concepus *Bald. in l. Imperialis C.de nuptijs l. Gallus. §. & quid*

si tantum ff. de liber. & posthum.

59 Et si scire cupis quantum tempus habeant consanguinei ad retrahendum iure sanguinis, vide eamdem nostram consuetudinem *cap. 26.* vbi disponitur biennium.

60 Quod quidem tempus currit minoribus, viduis aut aliter quomodocumque priuilegiatis vt expresse dictat textus noster. ibi (*aetatis, viduitatis, &c.*) vt diximus supra in termino vicino retrahere volenti assignato *nu. 29.*

61 Nec minori prodest in integrum restitutio; cum restitutio in integrum, priuilegio minor aetatis non competat minoris, quādo cum eo nihil gestum est, pro vt esset in casu isto. *Io: de Imol. in l. cum filius familias §. in hac stipulatione ff. de verb. oblig. at.*

Vbi exclamat hoc vsque ad sydera dicitque quod nusquā hoc exeat mentem tuam, & literis aureis scribi deberet, perpetuoque notandum, refert *ibid. etiam Iason sub nu. 6* quos sequutur *Mut. dict. cap. 26. nu. 98.* de materia Vide *Giurb. obser. 46 nu. 23. & 24.*

62 Poterit tamen terminus à partibus, nempe emptore, & retrahere volente prorogari, 63 licet † per Iudicem abbreuiari non possit *Tiraq. de retract. lignag. § 8. Gloss 7 n. 30. & 65.*

64 Voluit etiam haec consuetudo quod, vt locum habeat retractus, retrahens illam offerat quantitatem, quae ab alijs offertur, vltra expensas in re vendita factas: Propterea ius emptoris deterius fieri nō debet, nec illi in aliquo praeiudicium inferatur, & nullum pati debet interesse, sed immunis discedere. *l. debet ff. de edilit. edict.* Et habere quanti fundus distractus fuit. per *Rit. cap. 198.*

65 Sed quaeri posset, an sufficiat oblatio vel oporteat pretium deponere? videtur sufficere verbalis oblatio, quia sic dictat consuetudo ibi (*dummodo illam quantitatem offerat quae ab alijs offertur*) Nihilominus pretium cum effectu offerri debet, & vt cum effectu offeratur, opus est illud deponi: Nam ius retractus non ante in iudicium deduci posse, nisi facto deposito docet 66 *Peregrin. decis. 22. n. 7.* Quod † debet esse integrum voluit *Sp. Cost. Messan in cons. 94 nu. 6 & 7.*

67 Verum inoleuit in Regno praxis, retrahentem saepe ad iudicium retractus admitti, nullo aut integro facto deposito, sed retractae rei possessionem habere minime poterit, nisi integro facto prius deposito aut eo reintegrato ex *Ritu cap. 195 & 196.* de qua praxi testatur *Giurb. obs. 34. n. 23.*

&

& *Cast.cons.praedict.§.94.num.* 8.
68 Sed † ante integrum depositum non facit fructus suos. *Giurb.obser.79.n.12. cum seqq.* vt diximus *Arb. praecd. nu.* 5.
69 Immunis igitur emptor à quo res per agnatum retrahitur debet abire restitutis ei expensis laudimij gabellae, & instrumenti *Magnald. decis.* 31. *nu.* 1. *par.* 4. *& Giurb. obser.* 34. *num.* 23.
70 Ac etiam expensas vtiles, & necessarias habere debet. Nisi
71 † proximior antea denunciauerit remotiori se velle vti iure retractus, eúque monuit ne expẽsas faciat. *Giurb. ead. obser.* 34. *n.* 23. *Mut. cap.* 26. *nu.* 120.
72 *fol.* 214. Vnde † inoleuit praxis quod retrahere volẽs, praesentato effectu (si per scripturas haberet intentionem fundatam) aut petitione porrecta, obtineat preceptum contra emptorem cum inhibitione ne scilicet faciat benefacta, nec malefacta in re retrahenda stante petitione seu effectu super iure prothomiseos, & tunc si emptor aliquas faceret impensas in re retrahenda eas amitteret, iuxta doctrinam eiusdem de *Giurb. dicta obser.* 34. *num.* 23. de materia vide etiam *Mut. dict. c.* 26. *consuet. à nu.* 112. *cum pluribus seqq.*
73 Consanguineus igitur vsque ad quartum gradum de iure canonino computandum potest ad retractum concurrere, dummodo venerit infra duos annos quoad praesentes in Vrbe cursuros à die contractus celebrati aut celebratę venditionis: alias si fuerint absentes instantia praedicta currit à die reditus; & scientiae, quia ex praesentia semper praesumitur scientia, nisi venditio esset facta clam, non publicè, quo casu dum ad eorum scientiam non venerit, dictum tempus currere non incipit. ex *consuet. praedicta*, & ibi *Mut. cap.* 26. *nu.* 167.
74 Sed si post reditum elapsi fuerint quatraginta anni, tunc consanguinei, & vicini excluduntur, non obstante quod allegarent ignorantiam contractus venditionis, quia huiusmodi temporum cursu prędscriptum videtur. latè *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 10. *nu.* 15. *& seq. Caual. decis.* 12 *p.* 1. *& decis.* 19. ac *decis.* 20. *p.* 2. *Mut. dict. cap.* 26. *nu.* 168. *consuet. Pan.*
75 Et casu quo concurrerent vicinus, & consanguineus in recuperatione praedij venditi iure prothomiseos cõsanguineus praefertur vicino secundum opinionem *Bumiae super Rit.* 106. *nu.* 5. *Giurba obser.* 46. *nu.* 25. *de Septimo super Ritum cap.* 195. & ibi *etiam Fimia cap.* 200. *lit. A. & Rizzar. dict. cap.* 195. *lit. D.*

Quia ſecundum dictum de Septimo ius ſanguinis fortius eſt quam ius vicinitatis.

In hac vero Ciuitate Agrigenti contrarium verum eſſe teneo hac diſtinctione ſubintellecta. Aut ſcilicet loquimur de iure communi aut iuxta conſuetudinem loci, aut ex diſpoſitione ſtatutaria.

Primo caſu ſi de iure loquimur: & tunc conſanguineus præferendus eſt vicino ex *Bald. in l. ſi maritus C. de in offic. teſtam. & l. Imperator ff. de pactis.* & ratio eſſe poteſt vt ſcilicet res in familia remaneat vt ait *Tiraq. de retract. lignag. in prefatio.*

Secundo in caſu quando nimirum loquimur iuxta cõſuetudinem loci, & tunc ille præfertur, quem per conſuetudinem præferri diſponitur. Nempe ſi diſponitur præferri vicinum, iſte præferri debet. Si vero conſanguineum præferri debere ſtatuitur, & tunc ille eſſet præferendus, pro vt diſponitur ex conſuetudine *Meſſana cap.* 31. de qua per *Giurb. ibid.* intra tamen tertium gradum per lineam deſcendentem computandum. vt per *illũ text.* & refert *Franc. Ant. Coſta in cõſ.* 94. *nu.* 5.

Ita etiam diſponitur ex *conſuet. Cathania tit.* 41. *conſuet.* 2. vbi *Nepet. n.* 2. *fol. mihi.* 290. de qua mentionem faciũt *Fimia ſuper Rit.* 200. *lit. A. & Rizzar. cap. ritus* 195. *lit. D.* qui *Fimia* dicit quod vbi adeſt huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt quia per ritum non derogantur conſuetudines loci, imo illæ approbantur, & ſeruari mandantur.

In tertio vero caſu quando ſcilicet loquimur iuxta diſpoſitionem ſtatutariam, & tunc conſuetudine non exiſtente, ſtatuti diſpoſitio ſeruari debet, & in Regno habemus ſtatutum *Imper. Friderici* quæ eſt *Conſtit. ſancimus amodo.* per quã diſponitur vicinum conſanguineo non vicino præferri. vt docent ibi *Afflict.* §. 8. *in princ. Rendell* §. *in primis verb. parentes num.* 14. *& ſeq. dict. Coſta Meſſan. in conſ.* 94. *num.* 5. *& Giurb. deciſ.* 76. *nu.* 4.

Quæ quidem conſtit. ſancimus amodo licet non fuerit incorporata in conſtitutionibus Regni, tamen eſt ſituata in corpore, & volumine conſtitutionum, & eſt conſtitutio *Imper. Friderici fol. mihi* 371. & omnia capitula ritus ſuper iure Prothomiſeos ſeu iure congrui ſunt extracta ab iſta cõſtit. ſancimus amodo, vt teſtatur *Aloyſ. de ſept. ſuper Rit.* 194. *lit. A.* licet diſſentiat *quoad cap.* 1. *dict. ritus de iure prothom.* quod eſt *cap. ritus* 194. *Cumia ibid. num.* 1. dicens iſtum primum capitulũ non eſſe extractum à

dicta

dicta constitutione sancimus amodo.

Ideo cum sit constitutio Imperialis ab omnibus imperio subditis seruanda est. docent *Rendell. in dicta constit. in rubr. num. 16. & seq. Anell. de Amat. in consf. 93. numer. 55. & Franc. Ant. Costa in dict. cons. 94. num. 2. & Afflict. in dicta constit. sancimus amodo in rubr. prope finem.* testatur quod dicta constitutio seruatur vbi non est consuet. in contrariũ.

Ea propter cum in hac Ciuitate non habeamus consuetudinem in contrarium illa seruanda est.

† Nec obstat asserere in hac Ciuitate quoad ius prothom. seruari consuetudinem Panormitanam ex priuilegio, de quo dixi *supra nu. 10.*

Quia respondetur per dictam cõsuetudinem super hac quæstione nil disponi, igitur relinquitur dispositioni iuris, & sic huius cõstitutionis, quia constitutiones Regni sunt in Regno iura communia. *Affl. in constit. Regni lib. 1. in proem. nu. 3. fol. 3.* & in Regno pro lege seruantur. *Glossator dictarum. constit. in proemio vers. hac autem.*

Et cum per dictam constit. sancimus amodo præferatur consanguineo vicinus, igitur in hac Ciuitate sic etiam vicinus consanguineo præfertur, & dum consuet. Panormitana hoc non disponit debemus stare constit. prædict. vt in simili casu tenet, & refert decisum in M. R. C. & confirmatum in Trib. Consistorij S. R. C. *Mastrill. decis. 4. per totam precise in num. 13.* & ibi videas quod in Regno, vbi non adest consuetudo in contrarium dicta constit. seruatur.

Nec obstant Doctores in contrarium citati, & primo non obstat *Cumia in cap. Rit. ord. suo 106. num. 5.* quia reprobatur per *Giurb. decis. 76. nu. 4.*

Minus obstat idem *Giurb. obser. 46. num. 25.* quia loquitur secundum dispositionem iuris communis, vbi potentius est ius sanguinis quam ius vicinitatis, & fundat hanc conclusionem *in Mantica,* qui loquitur de iure cõmuni, quod secus est in Regno ex vi dictæ constitutionis sancimus amodo, per quam habemus quod ius vicinitatis est potentius quam ius sanguinis, & quod ibi *in obser. 46. num. 25. Giurb.* loquutus fuit secundum dispositionem iuris communis, patet quia in casu constitutionis sancimus amodo loquutus fuit *in decis. 76. nu 4.* vbi tenet pro nostra opinione ibique reprobat *Cumiam loc. cit.*

Neque obstat *de Septim. in cap. Rit. 195.* quia ipse etiam loquitur iuxtá terminos iuris com-

communis, & sic intelligendus est quia statutum Regni ex dict. constitut. sancimus amodo clare loquitur in fauorem vicini consanguineo præferendi.

Et denique non obstat *Fimia super Rit.cap. 200. lit. A.* & *Rizzar. in c. Rit. 195. lit. D.* quia ipsi loquuntur iuxta consuet. Cathaniæ, & vbi cessaret consuetudo per dictam constitut. sancimus de iure cõgrui. Vnde inferunt quod vbi viget dictæ constitut. dispositio (vt hic Agrigenti quoad istum casum) vicinus præferendus venit consanguineo, *& dict. Rizzar. loco citato citat Afflict. in dicta constit. sancimus amodo*, qui indistinctè tenet consanguineo vicinum præferri debere ex vi dictæ constitut. per quam ius vicinitatis est potentius quam ius sanguinis in iure congrui, & notat quod si plures parentes idest pater, & mater, & Auus concurrant simul ad ius congrui, & nullam coniunctionem habent respectu rei venditæ, vicinus sola ratione vicinitatis omnes excludit, & concludit dicens. Vnus ergo vicinus excludit multos parentes quia ratione rei coniunctæ præfertur vicinus parentibus, & ista obtinui pro vicino anno præsenti 14. Indit. de mense Octobris pro Leonardo Plicato in R.C.Ciuili huius Ciuitatis Agrigenti, Iudice V.I. D Ioseph Maria Lombardo.

76 Quia ius vicinitatis in iure
congrui potius est iure sanguinis ex *constit. sancimus amodo §. 8. vbi Affl. nu. 1. cum seqq.*
77 licet † cõtrarium dicat *Aloys. de Septim super Rit.cap. 195. in princ fol. mihi 76.* nimirũ quod
78 ius sanguinis sit potius iure
vicinitatis, quod intelligas vbi
viget consuetudo in contra-
79 rium † quia illa seruari debet
80 pro vt † Cathanæ vbi per illas
consuetudines cõsanguineus
præfertur. vt per *Fimiam super*
Rit. cap. 20 lit. A. col. 2. Rizzar.
81 *super Rit. cap. 195. lit. C.* Idem †
etiam disponit *cõsuetudo Messanensis in cap. 3* ubi *Giurba*
82 Sed inter duos consangui-
neos præferendus est proxi-
mior, ex *dicta consuet. Panorm.*
cap. 26. ibi concurrentibus, de
83 iure † autem intelliguntur es-
se gradatim vocati. *l. fin. C. de*
verb. signific. Ita vt proximior
in gradu prius admittatur, &
remotior exclusus videtur per
proximiorem. *Bald. in tract.*
Prothomiseos col. 3. vers. sunt duo
vicini, & alij cit. per Mut. cap.
consuet. Pan. 28. num. 11. & 12.
84 *vbi nu. 13.* ampliat etiam si †
ille primus emptor vendidis-
set postea consanguineo ven-
ditoris cum iste propinquior
possit retrahere per rationem
assignatam *a Tiraq. de retract.*
§. 11.

§.11.*Gloss.*9 Secundo in *n*.21: ampliat licet venditor vendidisset prædium de principio alteri ex consanguineis, qui tamen non esset proximior sed remotior, quia si propinquior veniret admitteretur. Ampliat tertio in *nu*. 22. & si proximior natus non esset tẽpore venditionis sed tantum conceptus.

85 Verum proximiori fieri nõ potest iniunctio vt agat virtute *l.diffam. C.de Ingen. manum.* de qua dixi *in prax. super Rit. in ciuilib cap*.5. §. quia hoc casu dispositio dictæ legis locum non habet.tenet *Mut.in dict.cap*.28.*nu*.15.

86 Si tamen cum interpellauerit, & respondisset se omnino non retracturum amplius non audiretur. iuxta arg. eius filij qui dixit nolle succedere patri per not.à *Cyn.in l. si quãdo q. vlt. C. de in offic. testam.* & per *Mut.loc.prac.nu*.15. *&* 16. vide *infra nu*.134. *vers. quinto quæro.*

87 Duobus autem consanguineis in eodem gradu concurrentibus tunc qui prçuenit est potior virtute dictæ *consuet. Panor.cap*. 28.cum hac conditione quod veniens inde consanguineus in eodem gradu existens infra mensem à die scientiæ admittitur ad ratam portionem. vt ibi disponitur.

88 Si vero iste consanguineus esset etiam vicinus præferendus esset consanguineo tantum etiam in eodem gradu existenti. *Dec.cons.* 619. *col.* 2. *&* 3.*sub num*.7. *Mut. dict. cap*. 28.*nu*.31. vbi refert decisum, & multis rationibus hanc defendit opinionem quos sequitur *Cost.in cons* 46.*nu*.18.

89 Ex vicinis concurrentibus propinquior præfertur pro vt inter consanguineos iuxta dispositionem dictę *consuet. Pan. cap*.26.& infra habebis.

90 Quæ quidem consuetudo omnino fraudem prohibet, ita vt si in parte fieret venditio, & in parte donatio, venditio erit nulla, quia dolus, & fraus nemini patrocinari debet, quod

91 † non procedit si donatio fieret simpliciter, quia tunc cessat retractus *Tiraq*.§.31. *Gloss.*

92 14 *num*. 90. de retractu. † Et ideo donatio debet esse de integro prædio ex dict. consuet.

93 ibi quod si contingat. † Seruata solemnitate pro vt in permutatione, quæ si fiat vno

94 † eodemque tempore vel diuersis temporibus de re immobili ad immobilem, non oberit consanguineo seu vicino quoad retractum vt expresse dictat ipsa consuet. nisi permutatio fiat de re immobili ad immobilem, quia tunc non est locus retractui; cum sub venditione non contineatur. *Boer. super consuet. Biturig.* §.18.

§.18. *& decis.49.in fine. & decis.* 144. vbi ait nisi esset facta in fraudem laiè *Tiraq.* §. 30. *Gloss.* 1.*per tot.* ad quem se refert *Mut.dict.cap.* 26. *nu.* 183.

95 Solemnitas requisita in permutatione hæc est, nimirum vt fiat prædictus actus permutationis coram pretore, quæ formam inducit, conditionem, & necessitatem præcisam ac ab negat consensum ab actu. *Decian. in cons.* 72 *nu.* 36. *in* 2. quem sequitur *Milanen.decis.*2.*num.* 80. *lib.* 2. *& Mut.loc.præcit.*

Requiritur etiam vt præstetur iuramentum per ipsos cõtrahentes, quod ipsa permutatio sit vera, & non simulata nec in fraudem consanguinei, vel vicini facta, alias contractus sit nullius roboris. ex dict. consuet. & consequenter si præter solemnitates factus fuerit, res ita permutata à posse cuiuscumq; possessoris retrahi poterit, dummodo quod simus infra terminum retrahendi. bene per *Mut. dict. consu.*126 *n.*186 *& seqq.* Et tunc solui debet verus rei permutatæ valor in cuius cambium tradita fuit iuxta illius extimationem, vt dictat eadem consuetudo sic etiam in donatione facta absque dictis solemnitatibus solui debet pretium rei donatæ iuxta extimationem illius.

Sed quid si permutatio fiat cum quidam alia re, & refunditur pecunia an impediatur ius congrui, dic affirmatiuè. Secundum *Bald.* sed vide *Afflict.super constit. sancimus amodo* §.*tertius num.* 14. *& seq. fol. mihi* 49. vbi diffusè de materia.

96 Sublata tamen est commoditas iuris retractus aliquibus personis, nempe à petitione talium iurium excluduntur, scilicet fiscus Ecclesiæ, Monasteria, Comites, Barones, Iudei, & Saraceni vt ex antiqua *Panor.consu-tudine cap.* 27. & quare vide *Mut. ibid.*

97 Verumtamen Monasteria pro eis ampliandis vicinos cogere possunt vt vendant eorum domus soluto iusto pretio docenter benè *Giurb.obser.* 2.*nu.*10 *& seqq. & Mut. decis.* 8.*num.*7. sic vidi practicatum pro Reuerendis Presbyteris Congregationis Oratorij S. Philippi Nerio huius Ciuitatis contra Sacerdotem D. Gregorium Colles de anno 1649. qui cũ literis Viceregijs coegerunt eum ad vendendum eius domus iusto pretio absq; tertium plus pro vt in priuatis disponitur ex *Pragm. Serenissimi Reg. Martini* renouata per *Dominum Ioannem de Vega olim proregem anno* 1555.

98 † mãdante posse capi paruulas domus pro palatio, vel domo ma-

magna construenda, quia dicta pragmatica loquitur de ædificijs priuatis construendis ad ornatum Ciuitatis, non ob publicam necessitatem. Ideoque Doctores existimant dictam pragmaticam esse odiosam. *Menoch cons.* 1206. *nu.* 30. *Alex. cons.* 32. *nu.* 9. *lib.* 7. vt benè etiam tenet *Franc. Costa in*
99 *cons.* 28. *nu.* 17. Quod † procedit etiam pro ampliatione cappellæ, & pro ampliatione hospitij Religiosorum. *Ricc. decis.* 138. & 147. *p.* 1. Vide *Mastrill decis.* 280. *num.* 1. *cum seqq.* vbi benè de materia.

100 Inter vicinos præfertur, habens maiorem partem vicinam. *Bald. in l.* 2. §. 1. *in fine C.*
101 *commun de leg* Et † qui habet prædium minus grauatum, præfertur alteri habenti satis grauatum: quia minus iuris iste dicitur habere, & hæc notanda esse dicit *Mut. super consuet. Panor. cap.* 28. *nu.* 2. multó magis præfertur habens prædium vicinum liberum habēti prædiū censui, vel seruituti obnoxiū ex *dicta consuet. c.* 28.

102 Si vero æqualiter possident, pro æquali portione concurrunt vt dicit *text. ibid.* & *Bald. in cons.* 38. *Tiraquell. de retractu lignag.* § 11. *Gloss.* 6. *nu.* 20. 21. & *seq.* vbi multos allegat.

103 Dicitque hoc textus procedere si consanguineus vel vicinus esset præsens: si vero esset absens à die suæ reuersionis, & scientiæ infra mensem vnum pro portione sua tantummodo admittitur ad vendicationem prædij vēditi.

104 Si autem res ad emphiteusim concessa fuisset, quid dicendum, an competat retractus? dic si census erit irredimibilis de iure retrahi nō potest *Bertrand. in cons.* 7. *lib.* 1. *Tiraq. de retract.* §. 33. *Glos. vnic. in princ. de Franch. decis.* 392. *p.* 2.

105 Sed ipsum censum directus dominus vendiderit eidem emphiteutæ, consanguineus aut vicinus prædium recuperare poterit, ac si vera fuisset à principio totius fundi facta venditio intra tempora retractus soluto iusto pretio per Iudicem taxando, sic dictat nostra prædicta consuetudo in declaratione eiusdem consuetudinis. Etiam quod concesserit emphiteutæ ius reluendi medietatem census. refert decisū *Mut. super declar. dict. consuet. Pan. sub c.* 28. *n.* 28.

Et casu quo alteri quam emphiteutæ dictus cēsus trāslatus fuerit, poterit illud ius census consanguineus vel vicinus tantummodo recuperare, non autem totum fundum ad emphiteusim concessum. vt in dict. declarat. ibi (*eiusdem iuris recuperatio.*) Et cogi possunt cōtrahentes vt iurent pretium dicti iuris census vendi-

ti non fuisse, nisi tantum, quātum in ipso contractu asseritur. *vt ibid.* disponitur.

106 Aduertas tamen quod inter cōtrahentes palā, & publicè in cōuicinio celebrari debet dictus emphiteuticarius seu cēsualis contractus, ita quod verisimiliter dictus cōtractus ad vicinorum, & consanguineorum notitiā peruenire possit; ipsiq; iurari debent ad Sancta Dei Euāgelia in manu tabellionis, quod verè est cōtractus emphiteuticus ille, quem celebrant, & non simulato colore factus in consanguineorum vel vicinorum fraudem, aliter forma prædicta omissa, cōtractus nullius erit roboris, & momenti, vt dicta cōsuetudo de-

107 clarat. † Vltra quod de iure actus factus forma non seruata etiam nullus extat. *Bald. cōs. 11. lib. 1. & cons. 324. lib. 2. Dec. cons. 466. nu. 13 & 14.*

108 Et nota quod si dictum ius census directus dominus alteri transtulerit non titulo venditionis, sed aliter nullū cōpetit ius retractus, nisi postea ad emphiteutam rediret, vt etiā declarat. *dict. consuet.*

Secundo non competit ius retractus in alienatione ex causa dotis *Affl. super dict. constit. sancimus amodo §. 3. num. 7.*

109 Ita etiam si alienatur res in vltima voluntate fauore liberalitatis, & voluntatis extremi iudicij. vt in dicta declaratur ibi (*Porro si forte.*)

110 Preterea scias quod in principio secundæ declarationis dict. consuetudinis disponitur quod si vēditio esset facta vni ex viciniis, alter vicinus recuperat medietatē prædij venditi, sed est in electione primi vicini ēptoris, vel ius, & causā ab eo habentis totum prædiū, vel medietatem restituere, solutis prius pretio, & iustis expensis infra terminū in cōsuetudine præfinitū; & ratio esse potest quia melior cōditio est possidentis in pari causa. *Costa Siculus in cons. 62. n. 34. & cons. 63. nu. 3.* Idem dispositū est in consanguineo per dictam *declarat. circa princ.*

111 Si autem scire cupis modū procedendi in retractu, eadem declaratio docet, & dicit quod procedendū sit ex abrupto, & summariè ex abrupto, intelligo per viā effectus seu visione scripturarum. *Rit. 139.* dixi *in prax, de modo proced. in Ciuil super Rit. Regni c. 11. n. 1.* vbi etiā dixisse memini quod licet videātur esse diuersi, cū diuersa habeāt nomina. Attamen pro vno modo procedēdi accipiūtur, quia dici potest ex abrupto, visione scripturarum, & per viam effectus. Sed hoc modo procedēdū puto quādo retrahēs intentionē suā ex scripturis publicis probatā, & fūdatā ha-

haberet, quia si probatione in
facto indigeret, tunc posset
summarie procedere, vt dicta
eadem declaratio. & expresse
disponitur per *Rit. cap.* 133. vt
dixi etiam *in dict. prax. cap.* 6.
nu. 33. vbi retuli omnes causas
summarias virtute ritus, &
in eis modum procedẽdi clarè præbui.

112 Scias tamen citationem
partis requiri, quia dicta declaratio
non denegat defensionem,
ergo debet fieri cita-
113 tio: cum † citatio defensionẽ
partis respiciat à iure naturali
prouenientem. vt tetigi *in
prax. cap.* 1. *nu.* 20. *vbi num.* 21.
dixi defensionem nemini denegandam
esse in iudicio. disposuit
hoc expresse dict. declar.
ibi (*auditis defensionibus
partis aduersæ*)

114 Et licet appellatio sit species
defensionis *Ego ipse in*
115 *dict. prax. cap.* 7. *n.* 87. † Et ideo
sicut denegata defensione seu
audiẽtia censeatur etiam denegata
appellatio. *DD. in l.* 1.
C. si de moment. possess. Dec. in c.
1. *nu.* 4. *de rescriptis.* & alij quos
citaui *in prax. dict. cap.* 7. *nu.* 70.
& 87. Eodem modo dici deberet
à contrario sensu, nempe
concessa, & permissa audientia,
& defensione; permissa,
& concessa videtur appellatio.

116 Nihilominus per dictam
declarat. permittitur defensio
in retractu, & tamen expresse
appellatio denegatur. ibi (*Ap-*
117 *pellatione remota*) Quæ † clausula
operatur ne attentata reuocentur
per viam attentatorum,
quia licet appellatione
pendente nihil possit innouari.
tot. tit. ff. nil nou. appell. pend.
118 Hoc † tamen fallit si erit cõmissa
causa appellatione remota,
quoniam isto casu, appellatione
non obstante, per
Iudicem à quo innouari, &
sententia executioni demandari
poterit. *Scacc. de appell qu.*
17. *limit.* 1. *sub nu.* 94 & 105.
119 *cas.* 4. Et ratio † est quia Iudex
appellationi deferre non tenetur.
*Barbos. de clauf. vsufr eq.
clauf.* 9. *num.* 8. & *seqq* vbi de
hac clausula plenè peragit.

120 Sed nõ operatur hæc clausula
contra tertium, quo casu
non prohibetur tertius appellare
si sua interesse putauerit.
Bald. in cap. super eo not. 2. *de
offic. de leg.* vbi etiam *Panor. n.* 4.
Lancell. de attent. c. 12. *ampl.* 14.
nu. 8. & 9. *Vant. de null. tit. qui
possit dicere de nullit. num.* 15. &
16. *Mut super consuet. Panorm.
in dict declar. num.* 59. *Barbos.
qui alios citat dict. clauf.* 9. *n.* 26.

121 Nec tollit supplicationem
ad superiorem. *Scacc. dict q.* 17.
limit. 15. *nu.* 8. *Tusc. lit. A. concl.*
400. *num.* 24 *dict. Barb. loc. cit.
nu.* 27. permittitur igitur supplicatio
per viam grauaminis, sic expresse
disponitur ex

dict. declaration. in fine.

122 Ac etiam datur appellatio quoad deuolutiuum tantum; quia dicta clausula non operatur quoad effectum deuolutiuum, quin negotiũ principale ad superiorem deuoluatur, per quem grauamen emẽdari, & reparari possit. *Barbos. dict. clauſ. 9. n. 25.* vbi reprobat *Rol. conſ. 27. num. 17. vol. 2. & Marthes. p. 1. pag. 303. num 84. in 2. impreſſ.*

Quæ omnia, iudicio meo, sufficiunt pro intelligentia dictæ consuetudinis Panormitanæ in hac Ciuitate Agrigẽti etiam seruandæ iuxta tenorem nostri priuilegij.

Verum quia in practica aliqui casus circa retractus materiã euenire possent propterea ex eis aliquos practicabiles referam.

123 Primo quod licet non possit nomine alterius retrahi, sine speciali mãdato vt per *Tiraquell. in tract. Municip. § 1.*

124 *Gloſſ. 10. num. 97.* Si oblatio † tamen facta fuerit ab alio sine speciali mandato infra tempus retractus rata haberi potest à consanguineo cuius nomine facta est. dictus *Tiraq. loc. cit nu. 99 per text. in l quod ſi ſpeciali §. 1 ff. de minor. & c. vlt. de Iureiur. in 6. relat. per Benedell. in tract. de iur. prothomiſ. in*

125 *rubr. nu. 70. & n. 71.* ait † quod si maritus nomine vxoris, pater filij, tutor vel curator nomine pupilli, vel minoris, & similes possunt retractum absque speciali mandato facere, & prætendere.

126 Secundo an hoc statutum de retractu clericos etiam cõpræhendat tam actiuè, quam passiuè, nempe tam vendentes, quam ementes? quod sic, est communis opinio de qua per *Rober. Maran. in ſpecul. aduoc. diſp 8. Intr gl. ſing. 330. & 337 & ſuper Bull. qu. 24.* cum alijs per *Mut. ſuper cõſuet. Pan. cap. 26. num. 149. & ſeq Giurb. obſer. 2. nu. 3. rom ſeqq.* Et etiam

127 † contra Ecclesiam vendentem datur ius vicinitatis, licet secus si sit emens dict. *Giurb. obſer. 2. nu. 9. & 10. & 14.*

128 Tertio in casu prothomiseos coram quo Iudice retrahentis an emptoris procedi debeat? duo inter se contrariantur Doctores *Giurb* de nostratibus *in deciſ. 25. num. 10.* dicit coram Iudice retrahentis, & sic si retrahens esset persona laica coram Iudice seculari conueniri potest clericus emptor, quia clericus ipse emendo consanguineos, & vicinos ad retrahendum prouocat. Ideo actor est. Idem affirmat *obſeruat. 2.* vbi reprobat *Marin.* qui eum prius reprobauerat *Quotid. reſol. cap. 55. num. 6.*

Sed idem de *Marin. in ſe-*

cundo

cundo tom. suarum resol. cap. 44. per totum. Respondet eidem *Giurb.* & suam acriter defendit opinionem, & licet ambo validas assignent rationes, Doctorum authoritatibus fulcitas. Nihilominus ego opinionem dicti *Giurb.* tenerem tanquam probabiliorem. Verum multoties opinionem *Giurb.* multoties opinionem dicti de *Marin.* secutam fuisse vidi, & vtriusque Iudicem adire posse tenet. *Mut. super dict. consuet. Pan. cap. 4. num. 21.* Secundum quem potest sequi forum, & Iudicem rei petitę, & rei venditæ adire, quia hæc actio est in rem scriptam, nisi velit consanguineus aut alius retrahens etiam Iudicem emptoris adhire cum sit in eius electione. tenet etiam *Tiraq. de retract. §. 8. Gloss. 5 nu. 9.*

129 Quarto pono quod quidam emit vnum fundum, & suspicans sibi moueri litem super iure congrui donat illud cuidam suo amico vel consanguineo seu permutat sciens quod in titulo donationis vel permutationis cessat ius congrui, an per hoc vicinus cẽseatur totaliter exclusus. *Matth. Affl. in constit. sancimus amodo §. licet in 6. notab. & Sebast. in consuet. si quis emit. super vers. possidet in titulo de iur. congrui* tenent quod sic.

Contrarium tamen tenet *Maran. quæst. legal. disp. 9. per tot.* vbi hanc quæstionem disputat ad partes, & respondendo ad contraria præcise ad dict. *Sebast. & Affl.* ait ius retractus locum habere: hancque opinionem defendit per plures rationes, & dicit quod hæc via est magis tuta pro anima ad euitandum machinationes fraudum, & periuriorum; & in fine afferens modum agendi dicit quod in isto casu ambo citentur emptor scilicet ad recipiendum pretium, & donatarius ad restituendum possessionem, & testatur quod hæc opinio videtur in puncto iuris verissima, ac etiam in consulendo, & iudicando æquissima.

130 Quinto quæro, si quis cepit agere super retractu, & prosecutus est, tulitque pro se sententiam, si eum postea pæniteat, an possit non vti retractu? Responde affirmatiuè quia potest recedere à petitione, & non vti retractu, sic decisum fuisse in S.C. Neapolitano testatur *de Franch decis. 346. p. 2. incip.* emptis fore per tot. Idem tenet *Castill. decis. 207. nu. 20. tom. 3.* Sed tenetur ad damna, & interesse, ac expensas parti. *Castill. dict. decis. 207 to. 3. n. 17.*

131 Sed an possit eum pænitere, qui interrogatus, & requisitus à venditore denunciante tempore venditionis faciendę,

re-

respondit consanguineus se nolle emere, vel eo non obstante detur ei regressus ad rem postea alij distractam via retractus? quod sic tenet *Benedell de iur.pro.homis. in rubr.nu.* 66.ita etiam tenet *Rebuff.resp.* 99.*de iure retract* vbi late.

Contrarium vero tenuit *Mut super consuet.Panorm.cap.* 28.*nu.*15.*& 16.vers.sitamen eum interpellauerit.* hanc ego tenerem opinionem tanquam magis æquam,sed ne sit deterioris conditionis retrahens quam in superiori casu relato *nu.*130. proximo præcedenti, poteris tenere opinionem dicti *Rebuff.& Benedell.*tanquam veriorem de rigore iuris, talis pænitens ad expensas tunc condemnabitur pro vt in superiori casu odio variationis, quæ legi displicet.*l.in causa in princ ff. de procur. clem. 1. de renunc. in 6.*vt ait *Benedell. ibid. num.*65.

132 Sexto si venditor fidem de pretio emptori habuerit quod certa die emptor se soluturũ promiserit, an eadem pretij fides retrahenti consanguineo iure prothomiseos habenda sit? affirmatiuè tenet *Giurb. obser.*25.*vbi plene de materia.*

133 Sed an consanguineus se obligare debeat cum fideiussione ad soluendum pretium venditori temporibus conuẽtis?quod sic.docet *Giurb. dict. obser.*25.*num.*11.Et si fideiussorem non habet satis est cautionem iuratoriam præstare. *Tiraq.de retract.§. 1. Gloss.* 18. *nu.*49.*Giurb.dict.obs.*25.*n.* 13. vbi hanc veriorem esse opinionem affirmat.

134 Septimo facta vendirione coram testibus, an ex tunc currat tempus huius consuetudinis ad retractum,an à die productionis ipsorũ testium? *Consuetudo Panor.in cap.* 26.disponit à die scientiæ. *Consuet. Cathan. tit.* 40. *consuet.*1. à die contractus & sic productionis testium.vt per *Nepet ibid.num.* 26. Vide eumdem in dictis *consuet.tit.*42.*consuet.* 1 *num* 5. *cum seq.*De iure vero quid sit, Vide *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.*1.*cas.*63.

135 Octauo an habeat locum retractus in adiudicatione facta per Iudicem præcedentibus subastationibus? Responde si alteri quam ipsi creditori, res fuerit liberata, & competit. Si vero ipsi parti creditrici res fuerit adiudicata, & non competit.*Intrigl.sing.*327. *lib.*1 *Mut. in consuet.Panor.cap.* 26.*nu.*175. *Rot. Romana.decis.* 195. *p.r tot. coram Ludouisio apud Oliuer.Giurb.obser.* 34.*nu.* 24.*Rit.Regni c.* 194. vbi *Mut. nu.*5. *&* 6. & *Cumia super Rit. ord.suo cap.*19.*nu.*30.

136 Nono scias quod consanguineus in alterius vtilitatem iure

iure congrui vti non potest. *Giurb.obser.*46.vbi *nu.* 1.testatur obseruari apud auditoria sententiam dicere. (Non admittatur retrahens si pro alio retrahere velit, & in alterius vtilitatem.)Sæpius vero illum admittere Iudices etiam refert *Boer. decis.* 139. hoc mihi displicet; sed verius mihi videtur quod dicit *Fimia super Rit. cap.* 194. nempe admitti consanguineum ad retractum addita clausula (*si pro se velit,*)& *Castill.* refert Iudices quandoque eum excludisse de materia. vide eumdem *Giurb. dict. obser.* 46. *per totam* vbi diffusius, & bene ac *in decis.* 51. Quotiescumque itaque apparet quod retrahere petens non ad sui sed alterius beneficium hoc facere intendit ei est deneganda prælatio *Iacob. Nouell.de iure protho m.*§.5. *nu* 49. Vbi dat cauthelam quomodo potest fraus detegi. Nempe si pauper sit retrahens,& ad soluendas pecunias pro retractu necessarias inhabilis adeo, vt mutuo illas ab alijs esset recepturus. Probat *Verall. decis.* 143. *p.* 1. quem refert *Capyc. Latro decis.*57.*num.*43.*&* 44. Quod qui se ius retractus nec potest cedi. Idem *Capyc.Latro dict.decis.*57.*nu* 45.*& seq.* Sed scias quod vicino retrahenti licita erit postea venditio pro maiori pretio. *Pappon. lib.* 11. *tit.* 7. *articul.* 14.*in appendice.*

Igitur quamuis maxima sit vera opinio quod non possit retrahi ad alterius beneficiũ, sicuti non potest cedi. Tamen hoc pendet à futuro euentu,& statim quod obtenta prælatione per consanguineum prædium retractum alteri cesserit, erunt salua iura emptori, fraude detecta, illam recuperandi,vt decisum refert.*Vrsill. ad Affl.decis.*238.*num.*6.etiam aduertit *Tiraquell.de retract.lignag.*§.5.*Gloss.vnic.nu.*2. quos, & alios citat *Capyc. Latro dict. decis.*57.*nu.*47.vbi *num.*49.reprobat *Boer.* pro vt reprobauerat etiam *Giurb.decis.*51.vbi *n.* 10.dicitnunquam pro opinione Boerij fuisse iudicatum.

137 Decimo an detur ius prothomiseos super re incorporali vendita,nempe super censu vendito ? quod non firmant *Fimia*, *&* *Rizzar. super Rit.* 194.*Mut in consuet.Pan.consue.* 26.*nu.*213.*Giurb.obser.*70.*n.*6. vbi multos citat,& reprobat.*à Fabr.Affl Carpan.& Tiraquell. sub nu.*25.

138 Sed quid in iure redimendi vendito ? quia est incorporeũ super quo census annuus iuxta formam Bullæ imponi non potest.*Petr. de Greg. super Bull. q.*5.*nu.*28.& ibi *Mastrill. num.* 171. & ita iudicatum fuisse in M.R.C. refert. *Milan, decis.*9. *num.*4.*lib.*2.

Re-

Responde affirmatiuè nimirum quod ius prothomiseos permittitur in iure redimendi vendito. hanc opinionem defendit *Giurb. obser. 70. nu. 10. ad finem* ex *Tiraq. de iur. primog. qu. 81. & de retract. §. 1. Gloss. 7. nu. 32. & §. 26. Gloss. 3. n. 45. & 46. Menoch. cons. 623. nu. 10. & 13.* & ex alijs quos ibi citat, & in fine refert decisum in Trib. Regię Monarch. & Trib. Consistorij.

139 Denique pro fine huius arboris scias quod euicta re vẽdita iure prothomiseos, emptor de euictione contra venditorem agere non poterit. *Benedell. de iure prothom. in rubric. num. 63. Surd. cons. 15. num. 29. Gramm. decis. 101. nu. 106. Peregrin. decis. 21. num. 7. & sub nu. 3.* retulit decisum admissa distinctione per *Mangil. de euiction. qu. 138. a num. 23. & Giurb. decis. 59. nu. 25.*

140 Sed limita in secunda venditione, quia tunc posterior emptor actionem ex empto aduersus priorem emptorem, qui rem illam vendidit retractu obnoxiam experire poterit. *Cutell. decis. 14. nu. 19. tom. 2.* ex *Giurb. decis. 76. nu. 5.*

141 Si autem alios desideras casus super materia iuris prothomiseos videre poteris apud *Tiraq. de retract. lignag. Mut. super consuet. Panor. cap. 26. & seqq. Giurb. super cõsuet. Messan. & inter suas obser. Nepot. in consuet. Cathan. Costa Messan. inter sua cons. Amat. resol. 54.* & alios per eos *ibid.* citatos quos videndos relinquo, cum non sit intentio nostra materiam ex professo peragere, quia peculiarem tractatum minime composui, ac ne aliorum vendicarem labores.

SVMMARIVM ARB. XXII.

VIA seu iter duplex est n. 1.
Via publica omnibus est libera nu. 2.
Via publica inter regalia connumeratur nu. 3.
Eam claudens punitur nu. 4.
Ea claudi non potest nec mutari sine Principis licentia nu. 5. 7.
Minus alterari nu. 6.
Aqua per viam publicam duci non potest sine Principis permissu nu. 8. (n. 9.
Via publica praescribi non potest
Via priuata quotuplex sit n. 10.
Seruitus qua habeat actum continuum, qua discontinuũ ibid.
Seruitutes constitui possunt super prædijs Vrbanis nu. 11. & super prædijs rusticanis num. 12.
Seruitutes quomodo acquirantur nu. 13. & seq.

Ser-

Practica articulandi seruitutem remissiuè num.44.

Seruitus habens actum disconti-nuum quando in contracti-bus inter viuos sit imposita num.45.

Vicinus an cogatur vendere iu-sto pretio viam ad fundum alicuius,& quando nu.46.

ARBOR XXII.

DE TEMPORE QVO SERVITVS PRÆSCRIBATVR

Præcisè itineris ad intellectum l.2.C.de seruitutib. c.illud,&c.de quarta de præscript.l.1.§. hoc interdicto ff de itiner.actu-que priuat.l.seruitutes la 14.de seruitutibus, & similium.

IN sudore vultus tui vesce-ris pane tuo. Dominus Deus Omnipotens Adæ, ob præcepti trasgressionem, sic statuit. Quamobrem illius posteri maximis laboribus terram colere, vt ab ea vic-tum percipiant, astringuntur, & personaliter ad rures se cō-ferre conantur. Hinc est quod homo ad fundum suum con-tinuo accedit: & quandoque illhuc ire volens per alienum transire prætendens à domino illius illhinc transire prohi-betur; Ipse vero, vt omnino transeat, instat. Vnde non-nulla iurgia, & lites super quæstione hac maximo par-tium dispendio oriuntur, & sub seruituus constitutæ præ-textu aliquotiès partes acriter se tuentur.

Ea propter cum huiusmo-di in diem pululentur quæ-stiones, hanc materiam vti vtilem,& per necessariam, vt scilicet quanto tempore serui-tus ista præscribatur: peragā.

1 Et primo scias duplicem esse viam,seu itinerem, altera publica,quoad proprietatem. licet ipsa sit priuatorum. *Frāc.*

2 *Marc. qu. 593.* Hæc † autem via publica omnibus est libe-ra,& nemini prohibita: ideo nemo potest prohibere ne quis nadat ad districtum al-terius. *Hartma Hart.c. 5. tit.de prascr. lib.2.* citat us à *Tep.in tr. titulorū diuersorū tit. de vijs, & itin.public.& priu.col. 1. vers. 3.* Via-

3 Viaque † publica Militans, vel regalis dicitur, & viæ publicæ inter regalias annumerantur. *Marc.qu.336.num.17. & 18.*
4 Quare † claudens illam poterit puniri. Idem. *Franc. Marc. qu.672.nu.2.* vt vidi multoties multos prosecutos de fractura huiusmodi viarum vulga-
5 riter vocatas (*terzera*) Ita vt † claudi, nec mutari sine Principis licētia possit. Idem *Frāc. Marc qu.595.& q.596.n.15.*
6 Minus † sine ipsius Principis consensu alterari. *dict. Marc.*
7 *qu 336.nu.19.* Sed † vt mutari possit. Vide eumdem *Franc. Marc.qu.592.*
8 Imo nec aqua per viam publicam sine Principis permissu duci potest. *l.18.§.fin.ff. de aqua pluuia.arcen.* pro vt vidimus in fabricatione Molēdinorum aquæ in fluuijs, qui fabricantur cum licentia Excellentiæ suæ Domini Proregis sub visione Tribun. Regij Patrimonij soluto iure risaltus Regiæ Curię quolibet anno.
9 Hinc est quod cum communis sit via publica præscribi non potest. *Franc. Marc. qu. 216 num.5.* vel saltem vt præscribatur requiritur centenaria. iuxta terminos *Cōstit. Quadragenalē de prorogat. præscript.* per quam sublata est quadragenalis præscriptio quæ de iure communi habebat locum contra fiscum in bonis publicis fiscalibus.
10 Altera via dicitur priuata in qua altera seruitus constitui solet quæ actum habet cōtinuum vt aquæ ductus *Capic. decis.187.nu.4.* altera vero quæ habet actum discontinuum, & est materia nostra nempe itineris, & si scire cupis quænam sint seruitutes quæ habent actum perpetuum, aut cōtinuum, seu discontinuum. Vide apud *Bart in l.27.ff. de seruit.rustic.prædior.*
11 Et licet etiam aliquæ seruitutes super prædijs Vrbanis costitui possint. de quibus *in tit ff.de seruit. prædior. Vrbanor.*
12 Et † aliquæ, vt materia nostra, super prædijs rusticanis de quib. *in tit.ff.de seruit.rustic.prædior.*
13 Attamen omnes hæ seruitutes duplici modo acquiruntur, aut scilicet per impositionem, & stipulationem factam à domino fundi seruientis vt probatur per text. *in l 136 §. fin.ff de verb obligat & l. penul. §.fin. ff eod. de Isern. §. donare qualit.olim feud. alien. de Anna in libello post alleg rubric de seruit. rustic. prædior. l. cum esset §. fin.* vbi habes etiam quādo extinguatur vel non, & quando valeat vel non stipulatio seruitutis viæ.
14 Aut vero acquiruntur per præscriptionē: seruitus enim

præscribi potest *Dec. in consf. 483.nu. 14. & est text. in l.fin. C.de præscript.longi tempor.*

15 Non existente igitur seruitutis impositione, aut illius præscriptione, ne eatur per fũdum meum non solum prohibere possum; sed etiam in dubio semper me vetare præsumitur. *Franc. Marc. qu. 336. num. 10.*

16 Verum qui mihi impedit vti seruitute debita vel præscripta tenetur actione de qua in *l.2.§. apud Labeonem ff. de aqua pluu.arc.*

Hæc vero seruitutum materia amplissima cum sit, nostra vero intentio cum non fuerit colligendi tractatum de seruitutibus, sed tantummodo tradendi, ac explicandi tempora per quæ seruitutes viarum acquirantur, & amittantur. Ideo consule *DD.in pracit. titulis* aliosque de ea diuersis in locis pertractantes.

17 Hic solum scias seruitutem habentem actum continuum præscribi spatio decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes, & quatraginta contra Ecclesiã ad instar immobilium *text.est in l.2.C de seruitutibus c.illud & c. de quarta de præscript. vbi Abb. nu. 18. vers.4.limita. Mascard. de probat.concl.1220.n.25.63 & 64. Cancer.var.resol.cap.4. nu. 45.*

18 *de seruitutibus.* Idem † in seruitute habente causam quasi continuam, vt in seruitute stillicidij *l.foramen.ff.de seruit.vrban prædior.*

19 At seruitutes habẽtes causam discõtinuam ad quorum vsum semper requiritur factum hominis, vt in seruitute viæ, itineris, & similium, non præscribuntur, nisi per tantum tempus cuius initij memoria hominum non extat. *Gloss.& DD.in l.seruitutes la grande ff. de seruit. tit. generali Gloß.& DD.in l.2.C. de seruit. & aqua* latè *Cepoll. in tract. de seruit. cap. 19. & 20. Cancer. var.resol.cap.4.nu.46.text.in l.1.fin.§ ff.de aqua pluu.arc.Minsing.super instit.in rubr.de seruit. rustic.prædior.§.si quis velit.n.7.*

Seu vt voluit *Vinc. de Frãc. decis.183 nu.13.* nempe talem seruitutem præscribi per spatium centum annorum.

Nec obstat *text.in l.1.§. fin. ff.de aqua pluu.arc & l. seruitutes la 14. ff.de seruit.* Vbi videtur dispositum seruitutes habentes vsum discontinuum non posse præscribi.

Nam respondetur, quod si respicimus dispositionem dictę l.seruitutes.habemus *Glos.* ibi *in verb.certam vers licet autem dixerim.* quæ sic ait (*licet autem dixerim seruitutes quæ nõ habent causam perpetuam vel quasi vt (itineris) non præscribi, tamen potest dici, quod si quis dicat*

cat sibi constitutam talem seruitutem ex titulo, nec id possit probare per testes vel instrumenta, & in adminiculum suæ intentionis inducat coniecturam, quia vsus est seruitute prædij, domino sciente, & non contradicente per decem vel viginti annos, præsumitur seruitus constituta, quæ prætenditur precessisse. Ita etiam tenent *Mascard. de probat. cōcl. 1220. num. 67. Azon. in summa in 3. lib. C. de seruit. aqua. nu. 29.* Quia sufficit allegare titulũ, sed non est necesse probare. *Bart. in dict. l. seruitutes in add. lit. B.* Quo casu satis est, quod per longum tempus, nempe per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, domino sciente, & non contradicente, præsumitur enim debitũ hoc ius, seu seruitus ex ea causa, quæ prætenditur precessisse. *l. cum de in rem verso ff. de vsur. & l. 1. §. vlt. de aqua pluu. arc.* ita limitat, & declarat *Abb. in c. si diligenti col 5. sub num. 19. vers. ego dico de præscript. Mascard. de probat. dict. concl. 1220. nu. 19.*

20 qui in *n. 30.* sublimitat. † non procedere conclusionem in *limit 5. sub num. 27.* posita vbi dixerat quod qui est in quasi possessione discontinuæ seruitutis, quæ confessoria actione experitur, aut contra agentem negatoria se tuetur, tunc enim huic asserenti se esse in hac quasi possessione, necesse est probare quo iure, & causa, qua eam quasi possessionem acquisierit, nec ipsa quasi possessio sufficit. Quam in quã limitationem sublimitat dicendo non procedere, nec locum sibi vendicare, cum hic quasi possessor antiquam, & longeuam quasi possessionem probat. Etenim communis est (ait,) & vera prudentum sententia longo vsu seruitutem acquiri sine titulo; cum tituli locum lõgeuus vsus obtineat, longum autem vsum, seu longum tempus esse decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes habetur. *in princip. Instit. de vsucap.*

21 Sic etiam si respicimus *tex. in dict. l. 1. § fin. ff. de aqua pluu. arc.* procedit quia omnes Doctores, qui dicunt requiri immemoriale tempus, fundant se, quod illud verb. (*Diu*) declaratur idest tanto tempore cuius non extat memoria hominum in cõtrarium sic ponitur (*diutius*) *l. apparet § penult. ff. de itinere actumque priuat* vt per *Gloss. in dict. §. vlt. l. 1. ff. de aqua pluu. arc. in verb. quamdiu.* Sed hæc resolutio non est vera secundum *Bart. in dict. §. vlt. nu. 1.* vbi dicit quod dictio (*Diu*) verificatur in decem annis.

22 Nec obstat decisio *Vinc. de Franch. 183.* tenentis requiri cen-

centum annorum spatium, quia hoc non est verum, cum habeamus *text. expressum in l. cum de in rem ff. de vsur.* contrarium disponentem.

23 Sed an præscriptio immemorialis sit maior aut minor centenaria refert pro, & contra, & tamen quod maior sit centenaria tenuisse illum Senatum testatur *Cancer. var. resol. c. 4. nu. 40. de seruit.*

Idcirco ex dispositione *dict. l. cum in rem.* habetur quod seruitus quæ habet causam discontinuam longo tempore præscribitur.

Et licet hoc aliqui *DD.* impugnant præcipuè *Dyn. vt ipse notat in l. si certis annis C. de pactis.* dicens *dictam l. cum de in rem verso ff de vsur.* loqui in faciente vt in soluente omni anno, sed materia nostra est de patientia, & non est eadem ratio præsumendi contra patientem, quæ est contra facientem.

24 Attamen quod etiam contra patientem præsumitur titulus ex vsu longi temporis. & hoc affirmat nonnullis rationibus ac textibus *Bart. in dict. §. vlt. num. 6. ff de aqua pluu. arc.* Et ait quod si allego seruitutem iure impositam, & probo vsum longi temporis præsumitur titulus, & sufficit ad probandam seruitutem licet habeat causam discontinuam.

25 Imo nec bonafides probāda requiritur, cum hoc verum sit quando possessio est recēs, sed si per longa tempora possederit, præsumetur bonafides, nec erit probanda in præscriptione seruitutis. *Mascard. de probat. concl. 1220. nu. 19.*

26 Maxime vbi adest prescriptio quatraginta annorum, & sic longissimi temporis, quo casu nō requiritur, quod probetur titulus. Imo etiam si nō interuenerit per dictum longissimum tempus præsumitur. sic egregiè determinat *Paul. de Castr. in l. 2. col. 1. nu. 3. super verb. vsus vbi interdictus est. C. de seruit. & aqua.*

27 Vbi dicit scientia, & patiētia aduersarij nec requiritur in præscriptione seruitutis longissimi temporis, sed sufficit solus vsus.

28 Quando autem agitur de seruitutibus causam discontinuam habentibus, pro istis quantum ad interdictum de itinere actuque priuato non requiritur scientia, nec quasi possessio, sed sufficit solus vsus iuxta doctrinam *Bart. l. 1. §. hoc interdicto num. 5. ff. de itinere actuque priuat.* Quod bene esse notandum in actu practico asserit *Rip. in cap cum Ecclesia Sutriana col. 4. num 64. in fin de*

29 *Caus. poss. & propriet.* Ex † eo quod in hoc vtilius sit intentare istud interdictum de itinere

nere actuque priuat, quam remedia restitutoria, hoc est, vnde vi, & similia *Mascard. de probat. concl.* 1220. *nu.* 6.

30 Qui vsus, ad hoc debet esse saltem triginta diebus, & sic sufficiunt triginta actus nempe probare me iuisse ad fundum meum, transiendo per tuum meo vicinum per triginta vices, vel triginta dies. *text. est in l.* 1. §. *hoc interdicto ff. de itinere actuque priuat.* & ibi *Bart. nu.* 1. *Mascard. de probat. concl. pracit.* 1220. *nu.* 8.

Et si locus ac quem ibam erat vt nisi semel vel bis in anno fuerit necesse ire duplicatur tempus scilicet vt per biennium vel maius tempus sufficiat iuisse per triginta dies. *Gloss. dict.* §. *hoo interdicto in verb. conclusit vsus.*

31 Propterea si reperiar in quasi possessione huius seruitutis, probata tamen per triginta actus, vel triginta dies possum ea vti, & aduersarius cauere debet de non impediendo me in vsu dictæ meæ seruitutis itineris vsque ad finitum iudicium. *Gloss in dict.* §. *hoc interdicto in verb. an non vers. tu dic prodest, & Bart. ibidem num.* 2. *&* 3. ait quod non requiritur an iustam causam habeam possidendi. Sed pro-

32 dest, † me esse in vsu, & sic esse in quasi possessione iuris, ad hoc. Primo quia ego qui sum in quasi possessione siue agam, siue conueniar debet mihi caueri de non impediẽdo me vti seruitute pendente iudicio; licet si non possederim deberem ipse ego cauere de non vtendo pendente iudicio, & ita voui de anno 1645. pro Ioseph la Lomia Terræ Montis Mellis. Secundo prodest in alio quia si turbes me extra iudicium possem contra te turbantem de facto resistere. *ex l.* 1. § *cum vi ff. de vi,*

33 *& vi arm.* licet hoc † nõ possem, si non possiderem. Hasque duas vtilitates habet possessor huiusmodi seruitutis, qui vsus, & quasi possessio satis probatur per 30. dies, vel 30. actus. ita benè, & doctè tenet *Bart. in l.* 1. §. *hoc interdicto num.* 2. *&* 3. *ff. de itiner. actuque priuat.* vbi testatur hanc esse veram opinionem.

34 Et cum versemus in possessorio in quo partibus frui licere debet eo modo, quo frui reperiuntur. *Papon. lib.* 4. *tit.* 1. *art.* 9. *vers. adde quod nos de ser-*

35 *uit. fol. mihi* 478 Imo † si essẽ deiectus à mea quasi possessione dum agam hoc interdicto pro istis iuribus incorporalibus recuperandæ possessionis quod potest fieri, vt dictum est, non oportet probare me, qui sum deiectus fuisse in possessione non vi, non clam, non præcario. Pretor

tor enim in hoc interdicto nō dixit illa verba, (de eo quod non possidebas vi, vel clam, vel precario) quoniam ante omnia ego spoliatus debeo restitui *l.1.§.1. ff. de vi, & vi arma. l.si quis ad fundum C.ad l. Iuliam de vi*, in terminis docet *Bart.in dict.l.1.§. hoc interdicto in fin ff.de itiner. actuque priu.*

36 Ex quibus omnibus nota quod cum quis vsus fuerit hac seruitute itineris diu, quod verb. (*diu*) verificatur in decem annis vt dictum est, & non vi, non clam, non precario, perinde habetur ac si eam haberet ex pacto. *text. in dict. l.1.§.vltim. ff de aqua pluu.arc. Tepat.in tract.titul.diuers.in tit. de seruit.in genere lib.2.vers.13. incip. qui est vsus seruitute diu.*

Nota secundo neminem propria authoritate seruitutē, rectè constitutam, deteriorem facere posse. *Gaill. obseru. 67. nu.6.lib.2.Crau.consf.226.nu.4.*

37 Nec † potest quid agere in prædio seruiente, per quod ius seruitutis impediatur. *Crau. cons.4.nu.6.* Vide *in cons. 226. nu.3.& 4.*& *cons.292.num.fin. Menoch.de Arb tr.cas.160.*

38 Nota tertio seruitutem habentem causam continuam amitti per non vsum decennij, sed habentem discontinuam amitti per non vsum temporis ipsius duplicati. docet *Crau.cōs.124.* vide *Hartma Hart. cap. 4. de seruit. lib. 1.*

Nota quarto præscriptionem nō induci per non vsum quando quis pro parte iure suo vsus est, quia vsus in parte conseruat ius in toto. *Crau. cons.124.*

39 Quinto nota in seruitutibus qualiter formari debeat libellus, & quæ nam sint probanda in illis. Vide *Bart. in §. aque instit.de action.*

40 Sed in interdicto de itinere actuque priuato, actor, cui competit seruitus, debet probare se iuisse iure seruitutis vt ait *Gloss.in dict.§.hoc interdicto: l. 1. ff. de itiner. actuque priuat.*

Vbi quærit *Bart.* quomodo probabitur quod quis iuerit iure seruitutis. Et respondet quosdam dicere suo sacramēto probari. At ipse tenet quod aliter debet probari quod iure seruitutis sit vsus, & *Gloß.* dicit hoc probari per testes quod ipse iuit, quia scilicet videnunt ipsū ire, & istud est facile; Insuper probabitur quod iure seruitutis, quia dicunt se vidisse constitui seruitutem à tali qui dominus illius prædij putabatur, vel fuit legatā seruitus Titio.

Cuius *Gloss.* opinionem minime *Bart.ibid.* veram esse videtur, quia secundum illam sequeretur, quod probare deberet titulum verum vel putati-

tatiuum, quod est contra *text. in l. si quis diuturno ff. si seru. ven.*

Propterea refert *Iac. de Aret.* & alij *Moderni in l. 1. C. de seruit. relat.* per *Bart. in dicto §. hoc interdicto sub nu.* 9. quod sufficit quod probet se audiuisse hoc dici à quibusdam vicinis, & à quibusdam fide dignis, quod sibi competat ius eundi. Et putat ibi *Bart.* hoc esse in veritate, quod debet aliquid probari propter quod ipse motus sit ad credendum sibi seruitutem competere: nempe si erat de hoc fama per contratam, seu si erant ibi signa viæ, vel itineris, vel aquæ vel verisimilia, quæ possunt animum adducere ad istam credulitatem.

41 Quod autem sit vsus iure seruitutis probabitur ex actibus, vt ait *ibid. Bart.* dicens quod quidam sunt actus, quos ego facerem in fundo cuiuslibet vicini, quæ facere non possem nisi seruitus mihi competeret.

42 Reus etiam contrarium probare potest vt per *Gloss. in dict. §. hoc interdicto.* quod nimirum quis habeat necesse probare illi vtenti seruitute non competere ius qualiter probabitur, dicit *Gloss.* per testes, qui stabant ibi prope, qui dicent quod non fuit visus ire, cum non potuisset iuisse, quin vidissent; vel quia dicit se iuisse tali die vel mense, & tunc probabit reus, quod actor fuit alibi.

43 Sed † quomodo probetur negatiua. Vide *Felin. in c. tertio loco de probat.* vbi ponit multos modos probandi negatiuam. Vide etiam *Alex. in cons. 108. vol. 4. & cons. 43. vol. 5. & Curt. in tract. de testib. qu. 27. & 28.* dicit quod testis deponens super negatiua debet reddere rationem etiam non interrogatus.

44 Practica vero articulandi seruitutē describitur per *And. Gaill. obser. 66. nu. 5. & 6. lib. 2. Papon. lib. 14. tit. 1. arr. 10.*

45 Denique nota quod seruitus habens causam discontinuam videlicet aditus, & itineris in contractibus inter viuos non videtur imposita nisi expresse sit actū. Secus in vltima voluntate. vt ait. *Capic. decis. 187. nu. 4. & 10 ex l. si quis duas ff. com. præd.* vbi *Paul.* dicit hoc esse perpetuo notandum. Idem tenet *Affl. decis. 298.*

46 Sed an vicinus cogatur vēdere iusto pretio vicino viam ad fundum ipsius si non potest alibi illam habere? quod sic. Secus si alibi posset habere, licet sit sibi prolixior, & remotior. *Boer. decis. 322.* Vide tamen *ibi.* vide etiam *Capic. decis. 187. num. 10.* Qui contrarium videtur tenere cum dicat quod vendito fundo non videtur venditus accessus ad

Qq eum

cum nisi agatur expresse, nec cogitur venditor pretio vendere, & dicit hoc esse speciale in via ad sepulcrum.

Tu tamen tene opinionem *Boer.* quam saniorem, & communiorem esse testatur, *Papon, lib.* 14. *tit.* 1. *arr.* 3. ob rationes optimas *in l. si quis sepulcrum ff. de relig. & sumpt funer. l. binas ff. de seruit. vrb. prædior, vers. iusta ergo ratione C. lib.* 12. *de agricol. & censit.* citat etiam *Auth. Agricultores C. quæ res pignor. oblig. poss. Masuerium. in sua prax. tit. de seruit. vers. item si quis per viam. Luc. de Penna ad l.* 2. *C. de bon. vacan. lib.* 11. & refert etiam alias decisum, & pro coactione viam præstandi expressum esse dicit *text. in l. damnas esto* 15. §. *qui duos fundos ff. de vsufr. leg.*

SVMMARIVM ARB. XXIII.

Potestas seu facultas eligendi qualiter tribuatur nu. 1.

Electio quando spectet ad debitorem nu. 2.

Creditor facta à debitore electione, ad quid teneatur nu. 3.

Creditor non tenetur accipere solutionem imminutam num. 4.

Particularis solutio multa affert incommoda nu. 5.

Solutio ficta non operatur plusquam vera nu 6.

Compensatio dicitur ficta solutio num. 7.

Imol. in l. 1. *in fin, princip. vers. dixi de compensatione ff. solut. matrim, respondetur nu.* 8.

Solutiones plures vnum constituunt debitum nu. 9.

Electio quando spectet ad creditorem nu. 10.

Debitor quando dicatur negligens in eligendo, num. 11. *& sub num.* 17. *vers. qua cuncta.*

Debitor quando possit declarare, cuius debiti extinctioni cedere velit nu. 12.

Electio quando sit debitoris in alternatiuis nu. 13. 15.

Et quid inter mercatores nu. 14.

Electio quando spectet ad creditorem nu. 15.

Mora hoc in casu quando contrahatur nu. 16.

Conditio electionis quando extinguatur nu. 17.

Legato seruo à legataria eligendo, electio est legatarÿ nu. 18.

Legatis seruis eligendis à legatario, quot eligere possit nu. 19.

Legata electione serui vnus eligi potest nu. 20.

Sed electo homine libero optio non cōsumitur n. 21. *& quare ibid.*

Electio facta valida variari nequit nu. 22.

Electione seruorũ duorum facienda ex pluribus omnes exhibendi sunt num. 23.

Et

Et omnibus non exhibitis iterum electio fieri potest nu.24.

Legatario repudiante optionem omnes serui spectant legatario alteri cui reliqui fuerunt legati nu.25.

Amplia quod amittit optionem legatarius interpellatus ut optionem faciat, & elapso termino non facit num. 26. & quando ibid.

Electio competes alicui trasmittitur ad haeredes nu.27.

Debitor ex pluribus contractibus simpliciter soluens non declarata eius voluntate per quam causam soluit electio est creditoris, & quando nu.28.

Electio fieri debet incontinenti nu.29.

Creditor debet aliquantum expectare debitorem vel eligat ille nu.30.

Electio per creditorem fieri debet praesente debitore, & quare num.31.

Et si non concordant quid agendum nu 32.

Solutio censetur facta in duriorem, & grauiorem causam num.33.

Et utiliorem nu.34.

Causa aeque duriores, & aeque grauiores si sint solutio censetur facta pro antiquiori n.35.

Debitum antiquius quodnam dicatur num.36.

Tunc attenditur dies solutionis non confectionis instrumenti ibidem.

Solutio censebitur facta pro causa necessaria nu.37.

Solutio censetur facta in illam causam cuius dies primo cesserat nu.38.

Et sic in causam periculosiorem ibid.

Solutio censetur facta ex causa necessaria nu.39.

Et non ex causa voluntaria ibid.

Solutio omnibus causis aequalibus existentibus solutio pro rata facta censetur nu.40.

Electio est viri, & suorum restituere pecuniam dotatam aut praedium assignatum pro ea num.41.

Eoque non eligente, minus eius haeredibus elapso multo tempore electio transit in uxorem num.42.

Censu redacto ad minorem quantitatem electio est Domini census an velit censum vel praedium nu.43.

ARBOR XXIII.

DE TEMPORE INFRA QVOD DEBITORI Competat electio causæ solutionis, simpliciter creditori factæ, non expresso per quam causam facta sit solutio ad intellectum l. 1. ff. & C. de solutionibus. Et de materia electionis in alternatiuis,

OPTIO, & electio multoties de iure permittitur, quæ cum sit materia non tantum vtilis quantum necessaria, & practicata. Propterea aliqua practicabilia inter plura à Doctoribus digesta in hoc arbore referam; estque nostra materia, quia ad huiusmodi electionem faciẽdam de iure terminus assignatur, vt dicemus.

1 Duplici in casu eligendi potestas tribuitur primo ex hominis dispositione, vt quãdo ab homine eligendi facultas conceditur, nempe si testator legauerit aliquam ex rebus suis, quam legatarius eligere maluerit. probatur *ex text. tit. ff. de option. & elect. legat.*

Secundo ex legis dispositione, vt quando fit simpliciter solutio nõ expresso per quam causam facta sit, iuxt. *text in l.*
2 *1. ff. & C. de solut.* Hoc † secundo casu quãdo scilicet solutio facta fuerit simpliciter non expresso per quam causam facta sit. electio spectat ad debitorem, expresse hoc disponitur per *dict. l. 1. ff. de solut. & C. eod.*

Et licet *Imol. in l. 1. in fin. princ. vers. dixi de compensat. ff. solut. matrim.* hoc procedere tenere videatur, quando partita soluta æquiualet debito, cum quo vult compensare vel illud excedat. Attamen respõdetur hoc in compensatione non procedere, nam sicuti co-
3 gitur restituere id † quod debet, ita cogi potest compensare, nisi soluere malit, tenetur enim creditor aut compensare iuxta electionem debitoris, aut acceptum restituere. *Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de solut.* & infra dicetur *nu. 30.*

Ad creditorem itaque spectat aut compensare, sicut debitor elegerit, aut pecunias restituere, quia cogi non potest vt omnino compenset,
4 cum † non teneatur recipere solutionem imminutam, non integram, & non æquiualentem

tem suo credito, & quæ totum creditum non extinguat. *l. tutor §. lucius ff. de vsuris.* Et
5 enim † particularis solutio multa affert incommoda *l plenè ff. famil. ercis. Gloss. Bart. Alex. & Ias. in l. quidam existimauerunt ff. si cert. pet. Negus. de pigner. in 3. memb. 5 par. princ. num. 12. Couarr. var. resol lib. 3.*
6 *cap. 18. num. 4.* Nec † potest operari plus ficta solutio, quã vera. *l. filius* cum ibi not. *ff. si*
7 *cert. pet.* Et † tamen compensatio dicitur ficta solutio. *l. si debitor ff. qui potior. in pign. hab. l. amplius ff. rem rat. hab.*

8 Non obstat in quam *Imol. opinio.* Nam ea procedit à principio antequam creditor recipiat, quo casu non tenetur solutionem imminutam recipere; secus postquam recepit. vt declarat *Gabriel. in cons. 48. num. 3. vers. non obstat quod non possit vol. 2.* quem refert, & sequitur *Surd. decis. 186. num. 9.*
9 Qui dicit † prædicta magis procedere si partitæ, licet diuersis temporibus, & vicibus solutæ, omnes cumulatæ excederent, aut essent æquiualentes credito, quia vnicum constituunt debitum. *Rot. Roman. decis. 739. num. 3. lib. 3. in nouis.*

10 At si debitor non elegerit, eoque negligente in eligendo, electio ad creditorem trãsmittitur, ipseque eligit, vt in-
11 fra dicam. † Sed quando dicatur debitor negligens, ita vt creditor eligere possit. Respõderi posset negligentem dici si incontinenti non elegerit, secundum aliquos. Sed *Corbul. de caus. priu. ob alienat. irrequis. Domin. qu. 4. num. 10.* dicit hoc procedere in tertij præiudicium. *Mago. decis. Rot. Floren. 39. num. 18. & Tepat. in titul. de solut. vers. 9. col. 3. lib. 1 tract.*
12 *titul. diuers. fol. 196.* aiunt † quod debitor cuius debiti extinctioni cedere velit declarare potest semper dum non est facta à creditore electio. *Specul. vero in tit. de action. §. 2. vers.* sed pone mutuasti, tenet posse etiam debitorem declarare post partis cõuentionem.

Ego tamen teneo debitorem declarare posse antequã solutio perfecta fuerit, quia incontinenti ea fieri dicuntur quæ fiunt antequam contractus vel alius actus sit à partibus habitus pro perfecto, & absoluto. *per text. in l. contractus C. de fide instrum.* & in terminis firmat *Bart. de solut. in l. 1. sub n. 6.* vbi docet quod antequam solutio sit habita pro perfecta, & absoluta debet fieri ista electio, & sic *dict. l. 1.* intelligi debet nempe statim atque solutum est, idest re integra, & antequam res sit habita pro absoluta. vide *infra nu. 31.*

13 Primo igitur electio spectat

tat

tat ad debitorem, maxime in alternatius, licet à iure permissis. *Vit. si com. inter cons. Luna cons. 23. nu. 14. & 15.*

14 Idem procedit inter mercatores, qui non recipiunt pecunias ad extinctionem crediti, sed scribunt in vna pagina debita, & in alia credita, quo casu electio semper est debitoris. *Dec. cons. 308. in fin. Surd. decis. 186. nu. 8.* vbi dicit hoc mente tenendum.

15 Nec obstat asserere quod *Alber. de Ros. in l. rescriptum §. si pacto 3. col. ibi oppono quod etiam in casu nostro electio sit rei.* dicit quod quando vtrumque est in obligatione ex post facto, & tunc electio est actoris, subdens quod quando obligationes sunt simul, & pariter indictæ, imo vna habens duas partes per modum subrogationis ad alteram, & vtraque est commissa, si non fiat nouatio, electio est creditoris. Possit etiam allegari quod dixit *Ant. de Alex. in l. si pacto quo pœnam C. de pactis.* vbi voluit quod electio sit creditoris, an velit petere illud, quod fuit in obligatione à principio ex causa onerosa, vel illud quod fuit in conditione à principio, sed ex post facto, adueniente conditione est in obligatione. Posset exemplificari in pacto conditionali inter contrahentes resoluto in alternatiua v. g. dedi tibi ex causa mutui centum aureos tu obligasti mihi dictam pecuniam restituere infra certum tempus, cum pacto quod si infra dictum tempus pecuniam prædictam mutuo confessatam mihi non solueris, tenearis pro dicta quantitate mihi submittere domũ emptam, & soluere annuum reditum aureorum quinque. Hoc casu si elapso termino, & non solutis dictis pecunijs, an omnino tenearis soluere annuum censum vel potius dictam pecuniam ad tuam vel meam electionem? Prædicti *Alex. & Alb. de Ros.* videntur tenere hãc electionem ad me creditorem spectare, non autem ad te debitorem.

Ipse ego contrarium teneo admissa distinctione *Affl. decis. 397. num. 5.* aut scilicet sumus in alternatiua exigendi, & tunc est in electione agentis; aut in alternatiuis soluendi, & eo casu electio est debitoris. dicit etiam *Bald. & not. in l. Lucio ff. de leg. 2. & l. si ita distrahatur per Iac. de Aret. ff. de contrahen. empt.*

Et in casu dicti *Alex. & Alber.* debitor alternatiuè est obligatus soluere vnum vel aliud, ergo electio est ipsius debitoris, ex *text. in l. plerumque ff. de iur. dot. & in l. si quis seruum & ibi Bald. C. de condit. & demonstrat.* & est *regula iuris in 6.*

in

in alternatiuis.& ibi *Dyn*.Hinc est quod *Affl in decis*.397.*n*.5. docet quod in alternatiuis sẽper electio est eius cuius in fauorem alternatio ponitur, si propterea alternatio facta fuerit in fauorem creditoris eius erit electio,si vero in fauorem debitoris istius erit eligendi facultas. perbellè pertractat *Affl.dict.decis*.397.*nu*.5. Vide etiam *Dec. in cons*. 12. vbi de materia. vide etiam quæ dixi supra *arb*.3.*in fine*.

Sed stante mora electio trãsit in creditorem seu alium interesse habentem. *Mut. super consuet.Pan*.47.*num*.41.vbi multos citat.& *Aponte cons*.49. *nu*. 28.quem sequitur *Castill. decis*.38.*nu*.4.

16 Mora autem incurritur absque monitione, quando tantum temporis transiuit intra quod commode potuisset impleri.secundum *Surd.cõs*.437. *num* 35.assignatque rationem, quia pars quæ tenebatur declarare moram ipso facto incurrit per temporis lapsum, nec interpellationem necessariam esse tenet.Idem *Surd.loc. cit*.& *Rolan.in cons*.63.*nu*.48. *vers.ad secundum vol*.4.dictusque *Surd*. exemplificat per lapsum plurium mensiũ. *Ca-*

17 *still*.vero *decis*.38 *n*.6.ait quod conditio ista electionis quando consistit in faciendo censetur deficere statim, quod tantum temporis spatium prę terierit in quo obligatus poterit factum expedire,& isto casu nec requiritur interpellatio

Quæ cuncta procedunt in alternatiuis in faciendo, secus in alternatiuis in soluẽdo quo casu semper electio erit debitoris, & poterit quandocumq; eligere etiam post sententiam, etiamque post causatam executionem.

Quando tamen nõ est statutus terminus ad faciendum electionem, quia tunc statuta dies interpellat pro homine ad faciendam electionem.per *text.vulgatum in l. magnam C. de contrahen.stipulat*.& concludit dict. *Vit. Sicom. inter cons. Lunæ cons*.23.*nu*.16.dicens. Et ideo lapso termino præfixo debitor caret facultate eligendi, & electio transit in creditorem.per *Bart. in l.eum qui* §. 1.*post Gloss. ff. de verb. oblig*. & *Paul. ibid. Ias*. §. *huic instit de action*.& *Rot.Lucens*.16.*n*. 55. & 56.

18 Secundo autem casu nostræ distinctionis superius adductæ *num*. 1. quando scilicet eligendi facultas conceditur ab homine, illius est electio cui conceditur, & hoc casu quando scilicet testator legat seruum à legatario eligẽdum, poterit legatarius optare quẽ velit.*l*.2.*ff.de optio.leg*.

19 Et casu quo seruorum legata

gata sit electio legatarius non potest eligere, nisi tres. *text. est expressus in l. 1. ff. de optio. leg. & Gloss. in verb. mancipiorum 6. ff. eod.*

20 Si vero mihi legata sit optio seu electio serui tunc vnũ quem maluero eligere possũ. *Gloss. in l. 1. verb. diuus Pius ff. de*
21 *optio. leg.* Verum † si alienum, aut hominem liberum elegissem optionem non consumerem. *text. est. in l. 2. ff. §. supra di-*
22 *cto ff. eod.* Quia † electio erit nulla, at si valida esset electio, non possem variare, & aliam electionem facere iuxta *not. in l. serui electione, & l. huiusmodi § stichum ff. de leg.* 1. docent etiã *Bart. & DD in l eum qui certarum ff. de verb. oblig.* quem sequitur *Affl. decis. 597. nu. 7. & l. apud ff. de option. & elect. legat.*

23 Et casu quo duos ex pluribus eligere deberem, satis non est illos duos exhiberi tãtummodo, sed omnes exhibendi sunt, & hæres eos omnes exhibendos cogi potest ad effectum vt melius perfectiores à me (qui interesse haberem) dignosci possint. *l. 3. §. item si optare velim.* vbi *Gloss. ff. ad exhi-*
24 *ben.* Ità vt † si omnibus non exhibitis electionem facerem, ea spreta, possim iterum eligere, quia nulla diceretur electio. *l. 4 ff. de opt legat. Bald. in l. 1. col. 5 C. de furt. Ang. in l. 2. in fin. ff. qui potior. in pignor. hab. Gloss. in l. quamuis C. de distract. pignor. & Mat. decis. 55. nu. 23.*

25 Pone quod testator dixerit lego duos ex pluribus seruis meis Titio, reliquos lego Sticho, si hoc casu Titius non faceret electionem, quia eam facere non posset, cum repudiauerit optionem, tunc omnes serui ad Stichum pertinebũt. per *text. in l. cum optio ff. de opt. & elect. legat.*

26 Idem est si legatarius interpellatus à Iudice, vt optionem faciat, & elapso termino, optionem non fecisset, quia tunc optionem amitteret, & omnes serui ad alium legatarium, cui reliquos seruos testator legauit, spectabunt, excluso illo legatario, qui permisit sibi labi terminum ei à Iudice datum ad eligendum. *l. Mancipiorum ff. de opt. & elect. legat. Gloss. in l. cum optio verb. primo ff. de opt. legat.*

Sed hoc casu an mora purgari possit per illum legatariũ interpellatum, & elapso termino ei præfixo electionem facere possit? Responde distinguendo cum. *Gloss. in l. Mancipiorum ff. de opt. & elect. legat. & per eumdem textum.* Aut scilicet res non esset integra, & non posset, aut res integra reperiretur, & posset.

27 Et scias quod eligendi facultas, quæ alicui iure suo competit, ad hæredes trãsmittitur

titur. *l. illud* 19. *ff. de opt. & elect. leg.*

Diximus itaque de electione facienda ex hominis dispositione, ac de ea quam lex permittit, quod illa spectat ad legatarium seu alium cui eligendi facultas fuit attributa, ista ad debitorem, eoque non eligente ad creditorem. Modo videamus casu quo nemo illorum nempe creditoris, & debitoris elegerit, quomodo præsumendum erit solutionem factam fuisse, & in quam causam?

28 Circa hoc habemus textum *in l. 1. C. de solutionibus.* vbi disponitur, quod in potestate eius est, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet tẽpore solutionis (vel parum ante, vel parum post. vt *ibi dicit Gloss.* exprimere in quam causam reddat, quod si debitor id non fecit, conuertitur electio ad eum qui accepit. Si neuter voluntatem suam expressit prius in vsuras, dicit text.) id, quod soluitur, deinde in sortem accepto feretur.

29 Vnde antequam ad solutionem ingrediamur. Sciendum erit, quod debitore non eligente creditor eligere potest, vt dictum est supra, hoc tamen sub intellectu, quod scilicet incontinenti eligat non ex interuallo, quia vterque incontinenti eligere debet. *Gloss. in l. 1. vers. conuertitur C. de solut.* vbi *Bart. nu. 7. & Io: Franc. Bellacomba in commun opin. de solut. tit. 27. nu. 69.*

30 Imo † debet creditor aliquãtum expectare debitorem eligentem cum prius electio ad eum pertineat, vt diximus supra. & tenet *Bart. in dict. l. 1. nu. 7. de solut.*

31 Vbi † putat creditorem illam electionem facere debere præsente debitore, quia licitum est sibi contradicere, & ex hoc potest lædi *& in nu.* 8. ait †

32 quod si in dicta electione non concordant creditor tenetur pecuniam reddere debitori volenti: & si non reddit videtur eum spoliare per vim illa pecunia.

33 Insuper, debet creditor dictam pecuniam accipere in duriorem, & grauiorem causam. *Gloss. in l. 1. C. de solut. in verb. conuertitur. & Bellac. loc. cit. dict. tit. 27. nu. 69.*

34 Pro resolutione autem quæstionis supra propositæ *sub nu. 27. vers. diximus itaque* dic quod solutio simpliciter facta, censetur pro causa grauiori, duriori, & vtiliori facta. *Burg. de laudim. inspect. 33. nu. 1. p. 3. Surd. decis. 186. nu 4.*

35 Si vero omnes causæ essẽt æquè duriores, & æquè grauiores tunc facta censetur pro antiquiori. *Burg. dict. inspect. 33. n. 7. Bellac. dict. tit. 27. n. 69.*

Rot. Roman. coram Ludouis. apud Oliuer. decis. 521. in ad not. n. 13.

36 Et † ad effectum vt vnum debitum dicatur antiquius altero, non attenditur dies creationis seu cōfectionis instrumenti, sed dies solutionis. *Burg. dict. inspect. 33. n. 7. Oliuer. dict. decis. Rot. Rom. 521. nu. 13. Alex. cons. 85. num. 1. vol. 3. & cons. 2. circa finem vol. 4.* vbi fatetur hanc esse magis communem opinionem.

37 Censebitur etiam solutio facta pro causa accessoria *Bellac. dict. tit. 27. nu. 69. & l. 1. vbi Bart. Bald. & Salyc. C. de solut.*

38 Insuper facta censebitur in illam causam cuius dies primo cesserat, & sic in causam periculiorem. *Costa de portio. Rat. qu. 8 nu. 7. Surd. decis. 186. nu. 7. & Gloss in l. 1. in verb. non dum venerat ff. de solution.*

39 Si vero duæ essent causæ, vna necessaria, altera voluntaria, tunc præsumitur facta ex causa necessaria. *Menoch. cons. 346. num. 25. Arism. Tepat. in tract. titul. diuers. tit. de solution. col. 4. vers.*

40 Sed causis æqualibus existentibus solutio pro rata cēsebitur facta. *l. illud ff. de solut.*

41 Denique pone quod marito fuerunt dotatæ pecuniæ, sed pro eis fuit ei assignatum prædium, siue redditus, & promisit restituere dotes in casu dissolutionis matrimonij: quo dissoluto, & separatio electio erit viri, & suorum restituere prædium vel pecunias.

42 Sed † non eligente viro, aut eius hæredibus, maxime si fuerit lapsum multum temporis spatium, electio prædicta transit in vxorem, sic docet. *Castill. in decis. 38 num. 4 & 5.* vbi citat *Monter. in decis. Arag. 48. nu. 20. & alios,* tenet etiam *Aponte cons. 49. nu. 28.*

43 Finaliter scias quod emphiteutica pensio redacta ad legitimum pretium reuocato excessu, electio est Domini census, si vult reductionem, vel prædium. *Thessaur. decis. 120. Pascal. de viribus patr. potest. p. 4. alleg. ante cap. 7. nu. 11. 12. cum seqq.*

SVM-

SVMMARIVM ARB. XXIV.

Nuptiæ secundæ dicuntur etiam si numerus ignoretur num. 34.

Via executiua proceditur pro reluitione stante pacto de retrouendendo contra quemlibet successorem, & tertium possessorem nu. 35. 37.

Pactum de retrouendendo an, & quando afficiat rem, ut detur actio contra secundum emptorem nu. 36.

Modus procedendi per viam iniunctionis dicitur executiuus num. 39.

Dictio (dummodo) restringit, & modificat præcedentia nu. 40.

Dictio (dummodo) an importet conditionem vel modum n. 41.

Dictio (nec) quid importet nu. 42.

Reus iniunctus in causa reluitionis quid facere debeat pro sui defensionem nu. 43.

Oppositiones fieri possunt aduersus quamcumque iniunctionem num. 44.

Instantia causæ retrouenditionis virtute pacti de retrouendēdo, est mensium sex nu. 45.

A quo die currat ista instantia num. 46.

Causa ista harmodiciatur etiam in M. R. C. nu. 47.

Oppositiones aduersus iniunctionem ad retrouendendum, quando reijci possint infra primos tres menses nu. 48.

Instantia prædicta perit opponenti nu. 49.

Retrouenditio quando censeatur facta ipso iure nu. 50.

Possessor quando actione personali teneatur ad faciendum contractum retrouenditionis nu. 51.

Deposito facto de sorte statim extinguitur census ibid.

Depositum fieri debet coram Iudice debitoris nu. 52.

Alias erit nullum num. 53.

Intellige num. 54.

Depositum pro reluitione census debet fieri coram Iudice competente domino census non debitoris nu. 55. *& quare nu.* 56. 57. 58. *& seq.*

Hanc esse probabiliorem opinionem, & veriorem sententiam tenet Giurb. qui videtur reprobare Cens. de cens. & alios ibid. num. 55.

Depositum fieri debet coram Iudice qui illius causæ esset futurus Iudex nu. 56.

Subiugans cogi non potest ad reluendum nu. 57.

Subiugans est debitor sortis eo volente num. 58.

Depositum capitalis census fieri debet coram Iudice competente subiugatario nu 59.

Depositum factum coram Iudice incompetente erit nullum nu. 60. *& habitur pro non facto ibidem.*

Imo deponens remanebit obligatus, stante ibid.

Vt valeat debet esse integrum, alias erit nullum etiam deficiente vno nummo nu. 61. *limita num.* 63.

Cum

Cum capitale depositari debent interusuria decursa, & rata temporis nu.62.

Eorumque solutio probari debet per debitorem nu.64.

Debent etiam depositari omnes expensæ factæ in instrumentis num.65.

Etiam expensæ utiles, & necessariæ ibid.

Retentio datur pro melioramentis liquidis nu.66.

Et quomodo melioramenta debeant extimari nu.67.

Depositum in causa retrouenditione non integrum potest reintegrare, & Iudex quomodo pronunciari debeat deposito nō integro nu.68.

Fructus non lurabitur actor nisi reintegrato deposito nu.69.

Depositum ut valeat debet fieri parte citata nu.70.

Debet etiam esse purum non conditionale conditione extrinseca, & quæ sit hac conditio nu.71.

Ius luendi constare debet ut procedat nu.72.

Obligatio facta pendente termino ad redimendum non sustinebitur in praiudicium emptoris, & è contra nu.73.

Depositum semel factum repeti non potest adeponente sine facto citati num.74. limita ibid.

Et cum licentia Iudicis nu. 75.

Hoc pactum de retrouendendo an præscribatur, & quando num. 76.

ARBOR XXIV.

DE TERMINO AD RETROVENDENDVM

Ex pacto in contractu emptionis, & venditionis adiecto ad intellectum cap. Reg. Caroli 214. & c. 256.

1 PACTA ligant homines eaque seruanda leges exclamant *l. iuris gentium §. Prætor ait ff. de pactis.* Nulla † 2 enim est maior iustitia quàm pacta seruare *l. 1. §. si conueniat ff deposit. c. 1. §. si id propter quod. quæ fuit prim. caus. ben fic. amict. Bald. autem in rubr. extr. de* 3 *constit. in princ.* Dicit † quod verb. illud (*pacta seruabo*) processit de Ore Dei. Et rumpere pacta graue est apud Deum, nedum apud homines. firmat *Corn. in l si poscenda C de pactis.* 4 Nihilque † magis debetur hominibus, quam pactorum obseruantia, nam pactum æqui-

æquiparatur legi. *l. fin. C. de reb. prohib. non alien. l. fin. C. de*
5 *fideiubſ.* Imo † æquiparatur
ſtatuto. *Gloß. in rubr. C. de decr.*
6 *Decurion. lib.* 10. Et † conſue-
tudini *Gloſſ & Io: Andr. in c. 2. de con ſuet. & latè exornat. Surd. decis. 256. nu. 12. & Iaſ. in l. 1.*
7 *ff. de pact.* Infert † quod pacto
ligatur Papa, Imperator, & quilibet alius Princeps. Ve-
8 rum † prædicta omnia non
procedunt quãdo pactum eſt
9 illicitum; Quia † factum con-
tra ius ciuile, naturale, vel Prætorium, vel contra quamlibet partem iuris, aut contra bonos mores. *l. contra iuris regulas, & ibi Gloſſ. 1. & Gloſſ 3. in l pacta quæ la 6. C. de pactis.*
10 Hinc eſt quod aliqui quæ-
runt, an pactum de retrouendendo in contractu emptionis appoſitum faciet contractum illicitum? diuerſi diuerſas dãt reſponſiones. *Abb. in cap. ad noſtram de empt. & vendit.* quinque diſtinguit caſus. Primus eſt quando venditio fit iuſto pretio, & ſolum apponitur pactum de retrouendendo, & hoc caſu contractus non eſt vſurarius, ſed licitus. *text. eſt in l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit.* & procedit hæc lex etiã de Iure Canonico. at apertè vult *Gloß. in dicto cap. ad noſtrã.*

Secundus caſus eſt quando pactum de retrouendendo pro modico pretio in contractu emptionis apponitur, & ex iſtis duobus tantum contractus nõ videtur illicitus. Secundum *Dyn. & Iac. de Aret. in l. 3. C. plus vale. quod agit.* Etiam ſi concurrat tertium quod ſcilicet, emptor ſit vſurarius, ſed cõtrarium tenet *Bart. in tract. de ſimulat. contractus in 6. caſu princ.*

Imo quod duo ſufficiunt conſuluit *Alex. in conſ. 46. in 1. dub. vol. 3. & Andr. Sicu. in conſ. 51. col. 1. cum ſeq. Anch. sr. conſ. 258.* Sed vide *Tepat. in tract. titul. diuerſ. tit. de pactis inter empt. & vendit. col. 4. verſ. an hæc duo lib. 2.* vbi cõciliat hinc inde opiniones, & dicit quod opinio, volens ſufficere duo, procedit in magna, & enormi pretij modicitate. Negatiua quod ſcilicet non ſufficiant procedit ex mediocri ſeu non tam magna pretij vtilitate ita diſtinguunt. *Caball. Milleloq. 415. & Cauale. deciſ. 1. p. 2. de contract.* At *Papon. lib. 12. tit. 7. arr. 3.* dicit requiri tertium, nempe conſuetudo fænerandi, & dictus *Tepat loc cit. verſ. modicitas pretij.* refert nonnullos tenere, quartum requiri, nempe alias conjecturas dicitque videndum eſſe *Menoch. conſ. 358. lib. 4.* ſed fallit quando mutuum præceſſit contractum: tunc enim prima duo ſufficiunt idem videtur tenere *Papon. dict. arr. 3.* quem ſequi-

quitur dictus *Tepat. loc. cit.* Et pretij modicitas quando dici potest relinquitur arbitrio Iudicis. *Gram. decis. 76. num. 13.* vide etiam *Boer. decis. 102.* Dictaque opinio quod duo sufficiunt, fallit in rustico, qui si emat cum pacto de retrouendendo non potest ex hoc dici contractus vsurarius *Raffael. Fulgos. in l. si quis id quod ff. de Iurisdit. omn. Iudic.* Quia eum iuris ignorantia excusat. dictus *Fulgos. in l. cum allegas ff. de vsuris.* Hoc autem intellige, nisi sit rusticus sagax. per ea quæ notantur *in l. si certis annis C. de pactis. & in l. cum de in rem verso ff. de vsuris.* & tenet *Ant. Fran. in addit. margin. ad Abb. in cap. ad nostram col. 3. lit. A. la 2. de empt & vend.*

Secundo fallit quãdo probatur emptorem esse bonæ famæ, timoratæque conscientiæ *Rol. cons. 96. nu. 20 vol. 2. & cons. 58. nu. 22. vol. 4. Menoch. cons. 343. nu. 18. lib. 3.*

Tertio fallit quando tales contractus posse fieri consueuerunt in regione, & patria *Rol. dict. cons. 96. nu. 26. & cons. 58. num 19. Menoch. dict. cons. 343. nu. 4.*

Sed *Abb. ibid. in dict. cap. ad nostram.* putat non sufficere quamlibet iniustitiam pretij, sed debet esse pretium valde tenue respectu valoris rei, quia (dicit) res minus valet propter illud onus retrouendendi in venditione appositum. quem sequitur *Castill. decis. 14. nu. 39. vers. ex aduerso tamen.* Idem tenent *Cancer. var. resol. cap. 13. de empt. & vendit. nu. 44. lib. 1. Osasc. decis. Pedam. 41. nu. 14.*

Istum enim pactum de retrouendendo minuit de vero valore circa tertiam partem. *Cancer. loc. pracit. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 20. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 10. nu. 1. Mascard. de probat. concl. 447. num. 13. p. 1. Honded. cons. 33. nu. 32. lib. 2. & alij per Gratian. discept. for. cap. 60. nu 8.* vbi refert decisiones Rotæ annis 1607. & 1617.

Seu vt *Ioseph. Ludou. decis. Perus. 97. p. 2. Rolan. cons. 96. num. 38 lib. 2. & cons. 58. vol. 4.* tenent importare triginta pro quolibet centenario, quod est quasi idem iuxta Gratia. opinionem, & sociorum.

Tertius casus est quando fit pactum de retrouendendo certo termino elapso pro modico pretio; & tunc præsumitur fæneratitius. per *text. in dict. cap. ad nostram de empt. & vendit.*

Sed solum pactum de retrouendendo non simpliciter appositum, sed post aliquod tempus; nempe post septemnium, vt contractus sit vsurarius non sufficere tenet. *Card.*

Mant.

Mant. de tacit. & ambig. conuent. tit. 31. lib 4. nu. 37. post medium vers. & quod tale pactum. & lib. 8. tit. 20. num. 9. ad med. vers. & ea in sacro auditorio qui sequitur *Rot. per Mohed. decis. 157. alias 3. de empt. & vendit.* Idem tenet *Gratian. discept. for. cap. 60. nu. 9. Menoch. consil. 343. num. 33. lib. 4. Guid. Pap. q. 516. & q. 447. Cephal. in tract. de simulat. contract. nu. 49. vers. decima præsumptione, & Paul. de Castr. cons. 109. nu. 2. lib. 2.*

Contrrrium vero tenent *Martin. de Azpil. in suo manual. conf. c. 17. num. 242. in fine & Couarr. var. resol. lib. 3. c. 8. nu. 8.*

Nihilominus *Cancer. var. resol. cap. 13. de empt. & vendit. sub nu. 56.* dicit veritatem esse tale pactum in venditione rerum mobilium vel immobilium non esse illicitum, nisi aliæ adsint coniecturæ, vt pote pretij modicitas vel quid simile. ita declarat etiam *Cephal. dict. tract. de simulat. contract. nu. 50. vers. sed tamen ista præsumptio.* tenet etiam *Aymol. in cons. 156. nu. 5. & Cagnol. in l. 2. nu. 6. C. de pact. inter empt. & vendit.*

Hic nota quod sicut res vendita cum simplici pacto de retrouendendo valet minoris pretij. Per quod tamen pactum post certum tempus res pluris valet, quam sine eo. vt notat *Azpil. vbi supra. & Cancer. dict. cap. 13. nu. 56.* concludit quod in superiori casu pretium debet esse congruentius quia dicta libertatis restrictio iusto pretio, & boni viri arbitrio compensari debet vt in specie notat *Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 8. num. 8. & alij per Cancer. loc. cit.*

Contractus bullaris cum hoc pacto redimēdi post certum tempus vsurarius est, pactumque istud illicitum. *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 5. nu. 270.* Quia tunc emptor esset certus de lucro vltra sortem, & de fructibus eo tempore quo redimi non potest census. *Lup. de vsur. comment. 2. §. 2. n. 69. vers. minus obstant. Felician. de censib. lib. 1. cap. 7. num. 6. vers. secunda vero. qui alios citant.* Contractus itaque subiugatorius iuxta formam Bullæ vt sit licitus, pactum de retrouendendo liberum esse debet, & collata talis facultas in voluntatem debitoris subiugantis, si vero collata sit in voluntatem emptoris subiugatarij non valeret contractus; quia ex hoc efficeretur sors repetibilis. *Felic. de censib. lib. 1. c. 7. num. 15.* & alij per *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. n. 254. cum duobus seqq.*

Quartus casus est quando fuit appositum pactum de retrouendendo in cariori pretio, & quod fructus computentur

tentur

tentur in sortem; & hic contractus præsumitur fæneratitius vt est casus dicti *cap. ad nostram de empt. & vendit. vbi Abb. nu.* 11.

Quintus denique casus est quando quis petebat mutuum offerendo rerum suarum hypotecam, & alter dicit nolo mutuare, sed emere, & sic secutus fuit contractus emptionis cum pacto de retrouendendo; & tunc siemptor sit vsurarius, contractus præsumitur fæneratitius. Vide tamen *Abb. in dict. cap. ad nostrã num.* 12.

11 Quibus addo alium casum quando scilicet venditur res cum pacto de retrouendendo nempe infra annos nouem tantum, & deinde res amplius redimi non potest, seu censeatur, & sit vendita vt dicitur à tutti passati, an hoc pactum sit vsurarium seu illicitum?

Hæc contractuum species in Regno frequenter ac sæpe sæpius fieri solet, ne contrahentes gabellam possessionũ, (quæ est tareni vnius pro vncia pretij Regiæ Curiæ debiti, & tarenorum duorum pro qualibet vncia eiusdem pretij huic Ciuitati pertinentium) soluant. Quia durante tempore retrouendendi gabella prædicta non debetur, nisi post elapsum dictum retrouendendi tempus vt ex Capitulis Regiæ Doanæ apparet, & dicit *Mut. in cap. Reg. Federic.* 110. *num.* 9. *in medio, & in cap. Reg. Ioa:* 80. *nu.* 8. *Idem in Bulla de censib. nu.* 243. *tom.* 5.

Cui præpositæ quæstioni responde contractum hoc illicitum videri, propter pretij iniustitiam, quo annui redditus, vel aliæ res venduntur, pretium enim debet esse iustum, sed in hac contractu videtur iniustissimum, cum annui redditus qui perpetuo redimi possunt, eodem pretio vendantur absque spe redimendi. Et licet secundum alios non sit vsurarius contractus, tamen iniquus est. Et ideo etiã si cõtractus nõ vitiatur, vitiatur, tamẽ pactũ hoc. Itaque manet annuus hic redditus redimibilis perpetuo. *Tiraq. de retract. lib.* 2. *in princ. num.* 3. quem, & alios sequitur *Couarr. var. resol. c.* 10. *nu.* 9. tenent etiã *Hodier. ad Surd. decis.* 2. *nu.* 16. *Cenc. de cens. p.* 2. *c.* 1 *q.* 3. *artic.* 7. refert decisum *Anna alleg.* 11. *n.* 20 & pluries etiam decisum fuisse testatur *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *Glos.* 18. *p.* 5. *n.* 62. Vide *Castill. decis.* 218. *nu.* 3 *tom.* 3.

Contrarium tenent *Goza. & Cas. in l.* 2. *C. de pact. inter. empt. & vendit. vterq. num.* 64. vbi ambo communem dicũt. Idem *Goza. in cons.* 87. *nu.* 5. &

conf.94.n.51.Iaf.conf.153.n.10. *lib.4.* & alij per *Cancerium resol. cap.13.num.53.lib.1.*

Tu vero distingue cum eodem *Cancer.* aut scilicet est facta iusto pretio, & tunc valet pactum prædictum, nec est illicitum. Et hoc casu procedit supra dicta secunda opinio aut venditio est facta cum pretij modicitate, & tunc pactum est illicitum, quo casu procedit prima opinio, ac propterea elapso termino præfixo ad redimẽdum poterit semper fieri reluitio. Quam distinctionem tutiorem, & æquitati consonem esse existimo, ac in iudicando, & consulendo sequendam, dictusque *Cancer. citat Hostien.in summ.de vsur.§ in aliquo Cassa. in conf. 11. nu.40. S.c. Iun.conf.104.num. 3.lib.3. Tiraquell.de retract.conuent. § 1. Gloss.2.num.53. Surd.decis. 34. num. 4. & seq.* & alios citat *Io: Bapt.Costa in tract. de scient & ignor.fact.distinct. 100. cent. 2. Rot.apud Oliuer.decis.559 nu 8. in annot.Mantic. de tacit. lib.4. tit.31.nu.40.*

12 Sed in constitutione census Bullaris cũ hoc pacto contractus est nullus, cum sit cõceptus contra formam ipsius Bullæ, & tendat ad diminuendum ipsum actum. & hanc veriorem esse opinionem testatur *Mastrill.ad Petr.de Greg.de censib.qu.5.nu.267.268.& precise num. 269.* licet asserat primam opinionem in praxi seruari.

13 Si autem venditio fuerit facta cum dicto pacto de retrouendendo infra scilicet annos nouem tantum, iusto tamen pretio interueniente, & post annos quinque venditor moreretur relictis filijs pupillis quorum tutores elapso dicto nouennio vellent recuperare, & redimere rem vẽditam beneficio restitutionis in integrum aduersus lapsum temporis cõuensionalis an possit? Negatiuè respondet, ac ægregiè more suo multis rationibus defendit, *Cancer.var.resol. cap.13.de empt.& vendit.n.57. 58. & 59. lib. 1.* Omnino videndus. de materia vide *Cutell. de donat.tract.1.disc.2.p.6.num. 148 cum seq.*

14 Pactum hoc retrouendendi species est alienationis. †

15 Nam tutor emendo pupilli nomine, si facit incontinenti, nempe in eodem contractu, pactum de retrouendendo, pupillus vtrumque idest emptionem, & pactum acceptare tenetur. Si autem pactum esset ex interuallo non teneretur, & non valeret. *text. in l.qui Roma §.Callimacus ff.de verb. obligat. ita declarat Ang. in l. sin autem ff. de pactis. & ibi Iaf.numer. 11. & 12. Boer. decis.182.nu.35.*

Nul-

16 Nullus enim administrator alienare potest, sed qui ex interuallo pactum de retrouendendo apponet, alienare dicitur. *And. de Ysern. in c. imperialem in princ. col. 6. & Anna alleg. 21. nu. 9.* assignat aliam rationem, & dicit quod quando pactum apponitur incontinēti considerandum est quod venditer non esset aliter venditurus, cum sit pars instrumenti vt dicunt. *DD. in l. petens C. de pactis. & in l. lecta §. dicebam ff. si cert. pet.* Sed quando ex interuallo videtur appositum ex voluntate administratoris, qui dominio acquisito præiudicare nequit vt in simili habetur *in l. fistulas §. 1. ff. de contrahen. empt. Bert. in terminis pacti de retrouendendo in cons. 15. visis instrumentis vol. 2.*

17 Scias præterea quod Bullæ, nempe, census iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ requisita sunt tria. Primum pretium ad minus olim decem, modo de quinque pro centenario, Secundum specialitas bonorum subiugatorum, & tertium pactum de retrouendendo. tetigi *in Prax. super rit. cap. 2. nu. 17.* & melius dixi supra *Arb. 8. nu. 18. & seqq.*

18 Quod quidem tertium requisitum, vt puta, pactum de non opponendo, est quod dat robur, & substantiam contractui subiugatorio, quia sine eo erit nullus. dixi *dict. Arb. 8. nu. 19. sub vers. quibus requisitis ex Castill. decis. 51. nu. 2.*

19 Sed si in contractu censuali iuxta formam Bullę dictum fuerit (iuxta formam Bullæ) omisso pacto de retrouendendo, an dictus contractus valeat, quod non licet contrarium seruetur. dixi *dict. Arb. 8. num. 21. ex Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. qu. 5. num. 260.* & præcise *à nu. 262. cum seqq.* vbi hanc defendit opinionem, sed refert incontrarium esse seruatum in praxi, & testatur iuxta praxim decisum fuisse.

20 Non obstante autem pacto de retrouendendo venditio vera est ita vt laudimium ex ea debeatur. *Camill. Borell. in summ. decis. tit. 35. n. 72. Barbos. super cap. potuit 4. n. 24. de locat. & conduct.* Et licet in venditione emphiteusis facta cum pacto de retrouendendo ad tempus, non debeatur laudimium, nisi elapso tempore. secūdum *Cass. in consu. t. Burgun. tit. des censes §. 1. num. 15. Boer. decis. 182. nu. 39. & decis. 234. in fin.*

Contrarium tamen, & receptius testatur, & tenet. *Intrigl sing. 95. num. 35. lib. 3.* qui dicit laudimiū deberi à principio. Idem tenet *Aponte in tract. de laudim. q. 37. col. 1. vers. contrarium. Tiraquell. de retract. conu. § 6. num. 19. quem sequitur*

21 *Thess.decis.75.n.2.& 3.* † Ampliantes hanc sententiam dicunt etiam aliud laudimium deberi ex retrouenditione sic etiam tenent *Cagnol.in l.2. nu. 137.C. de pact. inter empt. & vendit.* Idem tenet *Roderic. de annuis reddit.lib.2.q. 22.nu.30.*

22 Sed † primum laudimium restitui debet per venditorem, rem venditam redimentem. *Tepat.in tract.diuers.titul. tit.de pactis inter empt. & vendit.col. 8.vers.laudimium restitui lib.2. fol.125.*

23 Et nota quod de consensu venditoris alius redimere po-
24 test.*Dec. cons.* 544. Quia † ius redimendi ex pacto cedi, vendi, aut donari potest. *Ioseph Ludouic.decis.Luc.* 47. *& decis. Perus.16.Vide Franc.Marc.qu.* 404.*Cauale.decis.* 16. *nu.* 27.*p.* 2. *Dec cons.* 614. *&* 680. *& Rol.cons.28.lib.2.*

25 Sed inter duos cessionarios qui prior acquisiuit, & possessione intrauit præfertur.*Papon. arr.vlt.lib.11.tit.6. Vide tamen eumdem in lib. 8. tit. 6. arr. 8.* Vbi videtur tenere in hac materia illum præferri non cui prius res fuit retrotradita, sed illum, qui prius pretium numerauit. quem citat. *Tepat. dict.titul. de pact. inter empt. & vendit.col.2.vers.penul fol.126.*

Nec Papon. se contradicit nam dicit priorem non præferri si sibi priori traditam rem dicat, sed eum præferendum, licet posterior emptor sit, qui primus pecuniam obtulit,& redemit,& sic non solum debet pecuniam offerre, sed,& rem redimere, quia in huiusmodi iurium (dicit) actuali possessione emptor à venditore nec constitui potest,nisi redimat, & ita intelligi debet quod supra dixi *nu.præsenti* 25. *vers.sed inter.*ex eod. *Papon.lib.11.Titul.6.arr.vlt.* Sicq; hoc casu limitatur *text. in l. quoties C. de reiuendicat.* vt testatur Idem *Papon. loc. præcit.*

26 Super hac materia pacto de retrouendendo in fauorem venditoris redimere volentis *Serenissimus Rex Carolus in cap. 214. declarato in cap. 256.* aliqua priuilegia specialia concessit. voluitque *hoc capitulum 214.* locum habere etiam in feudalibus, quando in his succeditur ex pacto,& prouidentia,vt sunt qui veniunt virtute huius pacti de retrouendendo quo casu hæredes cum beneficio legis Inuentarij alia pacta in contractu adiecta seruari non tenentur. Nisi † vt debeant de Ordine Iudicis, aut per acta Notarij notificare facere possessoribus feudorum quatenus infra terminum dierum octo eligant bancum vbi vellent fieri depositum de pretio feudi venditi, infra quem terminum nec se opponere

nere, minus contradicere possunt, eoque termino elapso, & non facta declaratione banci, licitum erit reemere volenti illud depositare penes quemcumque bancum sibi beneuisum. vt disponitur ex *dict. c. Reg. Carol.* 214. Et statim possessor possessionem feudi redempti ei tradere debet. Volensque possessor se opponere, habet instantiam mensium sex duplicatũ vna circa causam retrouenditionis feudi, & alia circa cognitionem, & declarationem faciendam; pecuniæ pretij an fuissent recte depositatæ aut non. Dummodo quod possessor non audiatur in hac secunda instantia, nisi facta prius retrouenditione, & infra secũdos sex menses cursuros à die possessionis feudi restituti, ac in reliquis seruari decernit formam *prædicti cap.* 214.

28 Prædicta tamen Capitula Regni vt eorum dispositio procedat, exigunt contractus publicos pactum de retrouẽdendo continentes sic dictat. Idem *cap. Reg. Carol.* 214. ibi *(in virtù del patto de retrouendendo adietto in instrumenti publici.)*

Vnde hæc facultas reemẽdi in contractu publico reseruata esse debet, alias executionem paratam non haberet, quia dum loquitur de pacto de retrouendendo in contractu, & instrumento publico adiectum, illud, sine publico instrumento relinquitur iuris communis dispositioni, casus enim in statuto omissum, relinquitur dispositioni iuris communis, vulgatis iuribus.

Licet hi contractus non essent de casibus in tribus Capitulis *Reg. Alf.* nempe *cap.* 101. 114. & 124. *Ritus.* vt memini dixisse in *Prax super rit. cap.* 4. *nu.* 6. *in ciuilibus.* Quo casu procederetur, pro vt in executione pacti de retrouendendo etiam procedebatur, nempe per viam Cedulæ vt ait *Petr. de Greg. de Iudic. cauf. feud. qu.* 20. *in principio.* qui hoc intelligit post decennium, sed infra decennium asserit quod procedi poterat via executiua ad redimendum prædium. Sed *Cumia in cap. Rit. ord suo* 37. *nu.* 5. hoc procedere ait si expressim in contractu fuerit adiectum quod possit fieri executio pro reemptione prædij, alias etiam infra decennium per viam Cedulæ debebat procedi, cum videbatur obligatus reus virtute contractus, qui nõ est de casibus in dictis Capitulis Ritus expressatis.

29 Hodie vero hi contractus priuilegiati, quo ad hoc pactum de retrouendendo, fuerunt ex dicta Pragmatica Regis Caroli per quam disponitur,

tur, ad recuperandum prædium via executiua procedendum esse, non solum infra, & post decennium, sed etiam per mille annos. *Ego in prax. super Rit. in Ciuilib. cap. 12. n. 71.* & melius *in cap. 4. à nu. 5. cum seqq.* vbi multos etiam citaui.

30 Et dispositio huius Capituli Regni, seu Pragmaticæ seruatur etiam in Curijs Ecclesiasticis. *Castill. decis. 11. sub nu. 47.* vbi refert decisum. quem sequitur *Baron de Citat. ad qu. 19. ad num. 203. sub num. 127. tom. 3. fol. 306.* & ita practicaui in hac Curia Episcopali Agrigentina.

31 Imo non solum via executiua procedi potest contra ipsos principales obligatos, sed etiam contra eorum hæredes primos, & secundos ex vi eius-

32 dem statuti. Et scias † dicta verb (*Contra primos, & secundos hæredes*) non intelligi tantum de hærede, & hæredis hærede: sed etiam contra omnes hæredes, & successores in in-

33 finitum. † Quia omnes hæredes, & successores in infinitum post primos semper secundi dicuntur. iuxta *Gloss. in l. 1. ff.*

34 *de vulg. & pupill substit.* † Sicut secundæ nuptiæ dicuntur etiam si numerus ignoretur. iuxta ea quæ dicit in terminis nostris. *de Septim. Ant. Lanc.* & communiter *omnes scribentes in cap. Rit. 103.* tenet etiam *Genitor meus in add. ad meam Prax. super Rit. in Ciuilib. cap. 2. num. 1.* vbi citat *Cumiam super Rit. ord. suo cap. 8. n. 4. & Intrigl. sing. 154. lib. 2. & dicam Arb. 30. nu...*

35 Insuper sic via executiua procedi potest etiam contra quemlibet successorem, & tertium possessorem, sic dictat nostrum statutum. & ait. *Mut. in cap. rit. 102. num. 25.* tenet etiam *Cumia Rit. 37. nu. 7. 8. & 9.* quos citaui *in Prax. cap. 4. nu. 8. super ritu in ciuilib.*

36 Verum de iure disponitur, aut scilicet hoc pactum est simplex; & tunc non afficit rem, vt detur actio contra secundum emptorem. *Andr. Gaill. obs. 16. lib. 2. Mining. obs. 69. cent. 6. Mago. decis. Rot. Flor. decis. 105.*

Aut pactum de retrouendendo est cum obligatione bonorum; & quia tunc est reale, & non personale transit contra quemcumque tertium possessorem *Caual. decis. 16. p. 2.* maxime si sit hypoteca specialis. *Hier. Mago decis. Luc. 80.* Sed refert *Tepat. in tract. titul. diuers. tit. de pactis inter empt & vendit. col. 7. vers. vlt. lib. 2.* in illa sua patria ex forma decreti antiqui competere actionem contra tertium etiam si pactum esset simplex. Pro vt

37 etiam disponitur in hoc † Regno ex nostro statuto cōdito à

Reg.

Reg. Carolo superiùs citato, quod scilicet indistinctè sic proceditur via executiua tum contra principalem, suosque hæredes, & successores in infinitum cũ etiam contra quemlibet successorem, & tertium possessorem, vt iam diximus. Et hæc est limitatio eorum, quæ scripsimus in *Prax. super Rit. in ciuilibus cap. 2. num. 8.* quod nimirum contra tertium non potest fieri executio regulariter.

38 Executiue igitur proceditur pro redemptione prædij, seu census stante pacto de retrouendendo in contractu publico adiecto, vt in simili disponitur per *Rit. 5.* cum omnibus qualitatibus in præcit. Rit. dispositis, nempe quod contractus sit publicus, & in publica forma redactus, alias nõ datur executio. ex *dict. Rit.* & ibi *omnes scribentes.*

Et quia obligatio est ad faciendum actum retrouenditionis, & non ad soluendum. Ideo non causatur formaliter executio. Sed præfati Reg. Caroli pragmatica disponit quod fiat iniunctio siue præceptum parti ad retrouendendũ. Nam

39 † modus procedendi per viam præcepti seu iniunctionis dicitur executiuus. *Giurb. obser. 49. nu. 1. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 97. Amat resol. 59. num. 1. Corsect. quæst. for. lib. 2. cap. 1. nu.* 4. 5. *&* 6. Ita vt à sententia seu interlocutoria quod (procedat iniunctio) non datur appellatio per *Rit. cap.* 139. vt tetigi *in prax. cap. 4. n. 105, 106. & 107. & cap. 6. num. 146. & 147.* vbi licet dixerim hoc procedere in M R.C. non autem in Curijs inferioribus, quia dictus ritus fuit conditus ob præheminentiam ipsius M. R. C. quicquid sit in alijs casibus, attamen in casu præsenti modus procedendi contra emptorem ad faciendum actum retrouenditionis virtute *dict. cap.* 214. Reg. Caroli est executiuus. Ideo appellatio omnino denegatur, quia in executiuis non datur appellatio suspẽsiua in Regno ex *disposit. rit. cap.* 116. & dixit *Aloif. de Septimo. super Rit.* 101. *lit. D.* quicquid sit de iure communi. *Andr. de Ysern. in constit. constitutionum tit. in quib. reb. pet. tric. & Aloif. de Sept. loc. citato.* Vide *Amat. resol.* 74. *per tot. & Grass. ad cõstit. pragm.* § 16. n. 15.

40 In qua quidem iniunctione seu pręcepto pręfigi debet terminus Iudici beneuisus dummodo non sit minor dierum octo, nec maior dierum quindecim, quæ dictio (*dummodo*) restringit, & modificat præcedentia *l. Lucius. §. quæ habebat, & l. ita tamen ff. ad Trebell.* Et

41 † licet aliqui dicant importare conditionem, alij vero modum,

dum,tamen,siue modum,siue conditionem importet, semper requiritur vt adimpleantur ea, quibus dicta dictio adiungitur, alias si non interueniunt, actus corruit nec consequitur effectum. *dixi Arb. 6. num. 15.*

Præterea in casu nostro hęc dictio (*dummodo*) non solum refertur ad ea quæ dicit textus statuti, quod scilicet terminus iniunctionis non sit minor dierum octo, sed etiam ad ea quæ inde sequuntur, nempe (*nec maior dierum quindecim*)

42 dicta † enim dictio (*nec*) importat continuationem materiæ, eiusque natura est continuare eamdem materiam, & stare declaratiue ad præcedétia *l. nec quicquam ff. de offic. Procons. l. si quis stipulatus fuerit decem ff. de verb. signific. Paris. cons. 111. num. 25. Barbos. de dict. dict. 208. num. 1.* vbi plenius de dicta dictione. Et *Signor. in cons. 208. num. 3. vers. praeterea* ait quod repetita consentur præcedentia in sequétibus per dictionem (*nec*) copulatis, Et *Ang. Aret. in cons. 89 num. 7.* dicit quod natura huius dictionis est iungere seu continuare, & negare.

43 Infra quem terminum possessor retrouéditionem facere, ac possessionem tradere debet, aut de se opponendo. Vnde possessor infra dictum terminum suas præsentare poterit oppositiones aduersus dictam iniunctionem, & reemere intendentem. Pro vt †

44 potest quicumque se opponere aduersus quamlibet iniunctionem infra terminum in ea præfixum. vt *dixi in prax. super Rit. in ciuilibus cap. 5. §. 20. num. 176. & cap. 12. nu. 81. Corsett. qu. for. 1. nu. 4. lib. 2.*

45 Præsentatisque oppositionibus infra sex menses causa terminari debet. Instantia enim hæc erit semestris. ex dispositione nostri statuti ibi (*la causa oppositoria infra termino di mesi sei,*) & concordat cum *cap. 198. eiusdem Reg. Caroli* quod retuli in *prax. super Rit. cap. 1. nu. 71. in ciuilib.*

46 Et licet similis instantia currat à die præsentatarum oppositionum ex *pragm. 8. tit. 11. de instant. caus. vol. 1. Ego ipse loco prox. cit.* Attamen ista instantia semestris in hoc casu pacti de retrouédendo currit à die iniunctionis, non obstante dicta pragmatica octaua quia pragmatica prædicta fuit condita in his casibus in quibus certum non erat à qua die instantia hæc incipiebat, vt ex tenore eiusdem pragmaticæ liquet. Nostro vero in casu certa est dies à qua ista instantia currere incipit, nempe à die iniunctionis sic præscriptum reperitur. *à cap. Reg.*

Ca-

Caroli 214 ibi (*Infra il termine di mesi sei da contarsi dal giorno della iniunctione.*) Et an prima dies computetur in termino quod non per ea quæ dixi *Arb.6.num.* 21. *ex Gloss.in verb.ab initio in l.*20.*§.fin.ff. de action.empt.* & *vend.*& *verb.à die in clem.sicut appellationem de appellation.* & *in verb. numerandum.paulo ante finem in c.statutum de præbend. in* 6. & *ibi DD.*

47 Voluitque hoc statutum quod in M.R.C. hærmodicia tur licet causa ibi fuerit conclusa infra sex menses. vt ibi patexit.

48 Si vero extaret in contractu pactum de non opponendo, vel oppositiones essent friuolæ, poterit infra primos tres mēses articulus reiectiuus terminari iuxta notat.per *Corsett. quæst.for.*1.*nu.* 4. *lib.*2. & videtur sentire *Mut.super rit.*102. *num.*25.de qua instantia loco suo tractabimus.

49 Et interlocuto reijciantur aut decisa causa oppositoria, seu instantia fuisset perempta, (quia hoc in casu opponenti, perit ex dispositione huius statuti.iuxta ea quæ dicit *Corsett.*

50 *loc.cit. qu.* 3.*per totam*) Ipso † iure, & ipso facto censetur facta retrouenditio, & possessio

51 traditur actori. Quo † cogendus erit conuentus cohertione,& remedio personali ad faciendum contractum retrouenditionis. iuxta dispositionē prædicti nostri statuti circa medium.

Prædicta intellige si factū fuerit legitimè depositū, quo facto ipso iure extinguitur cēsus, sed quomodo fiat subiugatario absente.Vide *Mastrill. ad Petr.de Greg.de censib. qu.*5.*a nu.*282.*cum seqq.*vbi de materia reluitionis.

Hic scias quod non nulla requiruntur vt depositum sit legitimè factum . Primo vt fiat coram Iudice Competenti vt mox dicam , quis autem sit hoc casu Iudex Competēs?

52 dic . Quod † licet depositum fieri debeat coram Iudice debitoris deponentis, non autem creditoris.*Ciarlin.quæst for.cap.*200.*nu.*19.& *cap.* 34 *num.*12. *per text.in cap. dilecti filij de for. compet.*& *in l. contractibus C.de numer.pecun.Boer.decis.*114.*nu.*

53 9. Alias † nullum esse depositum tenet *Cenc.de Cens.p.*3 *c.*1.

54 *q* 3.*art.*9.*nu.* 27 † Quod procedit ante litem ceptam , sed post ceptam litem si occasione litis fieret depositum deberet fieri coram Iudice coram quo pendet lis.per ea quę dicit *Cancer.var.resol.cap.* 4.*de sequest.nu.*37.*lib.*2.*fol.*105.

55 Nihilominus pro reluitione census debet fieri coram Iudice Competente ipsi Domino census non debitoris,

hanc firmat opinionē. *Roderiq. de ānuis reddit. lib. 1. q. 18. n. 54.* sequitur *Auend. de censib. c. 102. n. 15.* eruditè defendit *Duard. de censib. §. 6. qu. 3. nu. 3. & q. 7. nu. 2.* qui reiecta contraria *Felician. Lup. Bald. Cagnol. Alex. Caroc.* & aliorum opinione probabiliorem hanc esse sententiam concludit, & de iure verius hoc esse dicit *dict. qu. 3. nu. 3.* Hanc etiam sententiam firmat, & acriter defendit *Salgad. in labor. credit. concur. p. 1. c. 2. §. 2. sub num. 27.* quem citat *Baron. de citat. ad qu. 3. nu. 40. tom. 3.* licet ipse referat se patrocinante contrarium fuisse decisum. Hanc etiam *Roderiq.* sententiam defendit, & sequitur (reprobando *Cenc. de cens. p. 3. c. 1. q. 3. art. 9. nu. 27.*) *Giurb. obser. 84. nu. 10. cum seqq* & eam veriorem esse tenet.

56 Ratio autem huius sententiæ esse potest inter alias multas à præcitatis patribus relatas, quia de iure depositum fieri debet coram Iudice, qui illius causæ esset futurus Iudex. *Bald. in l. acceptam 13. q. C. de vsur. sequitur Boer. decis. 114. nu. 9. & Viuius decis. 380. nu 4.*

Vnde si ego debitor vellem moram euitare depositum facere deberem coram meo Iudice Competente, qui me cogere posset ad soluēdum. Sed

57 † in reluitione census, cum subiugans ad soluendam sortem, & capitale cogi non possit; quia † est debitor sortis,

58 & capitalis eo volente *Baron. de citat. ad qu. 3. nu. 4. tom. 3.* Sed subiugatarius remedio, & cohertione personali cogi debet per viam nimirum præcepti, seu iniunctionis ad faciendum actum retrouenditionis, seu via executiua iuxta dispositionem *cap. 214. Reg. Caroli* vt su-

59 perius dictum est. Igitur † coram Iudice Competente ipsi Domino census seu subiugatario depositum sortis, & ca-

60 pitalis census fieri debet. Et † alibi factum, habetur pro non facto tāquam facto coram incompetente Iudice. *l. obsignatione C. de solut. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.* Ac etiam erit nullum depositum istud. *Gargian. cons. 97. num. 82.* Imo remanebit obligatus vt ante. *Caroc. de deposit. p. 2 qu. 133.* & alij per *Giurb. obser. 84. num. 1,* & hæc est vera opinio.

61 Secundo requiritur vt depositum valeat, nempe quod debeat esse integrum, aliàs si defecerit in vno nummo erit nullum, & non impediet cursum censualium. *Intrigl. de censib. q. 75. n. 1. & Cōuers. ibid.*

62 Debent igitur cū m capitali depositari interusuria decursa, & rata temporis vsque ad illum diem depositi. *Rot. Roman. apud Oliuer. decis. 480. coram Ludouis.*

Li-

63 Limita quando pars illud non integrum sic expresse acceptauerit, aut tacitè, quia scilicet non impugnauit depositum facta citatione. Eadem *Rot. Roman. dict. decis. 480. in annot. num. 7.*

64 Et hoc casu solutio interusuriorum per debitorē probari debet, & sufficit quod creditor negat. Eadem. *Rot. nu. 2. & 3.*

65 Et non solum depositari debent pretium solutum, & interusuria decursa ac rata temporis, sed etiam omnes expensę factę in instrumentis, & in bonis stabilibus, etiam expensæ vtiles, & necessariæ intra tempus. *Borg. Caual. decis. 16. nu. 33. p. 2. Nact. cons. 256. & cons. 601.* Vide etiam *Mut. decis. 14.* vbi de facultate redimendi ex secundo decreto de qua suo loco dicemus.

Igitur melioramenta poterit recuperare obligatus re-
66 trouendere. † Et poterit retinere bona si sint liquida melioramenta *Borg. Caual. decis. 16 p. 2. Bald. Salyc Castrens. & alij. in l. fin. C. commod. Vinc. de Franch. decis. 112.* Et an sufficiat fideiubsio de nō liquidis, & quando. Maxime stante clausula in sententia aliquando poni solita nempe (*solutis prius melioramentis.*) Vide *Mastrill. decis. 98. per tot.*

67 Sed quomodo melioramēta extimentur an pro vt valēt tempore restitutionis prædij, an vero aliter, dic quod extimantur ad id quod minus est, nimirum quando res vltra impensam meliorata esset tūc debitor teneretur soluere tantū, quantū impensum fuit. Si vero impensum excedit meliorationem, & plus fuerit impensum quam res meliorata, & tunc soluere tenetur id, in quantum res meliorata esset. *Fusar. de fideic. q. 669. Seraphin. decis. 898. num. 1. & 2. & decis. 547. nu. 6. & decis. 1051. Tusc. concl. 176. num. 17. lit. M. Amat. qui alios citat in resol. 14. n. 62. vol. 1. Curt. Iun. cons. 144. nu. 7.* de materia. Vide *Peregr. de fideic. art. 50. num. 70. ad 79.* vbi de omni specie meliorationis, & quando, & quomodo debētur, maxime melioramenta in plantatione arborum. Vide etiam *Petr. Ant. de Petr. de fidecom. q. 15. nu. 215. & 271.* vbi quod minus est respicitur. *Giurb. in consuet. Messan. cap. 15. Gloss. 12. nu. 5. p. 1.*

Et quæ dicantur melioramenta necessaria, vtilia, voluptaria, & reparationes quæ dicantur. *Vid. Borg. Caual. decis. 32. num. 39. & 49. de contract. p. 2. Beroi qu. 96.*

68 Sed casu quo depositum non fuisset integrum à principio, poterit quandocumque reintegrari. Imo Iudex inter-

loqui poteſt (procedat iniunctio facto ſeu reintegrato de-
69 poſito,) ſed fructus † non lucrabitur actor niſi reintegrato depoſito, & notificato conuẽto. ex *cap. Reg. Carol.* 214. pro vt etiã diximus in retractu *Arb.* 21. *nu.* 67. *Baron. de citat. q.* 3. *nu.* 41. *verſ. & debet eſſe integrum. tom.* 2.

70 Tertio depoſitum vt valeat debet fieri parte citata. *Rot. Rom. corã Ludouiſ. apud Oliuer. deciſ.* 480. *in annot. nu* 6. *Baron. de cit. qu.* 3. *nu.* 10. *tom.* 1. *& to.* 2. *in add. nu.* 40. *& tom.* 3. *nu.* 40. vbi alios nonnullos citat.

71 Quarto debet eſſe purum, non conditionale, aut cauthelatum: vt ſcilicet non tradatur niſi citatis certis perſonis, debet igitur eſſe adeo liberum, vt creditor poſſit ad libitum illud exigere. Si tamen depoſitum contineret conditionem intrinſecam non vitiaretur, pro vt vitiatur ſi conditionem contineret extrinſecam. Ita diſtinguit *Rot. Rom. deciſ.* 813. *p.* 4. *in nouiſſim.* & refert deciſium *ead. Rot. coram Ludouiſ. deciſ.* 505. *in annot. num.* 11. vbi conditio extrinſeca dicitur, ad quam creditor cenſus de iure cogi poteſt. Extrinſeca vero ad quam de iure cogi non poteſt. ex *Neguſ. de pign.* 3. *memb. p.* 1. *principalis num.* 11. Vide etiam *Maſtrill. ad Petr. de Greg. de cenſibus qu.* 5. *nu.* 291. *Intrigl. ſuper Bull. de cenſib. q.* 78. *nu.* 13. *lib.* 1. *Baron. de citat. tom.* 3. *ad qu.* 3. *num.* 41.

72 Quinto requiritur quod oblatio, & depoſitum cum fit pro aliqua re redimenda, debet prius conſtare in ea re ius luendi competere deponenti. *Menoch. conſ.* 301. *lib.* 4.

73 Et pro coronide huius materiæ primo ſcias quod facta venditione cum pacto de retrouendendo, ſi venditor rem illam alteri obliget, non ſubſtinebitur talis obligatio in præiudicium emptoris. *Oſaſc. deciſ.* 65. *Boer. deciſ.* 181. *nu.* 8. Et è contra res redempta non ſubiacet oneribus, & hypotecis medio tempore per emptorem impoſitis, ſed reſoluũtur. *Gaſp. Caball. Milleloq.* 159.

74 Scias ſecundo quod depoſitum ſemel factum non poteſt à deponente repeti ſine facto citati, niſi citatus expreſſe depoſitum refutauerit, quia tunc repeti poteſt à deponente. *Intrigl. ſuper Bull. qu.* 80. *n.* 5.
75 6. *& num.* 7. ait † requiri etiam Iudicis mandatum.

76 Scias tertio quod hoc pactum, ſeu hæc facultas de retrouendendo præſcribitur 30. annis, nec requiritur curſus 40. annorum. *Boer. deciſ.* 182. *& deciſ.* 351. videtur etiam tenere *Crau. conſ.* 71. *Menoch. cõſ.* 143. *lib.* 2. *& conſ.* 364. *lib.* 4. *Rol. conſ.* 21. *vol.* 2. Contrarium

ta-

tamen fuisse obseruatū in Camera Imperiali testatur *Minsing.obser.16.cent.1.*

Tu vero dic aut promittés retrouendere, simpliciter retrouendere promiserit absque temporis definitione, & tunc intelligitur promisisse intra decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes. *Borg. Caual. decis. 16. p. 2.* & Vide *Boer.decis.183.nu.11.*

Quod intellige contra priuatos, contra vero Ecclesiam præscribitur 30. vel 40.annorum cursu.*Caual.dict.decis.16. p.2.Caball.Millel.420.*

Aut vero venditio facta fuerit cum pacto de redimendo toties quoties placuerit vēditori (seu semper, & quandocumque vt seruatur in Bulla,) & hoc casu in perpetuum nulla præscriptio potest obesse venditori. *Papon. lib. 11. tit.6. arr.3.*

Vbi limitat nisi post perfectam venditionem fuerit cōcessa talis facultas, quem vide.

SVMMARIVM ARB. XXV.

Ratificans dicitur facti auctor nu.1.& perinde obligatur.

Ratificatus actus à lege fingitur factus à ratificante nu.2.

Ratificatio actus per alium gestum nomine meo operatur ac si ego ab initio contraxissem num.3.

Ratificari non potest à me quod nomine meo gestum non fuit num 4.

Intellige quoad mei commodum, secus quoad meum præiudicium nu.5.

Ratificatio non præsumitur nu.6.

Quæ facti sunt non præsumuntur num.7.

Ratificationem allegans illam probare tenetur nu.8.

Ratificatio quotupliciter fieri possit num.9.

Ratificatio duplex est expressa,& tacita nu.10.& quæ ibid.

Ratificatio expresse fieri potest facto,& verbis nu.11.13.

Ratificationis species sunt tres,& quæ num.12.

Ratificare verbis vel facto re ipsa paria sunt nu.13.

Ratificatio vt valeat quando requiratur scientia contractus cum omnibus suis qualitatibus num.14.

Ratificatio tacita vt fiat à minore maiore facto cursus decem annorum in contractibus lucratiuis requiritur inter præsentes, & 20. annorum inter absentes nu.15.32.

In contractibus ex causa onerosa per cursum quatriennij, seu quinquennij nu.16.32.

In-

Prac-

Practica refertur numer. 53.
Iudici asserenti decretum fuisse interpositum ex iusta causa, vel praeuia causa cognitione non creditur nu. 54.
Nec creditur Notario nu. 55.
Decretum praedictum quo tempore interponi debeat nu. 56.
De materia remissiue num. 57.
Minor quis sit num. 58.

ARBOR XXV.

DE TEMPORE QVO INDVCITVR RATIFICATIO

Tacita alienationis à minore, effecto maiore, facta, ad Intellectum cap. Reg. Caroli 78. Pragm. Comitis Castri §. 33. & textus.

In l. fin. C. si maior fact. alien. rat. habit.

1 Evenit multoties celebrari contractum à commissionato nomine absentis, qui inde illud ratificat, & ratificando seu ratum habendo dicitur facti auctor. *Gramm. decis.* 103. *num.* 8. Et perinde obligatur *ibid. nu.* 48 *&* 108. *Rot. Genuen. decis.* 92. *Osasc. decis.*
2 57. *n.* 11. Et † ratificatus actus à lege fingitur factus ab ipso ratificante. *Osasc. dict. decis.* 57.
3 *nu.* 11. † Hinc est quod ratificatio actus per alium gestis nomine meo operatur, perinde ac si ego à principio contraxissem. *Tepat. in tract. titul. divers. tit. rem rat. hab. col.* 5. *vers. ratificatio actus lib.* 1. *fol.* 120.
4 Et licet id quod gestum non est nomine meo ratum
5 habere non possim. Hoc † tamen procedit quoad commodum mei ratificantis, sed quo ad meum praeiudicium, benè ratificare possum. *Gramm. decis.* 103. *num.* 12. *Rot. Genuen. decis.* 92. *n.* 8. *Menoch. cons.* 389. *lib.* 4. *nu.* 14. *Bar. in l.* 1. *C. si in communi eademque caus. Osasc. decis.* 158. *nu.* 8. Idem *Bart. in l. mater tua* 3. *C. de reiuendic. & in l.* 16. *ff. de pignor.*
6 Verum ratificatio cum sit quid facti non praesumitur ni-
7 si probetur. Quia † ea quae facti sunt non praesumuntur. *l. in bello §. facta ff. de capt. & postlim. reuer. c. cum Ioannes §. verum responsionem istam. de fide instrument. Corn. in cõs.* 181. *visis non nullis col.* 9. *vers. nec obstat. vol.* 2.
8 Ea propter ratificationem alle-

allegans illam probare debet. *Castrān conf.* 228. *vol.* 1. *Mascardus de probat. concl.* 732.

9 Duplici autem modo actus ratificari potest nempe ta-
10 cite, † & expresse, tacite per
lapsum quinquennij, vt mox
11 dicam Et † expresse, quod fieri potest facto, & verbis, & dicitur expresse fieri si facto fit; ad differentiam taciti, scilicet per lapsum quinquennij. *Bald. conf.* 184. *lib.* 2. *Rol. cōs.* 60. *lib.* 4. *Paris. cons.* 49. *lib.* 1. quem omnino videndum incomendat. *Castill. decis.* 18. *n.* 43. vbi alios
12 citat, *& in num.* 54. assignat † diuisionem ratificationum, & dicit triplicē in iure dari speciem ratificationis. Prima est expressa quæ verbis claris fit; secunda est tacita quæ cursu, & lapsu temporis oritur. Tertia est quæ ex facto inducitur, & inter expressam, & tacitam collocatur. quam diuisionem docuerunt etiam post *Salyc. Curt. Iun. in conf.* 50. *num.* 9. *& Menoch. de recuper. poss. remedio* 15. *num.* 112. 114. *&* 118 *cum sequentibus. & cons.* 561. *nu.* 18. *&* 19. *lib.* 6. & de ista vltima specie ratificationis diffusius per tractat. *Mascard. de probat. concl.* 1261.

Facto igitur, & verbis potest fieri ratificatio *l. Paulus respōdit. ff. rem rat haber. Ludouic.*
13 *decis. Perus.* 35. *nu.* 2. † Et paria sunt ratificare verbis, vel facto re ipsa. *Rot. Gen. decis.* 6. *num.* 9.

14 Attamen dictæ duæ species ratificationis nempe tacita, & expressa, quæ fit facto non inducuntur, nec causantur nisi constet ratificantem sciuisse contractum ratificatum cum omnibus suis qualitatibus, & in istis terminis loquuntur DD. huiusmodi permittentes ratificationes. *Menoch. cōs.* 439. *nu.* 56. *&* 57. *lib.* 5. *& cons.* 561. *nu.* 19. *lib.* 6. *Castill. decis.* 18. *sub num.* 54. Ita vt actus quando est nullus oportet vt ratificās sit certioratus de nullitate, & causa nullitatis. *Corn. cōs.* 207. *propè fin. lib.* 3. *Castill. decis.* 18. *num.* 59.

Et omissis prędictis duabus speciebus ratificationis quæ expresse aut facto aut verbis fiunt, cum non sit materia nostra de qua habes apud. *Tepat. in tract. titul diuers. tit. rem rat. haber. tom.* 1. *& Mascard. de probat. concl.* 1261. Nos tantum aliqua notabilia dicemus de alia specie ratificationis nempe de tacita quæ per cursum temporis inducitur, quæ est materia nostra.

Tacita in quam ratificatio fit per temporis lapsum, sed sciri oportet duplici ex causa minorem posse bona sua alienare, & se obligare, aut scilicet ex causa lucratiua, aut ex causa onerosa, & his duobus casibus duæ diuersæ dantur di-

15 dispositiones à Iure, vt puta † si de alienatione, & obligatione ex causa lucratiua loquimur cursus annorum decem requiritur vt ratificatio inducta censeatur. *Dec. cons. 232. nu. 6. Mascard. de probat. cõcl. 1261. nu. 19.* vbi docet quod si minor donauerit aliquid, siue cum decreto, siue sine eo facta sit, non censetur ratificare eam nisi taceat decennio inter præsentes, & vicennio inter absentes. *l. fin. C. si maior. fact. alien. rat. hab.*

16 Si vero loquitur de alienatione, & obligatione facta ex causa onerosa si minor maior factus nõ decennio, sed quadriennio tacuerit, censetur illam ratificasse *l. fin. C. de tempor. in integr. restit. peten. Alex. cons. 4. vol. 2. & cons. 64. vol. 1. Abb. in c. 1. de rescript. & cons. 33. ad finem Mascard. de probat. concl. 1261. n. 14. Sfort. Odd. de restit. in integr. p. 1. lib. 3. tit. 9. nu. 5.*

Et licet *Paris. cons. 33. nu. 29. & cons. 49. n. 15.* tenẽt minorẽ, qui maior effectus est, non præsumi ratificasse, nisi non quadriennio, sed quinquennio tacuisset. Idem docent *Bald. in tract. præscript. 6. p. princ qu. 1. cas. 25. & Belo. cons. 18. num. 16. per text. in l. fin. C. si maior. fact. alien. rat. hab.* vbi communiter Scribẽtes,

17 Nihilominus has duas opiniones conciliat *dict. Mascard. dict. concl. 1261. n. 18.* dicens aut actus à principio non fuerit celebratus solemniter, nẽpè, quia sine decreto alienatio à minore facta est: tunc maior factus non censetur illam ratificare, nisi per quinquennium tacuerit. Et ita procedit *dict. l. fin. C. si maior fact. alien. rat. hab.* & ibi declarat *Glos. in verb. sine decreto*, dixit etiam *Bero. quæst. 54. nu. 5. Capic. decis. 13. nu. 1. 2.* Aut vero actus à principio fuit perfectus vel facilitate minoris, vel dolo aduersarij læsio interuenit à die scientiæ finita minori ætate post quadriennium præsumitur ratificatio. Et ita procedit *dict. l. fin. de tempor. in integr. restit.* per *Bart. in l. si quidem C. de præd. minor.* quæ conciliatio fuit *Glos. in dict. l. fin. C. si maior fact. in verb. sine decreto, & postmodum* per bellè explicauit *Caualc. de tutor. & cur. nu. 47.*

18 Quod quidem tempus totum vtile esse debet, & perfectæ ætatis scienti non autem ignoranti currit *D. Octau. Simoncel. in tract. de decre. lib. 3. tit. 9. n. 5.* quem sequitur *Mascard. dict. concl. 1261. nu. 15.*

19 Vbi † ait hoc esse adeo verum vt si minor effectus maior stetisset per centum annos, &

ignorasset huiusmodi læsionē adhuc posset infra quadriennium à die scientiæ in integrum restitui. Docet etiam *Dec. in cons. 39. col. fin. num. 9.* Idem tenet *Corn. cōs. 229. vol. 2. nu. 13. Benint. decis. 69. & 41.* & placuit *Menoch. in tract. de recuper. poss. remed. 15. nu. 112. & seq.*

20 Et casu quo minor infra illud quadriennium, vel quinquēnium se quærelauerit etiā extra iudicialiter, sufficit ad excludēdam ratihabitionem. *Mascard. dict. concl. 1261. nu. 18. in fine, & Gabr. cons. 36. n. 55.* vt in simili casu diximus *Arb. 14. n. 3. circa ratificationem professionis inualidæ à nouitio emissæ.*

21 Nec requiritur pro validitate ratificationis simultaneus nouus consensus. *Gabr. cons. 146. n. 9. lib. 1. Surd decis. 70. n. 12. 18. 21. 27.* Imo fit ratificatio etiam aduersario inuito. *Surd. loc. cit. & Castill. decis. 18. nu. 47. 48.*

22 Sed si contractus esset dolosus ratificari nō posset *Surd. dict. concl. 70. n. 27.* Sed *Nonius in cons. 88. nu. 22.* dicit † hoc procedere in dolo vero, non in præsumpto. dicam etiam *infra n. 33.*

23

Hinc quæro an contractus factus à minore sine Iudicis decreto, vel cum decreto, sed sine causæ cognitione ratificari possit? cum † hodie bona minorū alienari haud possunt sine Iudicis decreto. *ex 78. Reg. Carol.* Quod † quidē decretum hodie interponi debet cum causæ cognitione ex dispositione *prag. Comitis Castri §. 33.* alias non valeret. *de Ballis super prag. lib. 5. q. 30. n. 22. Giurb. super consuet. Messan. cap. 14. Glos. 7. n. 5. Gross. super constit. pragm. dict. §. 33. n. 7.* vbi *n. 9.* dicit † hoc decretum non esse aliud, nisi quædam interlocutoria per quam Iudex decernit, & præcipit aliquid fieri per minorem per *Text. in l. ait prætor. §. quid tamen ff. de reb. minor.*

24 25 26

An inquam dictus contractus ratificari possit per minorem maiorem effectum?

27 Et videtur dicēdum, ac respondendū negatiuè quia cōtractus est ipso iure nullus cū fuerit factus sine decreto Iudicis, vel cum eo, sed interposito absque causæ cognitione contra formam precit. pragm. & hoc ratione omissionis formæ. Quo † casu ratificatione conualidari nequit. *Bald. in l. obseruare ff. de offic. procōsul.* Cōtractus etiam ipso iure nullus ratificari non potest. *Bart. in dicta l. obseruare ff. de offic. proconsul. Brun. in tract. de form tit. de potent. & effect. forma in eff. 20. & Anch. cons. 23. num. 21* refert † generalem regulam, quod

28

quod siue nullitas sit ex defectu personæ actum nullum gerentis, siue ex defectu rei in dispositione deductæ, siue ex defectu consensus à principio requisiti in actu. Nunquã ratificatio subsequens firmat illum actum, & gesta, nec vitium nullitatis purgat, quia actus nullus ratificari non po-
30 test. Non † entis enim nullæ sunt qualitates. Vt in terminis tenet *Osasc. decis. Pedam.* 28. *n.* 12. Et hoc procedit indistinctè in Regno vt infra deducã.

31 Contrarium est verius de iure communi quia hoc non procedit in casu præposito, cũ actus quantumcumque sit factus à minore contra iuris formam, tamen tacita ratificatione confirmatur. *Text. est express. in l.* 1. *& per tot. tit. C. si maior fact. alien. rat. habuer. & in l.* 3. §. 1. *ff. de minor. Paris. cons.* 49. *col. fin. ad finem Tob. Nonius in cons.* 88. *n.* 20.

32 Quoniam licet contractus celebratus cum minore non adhibitis solemnitatibus iuris communis, vel statuti dicitur nullus, si tamen iste minor maior factus per quinquenniũ si contractus sit onerosus, vt in venditione, & per decenniũ si contractus sit lucratiuus, vt in donatione, tacuerit, vel aliter expresse, aut tacitè contractu illum ratificauerit, & confirmauerit ex hoc confirmatione, vel tacita, aut expressa ratificatione contractus ille redditur validus: adeo vt non possit amplius maior factus illum dicere nullũ, vel rescindere. *l. fin. C. si maior fact. alien. rat. hab. l.* 1. *&* 2. *C. eod. & ibi Scrib. Corn. cons.* 36. *lib.* 2. *Paris. in cons.* 49. *contractus. col.* 2. *lib.* 1. quos sequitur *Nonius in cons.* 88. *nu.* 19.

Nec obstaret asserere quod tunc tacita ratificatio contingens post completam maiorem ætatem confirmat contractum factum minus solemniter in minori ætate. Cum contractus absque dolo cele-
33 bratus fuerit. Si vero † dolosè fuerit celebratus, tunc nullo modo confirmari, & ratificari poterit. vt tetigi *supra nu.* 22. *per text. in l.* 1. ibi *sine dolo.* vbi *Salyc. C. si maior fact. alien. rat. hab. & tradunt. Roman. cons.* 54. *Visis Tob. Nonius cons.* 88. *nu.* 13. *Andr. Sicul. in cons.* 42. *lib.* 1. *Aymon. cons.* 160. *in hac causa col.* 1. *in fin. cum seq. nu.*
34 4. *lib.* 1. At † contractus iste factus à minore contra formã nostri statuti *Cap. Reg. Caroli* 78. *& pragm. Comitis Castri* §. 35. præsumitur dolosè, & fraudulenter factus non obstante iuramento. Quæ quidẽ præsumptio dicitur esse iuris, & de iure, nec probatio nẽ

in contrarium admictit. *Bald. in rub. C. de probat. col. 2. Felin. in c. quanto col. pen. de præsumpt.* Igitur ratificatione nō conualidatur.

36 Respondetur iuxta terminos iuris communis dictam *l. 1.* cum ibi not. *C. si maior fact.* solum locum sibi vendicat in dolo vero non autem, in dolo præsumpto vt respondet Idem *Nonius cons. 88. nu. 22.* vbi reprobat *Curt. Iun.* & latè tradit *Paris. cons. 49. contractus iste num. 38. cum seq. vol. 1.* Idem docet *Caphal.cōs. 51. nu. 31.*

Et quod dolus præsumptus in casu nostri statuti existat, patet ex verbis eiusdem Statuti ibi (*presumonosi essiri stati fatti cum dolo, & fraude*) vltra quod contractus à statuto dolosus præsumatur iuxta doctrinam *Bart. in l. quod Nerua num. 15. cum seq. ff. de poss. Paris. cons. 49. num. 31.* Et ideò dictus *Nonius dict. cons. 88. n. 22. in fine* concludens dicit. igitur dolus iste nō debet cōtractus confirmationem impedire, cum non semper eadem sit in præsumpto dolo curis dispositio, quæ est in vero *DD. in l. si id quod ff. de Jurisd. omn. Iudic. Bart. in dict. l. quod Nerua col. 4. Dec. in l. contractus ff. de regul. Iur.*

Imo dolo vero contractus initus, tunc ex ista tacita ratificatione nō confirmatur, vbi minor effectus maior non habuit notitiam huius doli, si vero eius notitiam habuerit secus est, quia per istum longum silentium, & contractus obseruationem continuā inducitur remissio huius doli, & per consequens cōtractus cōfirmatur. Ita dicit *not. Glos. in verb. dolo in dict. l. 1. C. si mai. fact.* & ibi sequūtur *Cyn. Bart. Salyc. & Io: à Mont. Sperell. citat. per dictum Nouium loc. præcit. cons. 88. nu. 23.*

37 Prædicta cuncta procedūt ex dispositione iuris communis, de iure vero nostri Regni stante dispositione *dict. cap. 78. Reg. Caroli* contrariū procedit, licet minor maior factus per quinquennium tacuisset adhuc nullitas contractus ob non interpositum iudicis decretum duraret, nec contractus conualidaretur ex illa tacita ratificatione: stantibus illis verbis *dict. cap. 78. Reg. Carol.* vbi (*nullo vnquam tempore*) quæ quidem verba, refert *Muta super Consuet. Panor. 31. num. 22.* derogant, & tollunt dispositionem *dict. l. fin. C. si maior fact. alien. rat. hab.* Quia per dicta verba inducitur negatiua, & destruit quicquid inuenit, ac inducitur necessitas præcisa, & priuatur potentia actus prout dicit Idem *Mut. in dict. consuet. Pan.*

Pan. 31. *num.* 22. & in Regno esse indubitatum testatur *de Grossi. in constit. prag.* §. 33. *nu.* 48. Idem docet *Virgil. de legit. pers. cap.* 1. *n.* 54.

38 Imo adeo est hoc verum, vt nec obesset minori præscriptio non solum quinquennij, sed nec triginta annorum *Mut. dict. cap.* 31. *consuet. Panor. num.* 24 & *Riminal. Iun. cons.* 248. *num.* 19. *vsque ad finem*. Qui licet *nu.* 7. 8. *&* 9.

39 dixerat † quod cōtractus nec expressè ratificari posset à minore effecto maiore, tanquam à principio ipso iure nullus.

40 Intelligo tamen hoc vltimò dictum, quod contractus iste non censetur ratificatus ex tunc, sed ex nunc verè cēsetur ratificatus. *Surd. decis.* 245. *nu.* 9. *Bart. in l. obseruare ff. de officio proconsul. Ruin. cons.* 72. *nu.* 10. *& seq. vol.* 3.

41 Secundo respondeo dicto *Rimin. Iun. dict. num.* 7. 8. *&* 9. quod de eius dicto dubito simul cum dicto *Mut. loc. cit.* cum dictus contractus non videatur nullus à principio ex parte vtriusque contrahentis

42 prout † in gestis à falso procuratore ratificans à domino;

43 Et in † mutuo recepto per filium fam. conualidato ex patris ratificatione, quo casu cōualidatur contractus ex nunc non ex tunc. *Surd. decis.* 70. *nu.* 22. *& decis.* 245. *num.* 5. *Intrigl. sing.* 1. *nu.* 5. *lib.* 2. Et

44 requiritur nouus simultaneus consensus vtriusque *Intrigl. dict. sing.* 1. *nu.* 8. *Surd. dict. de-*

45 *cis.* 70. *nu.* 12. Idem † est quo ad tertij præiudicium. *Surd. decis.* 240. *num.* 8. *Glos. & Io: And. in cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6. Glos. Bart. Bald. & alij in l. aliena res ff. de pignor. act. Becc. cons.* 66. *n.* 25. quo casu ratihabitio ad initiū actus quo ad contrahentium, non quo ad tertij præiudiciū retrotrahitur. Vltra prædictos DD. idest tenent *Afflict. decis.* 286. & multi alij per *Giurb. obs.* 59. *num.* 13. Non videtur inquā nullus ex parte vtriusque contractus à minore factus absque solemnitatibus; sed tātum ex parte ipsius minoris, eoque volente. *Bald. in l. cum interdictum C. arbitr. tutel. Surd.* 70. *num.* 22. *Intrigl.*

46 *sing.* 1. *nu.* 2. *lib.* 2. Et † hoc in casu contractus ratificatus à minore maiore facto valebit vt ex tunc, non autem vt ex nunc. Idem *Surd. dict. decis.* 70. quem sequitur *Castill. decis.* 18. *nu.* 48. *& Intrigl. sing.* 1. *nu.* 2. *lib.* 2. Idem *Surd. decis.* 240. *nu.* 9.

47 Nec hoc casu requiritur nouus simultaneus consensus

48 vtriusque, sed † poterit fieri ratificatio, vt ex tunc, etiam absente parte. Idem *Intrigl. loc. cit. nu.* 3. melius *Surd. dict.*

decis.

decis. 70. *num.* 24. quicquid dicant *Nonius cons.* 88. *nu.* 21. qui citat *Cephal. cons.* 51. *nu.* 43. *cum seq.*

Ex quibus infert Surd. dict. decis. 70. circa finem quod contractus iste sic ratificatus non est nouus, sed antiquus, & venditio subsistinetur vt tūc, & non vt nunc. Proinde noua non debetur gabella, nec intermediæ obligationes minori nocebunt.

49 Hocque procedit (de iure tamen communi) in tacita ratificatione à lege inducta per quinquennij lapsum, & taciturnitatem, quæ ita validat alienationem, & contractum minoris, quasi ab initio factus esset cum decreto. *l. fin.* §. 1. *C. si maior. fact. Alex. cons.* 117. *nu.* 1. *in fin.* & *nu.* 2. *vol.* 5. licet contrarium procedat de iure nostri Regni, vt supra firmauimus. Et hoc tempus currit post 25. annos non post 18. annos non obstante *dict. constit. minorum Iura.* concludit *Simoncellus lib.* 8. *de decret. insp.* 2. *num.* 2. videndus *de Franch. decis.* 650. *per tot.* hāc defendit opinionē *Carol. Ant. Moccia in Sylua casuum foren. cap.* 64. *nu.* 13. *cum seqq.* qui tenet etiam quod minor 25. annis, & maior 18. non potest immobilia alienare absque decreto non obstante dicta const. minorum Iura. Tu vero cogita, & vide cum ibid.

50 Pro coronide præsentis Arb. scias quod decretum Iudicis interponendum in alienatione bonorū minoris iuxta dispositionem *Cap.* 78. *Reg. Caroli.* debet interponi cum causæ cognitione *ex dict. pragmat. Comitis Castri* §. 33. quæ videtur concordare cum *text. in l. lex quæ tutores* 22. *ff. de administ. tut.* ibi. *Per inquisitionem Iudicis, & probationem causæ, interpositionemq; decreti vt fraudi locus non sit.* Et cum *l. minorum* 6. *C. de prædijs minor.* ibi *Nisi apud acta causis probatis, quæ venditiones necessitatem inferant decretum solemniter interponatur.* & *l. fin. ff. eod. tit.* ibi *decreti interpositio à Constantiniano Pratore celebranda est probatis, examinatisque causis, alias non valeret.* refert etiam *de Groff. super dicta constit. pragmat. Comitis Castri* §. 33. *n.* 67.

51 Interpositumque decretū dicitur cum causæ cognitione si fuerit discussum, & probatum per testes receptos, & examinatos in actis curiæ, quod talis contractus redundat in vtilitatem, & commodum ipsius minoris. *Cutell. de donat. tract.* 1. *discep.* 2. *p.* 15.

52 *nu.* 31. De † qua cognitione, seu discussione, ac probatione costare debet separatim, & seorsum ab ipso contractu. *Macerat. resol.* 30. *nu.* 2. *lib.* 2. *Groff.*

Groß. dict. §. 33. *nu.* 10. *Rol. conſ.* 6. *n.* 14. *lib.* 4.

53 Cauthelam docent DD. quam in die ſeruari, & ſeruari vidi, ac ſeruatá fuiſſe in illa patria *Groß. dict.* §. 33. *nu.* 15. Nimirum vt tenor ipſius decreti de verbo ad verbũ prout iacet in ipſo cõtractu per minorem, ſiue eius procuratore, aut tutore, vel curatore facto inſeratur, vt ſic ceſſet omnis alteratio, ac doli ſiue fraudis præſumptio. de qua cauthela in ſimili caſu dixi ſupra *Arbor.* 11. *n.* 29.

54 Alias Iudici aſſerenti decretum fuiſſe interpoſitum ex iuſta cauſa, vel præuia cauſæ cognitione. ſi de ea aliunde non cõſtet, non creditur. *Pacific. de Saluian. interd. inſp.* 3. *cap.* 2. *nu.* 150. *Bart. in l. ſi forte ff. de Castren. Pecul. Cutell. de donat. tract.* 2. *ad finem. in alleg. pro Princ. Biſignani nu.* 30. *fol.* 603. *Groſſ. dict* §. 33. *n.* 11.

55 vbi in *nu* 14. extendit † concluſionem procedere etiam ſi per Notarium fuiſſet enũciatum, quod fuit interpoſitum decretum præuia cauſæ cognitione, & adhibitis ſolénitatibus à iure requiſitis. Quia nec dicto Notario creditur, niſi de enunciatis in illo aliũde conſtet. Scilicet ex actis, & ſcripturis ſeparatis. *Cutell. de donat. loc. cit. nu.* 14. & alij per eos. Idem tenet *Pacific. de Saluia. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *nu.* 149. *&* 151.

56 Et aduerte quod decretum prædictum non interponatur à Iudice incontinenti, & vnico contextũ, ac ſub eadem die qua iudex intellexerit cauſam, quia cauſa non diceretur plenè cognita propter breuitatem temporis. vt dicimus in ſimili caſu de ſententia præcipitanter lata eodem die qua fuit facta citatio ad collationem ſcripturarũ quia veriſimiliter Iudex non potuit infra tam breue tempus plenam habere cauſæ cognitionem, & ſe informare de meritis cauſæ: *vt alibi dicam de termino infra quem ſententia poſſit cenſeri præcipitanter lata fuiſſe Arb. ſuo ſpetiali.*

Et per conſequens per tale decretum non diceretur ſatiſfactum noſtro ſtatuto, & erit nullum vt docet *Groſſ. dict.* §. 33. *num.* 16. & tradunt *Bart. Castr.* & alij quos ſequ.tur *Hõded. conſ.* 32. *nu.* 109. *&* 110. *vol.* 1. *Pacific. de Saluian. interd. inſp.* 3. *cap.* 2. *à nu.* 155. *vſque ad num.* 116. vbi plenè materiam pertract. Et ſi cupis alios videre caſus circa materiam conſule *Groß. ſuper dict. conſtit. pragm.* §. 33. *per*

55 *tot.* † Vbi perbellè exornat doctrinis multos caſus. affertque ampliationes viginti, & ſex limitationes, & aliquas aduer-

aduertentias præbet.

Solum modo hic scias quis nam dicatur minor in terminis dicti statuti Regis Caroli? dic quod licet de iure communi minor dicatur qui non dum vigesimum sextum annum attegerit, seu minor qui erit vigesimo quinto anno. *l. fin. C. de his qui ven. ætat. Impet. c. in præsentia de probat. Intrigl. sing. 99. num.* 10. *& 11. lib. 3.* Et finitur minor ætas in vltima die 25. anni *Cenc. de Censibus qu. 15. num. 1. & p. p. cap. 2. qu. 1. art. 2. nu. 1.* Sed de iure nostri Regni ista ætas 25. annorum tam quo ad masculos, quam quo ad fœminas est restricta, & reducta ad annos decem, & octo completos *Ex constit. Regn. de rest. in integr. const. Minorum iura.* & per *Consuet. Pan. 21. in fine Abruz. in sua practic. lectur. §. nunc admonendi nu. 91.* & *Gross. dict. §. 33. num. 10.* & *Flau. Tort. ad stat. Pap. 23. nu. 38.* ex *Caual. decis. 19. nu. 91. p. 2.* dicit quod statutum potest abreuiare ætatem viginti quinque annorum, & reducere ad decimum octauum. *Pasch. de patr. potest. p. 2. c. 1. n. 105.*

SVMMARIVM ARB. XXVI.

INtrusus quis dicatur num. 1. 2. 3.

Intrusio annullat titulum. n. 4.

Institutio vt obtineatur quatuor requiruntur n. 5.

Beneficium vacat per mortem rectoris n. 6.

Et per renunciationem n. 7.

Et per permutationem n. 8.

Beneficium vt possit renunciari requiritur patroni consensus. Alias renunciatio est nulla nu. 9.

Patroni consensus hoc in casu potest præstari ante, & post renunciationem n. 10.

Beneficium vacat ex priuatione ob delictum nu. 11.

Vacat etiam per adeptionem secundi incompatibilis n. 12.

Intellige n. 13.

Vacat etiam per promotionem ad Episcopatum num. 14.

Item per ingressum religionis, per violentam professionem, per contractum matrimonij; & per lapsum temporis dati ad aliquem ordinem suscipiendum n. 15.

Existentia iuris patronatus tractatur per Barbos. remissiue nu. 16.

Ius patronatus quomodo probetur. Remissiuè num. 17.

Quid ex dispositione S.C.T. n. 18.

Ius patronatus acquiritur ex fundatione, vel donatione ibid.

Au-

Authentici documenti, de quo fit mentio in S. C. T. Seff. 25. de refor. c. 9.
Appellatione quid veniat n. 19.
Quod venit publica scriptura ibid.
Non veniunt testes ibid. n. 20.
Limita nu. 21.
Practica circa materiã assignatur nu. 22.
Iuris patronatus probatio fieri debet citato fisco alioquin non releuat. n. 23.
Habilitas præsentati requisita quæ nam tit. remissiuè n. 24.
Præsentatio a patrono fieri debet si laicus esset infra quatrimestre num. 25.
Si vero ecclesiasticus intra semestre num. 26.
Amplia in mixto num. 30. subamplia num. 31.
Ius patronatus ecclesiasticũ quod sit n. 27. 28.
Laicale quod num. 29.
Maius dignum trahit ad se minus dignum n. 32.
Tempus ad præsentandum currit etiam diebus feriatis n. 33.
Currit a die vacationis beneficij num. 34.
Sed a tempore scientiæ n. 35.
Ignorãtia potius præsumitur quã scientia num. 36.
Et semper præsumitur nisi probetur notitia n. 37. 38.
Præsumptio semper est pro patrono vt dicatur præsentasse in tempore ibid.
Limita n. 38.
Amplia num. 39.
Limita quod dicitur in n. 25. in Rege num. 40.
Tempus prædictum non currit absenti, vel impedimento de quo impedimento remissiuè n. 41.
Nec currit pendente lite super iure patronatus, inter patronos num. 42.
Præsentatio fieri debet coram Episcopo n. 43.
Vel coram habente instituere num. 44.
Episcopus solus præsentatos instituit præuio examine nu. 45. 48. intellige sine cõcursu n. 49
Eiusque Vicarius nu. 46.
Ac Vicarius, seu capitulum sede vacante n. 47.
Parochus seu beneficialis curatus debet examinari & quomodo remissiuè n. 50.
Examen per concursum fit quando ius patronatus esset mixtũ num. 51.
Examinandus est præsentatus ad simplex beneficium n. 52. 61.
Limita in præsentato ab vniuersitate vel collegio generali studiorum nu. 53.
S. C. T. seff. 7. cap. 13. de reform. loquitur generaliter de omnibus beneficialibus n. 54.
S. C. T. seß. 24. de reformat. c. 18. loquitur.
Et dat formam examinandi curatos num. 55.
Dictio (quæ vis) est vniuersalis & omnia comprehendit n. 56.

Ordi-

 obti-

Ius

ARBOR XXVI.

DE TERMINO INFRA QVEM PATRONVS AD beneficium vacans præsentare possit ad intellectum, cap. cum propter de iure Patron. cap. vnico eod. tit. in sexto, &c. licet de supplex. negl. prælat.

PRæsentatus ad beneficiũ ecclesiasticum ne fiat intrusus possessionem beneficij propria authoritate in-
1 gredi haud debet quia † intrusus dicitur quando quis intrat possessionem beneficij authoritate propria absque titulo *Abb. in cap. cum iam dudũ col. vlt. de præbend. Rebuff. in sua prax. benefic. fol. 152. Lancell. de attentat. cap. 3. nu. 83. Flamin. Paris de resignat. bene-*
2 *fic. lib. 7. q. 6. nu. 114.* Seu † ille qui habuit possessionem,
3 Bullis non confectis † Vel absque authoritate superioris *Crau. cons. 322. col. 2. dict. Flamin. eod. tract. lib 13. q. 5.*
4 *num. 126. vbi nu. 127.* dicit † quod intrusio annullat titulũ & possessionem

Igitur debet ab ordinario institui, & bullas obtinere, quarum vigore possessionem beneficij intrare poterit.

5 Ad quã institutionem obtinendam quatuor recensentur requisita per *Barbos. de offic. & potestat. Episc. alleg. 72. nu. 2. par. 3.* Nimirum beneficij vacatio, existentia iuris patronatus, habilitas præsentandi, & præsentatio facta in tempore quæ requisita diffusius ac docte explicat Idẽ *Barbos. loc. præcit. quoad beneficij vacationem à n. 3. ad n. 20.* quoad existentiam iuris patronatus *à n. 20.* ad *n. 72.* quoad habilitatem præsentati *à num. 72.* ad *n. 126.* Et quo ad tempus *à n. 126.* ad finem. Quæ breuiter tangam vt aliquid de eis scias.

6 Vacat igitur beneficium per mortem rectoris *cap. susceptum de rescript. in 6.*

7 Secundo vacat per renunciationem per quam amittitur omne ius in beneficio cõpetens, proprietas, titulus, & possessio *Garc. de beneficijs p. 11. cap. 3. Viuian. in. prax. iuris patron. p. 2. lib. 5. cap. 6. n. 31*
8 Etiam † si fiat ex causa permutationis Idem *Garcia part.*
9 *11. cap. 4. à princip.* Sed † hoc casu requiritur patronorum consensus, alias dictæ renunciationes sunt nullæ *Rebuff. in prax. benef. tit. de permut. n. 43.*

Et

10 Et † iste consensus patroni
ante, & post renunciationem,
aut permutationem præstari
poterit *Flamin. de Resignat.*
benefic. lib. 8. q. 10 n. 5.

11 Tertio vacat beneficium si
eius rector ob delictum sit
priuatus quia beneficium pri-
uatione amictitur *Nicol. Garc.*
de benefic. p. 11. cap. 10. a n. 1.

12 Quarto vacat primum be-
neficium per adeptionem se-
cundi incompatibilis cum
primo *c. de multa de præbend.*
c. si beneficia eod tit. in 6. c. vt
quis duas de electio. in 6. capta
13 † tamen reali possessione *c. si*
tibi concesso de praben. in 6.

14 Quinto vacat per promo-
tionem ad Episcopum. Sexto
15 † per ingressum religionis.
Septimo per violentam pos-
sessionem. Octauo per con-
tractum matrimonij. Nono
per lapsum temporis dati ad
aliquem ordinem suscipien-
dum. *Barbos. de potest. Episc.*
alleg. 72. n. 15. p. 3.

16 Existentia iuris patronatus
17 multis modis probatur † per
dict. *Barbos loc. cit. a n. 20. ad*
18 *n. 72.* Sed † ex dispositione
S.C. T. sess. 25. de reformat.
cap. 9. disponitur quod titulus
iuris patronatus debet esse ex
fundatione, vel dotatione,
qui ex authético documento
& alijs à iure requisitis osten-
datur, siue etiam ex multipli-
catis præsétationibus per an-
tiquissimum cursum tempo-
ris, qui hominum memoriam
excedat de qua probatione
plenius ac diffusius pertractat
Doctissimus *D. Franc. Salerno*
olim Vicarius M.C. Archiep.
Panormitanæ meritissimus, &
non satis laudatus *in cons. 49.*
a n. 34. ad n. 37. & a n. 38.
ad n. 49. quem omnino vide.
etiã *Gonsal. in regul. 8 Cancell.*
Glos. 18. nu. 19. cum seqq. &
alios per *Barbos. dict. alleg. 72.*
n. 20. Vbi *num. 21.* cum se-
19 quentibus explicat † quid ve-
niat apppellatione, authenti-
ci documenti, & dicit quod
venit publica scriptura cui
credendũ sit absque alio ad-
miniculo, vel iure, aut con-
suetudine speciali per text. *in*
c. cum dilectus de fide instrum.
20 Sed † an nomine, authen-
tici documenti, veniant te-
stes? quod non tenet idem
Barbos. dict. alleg. 72. num
22. Sed solam scripturam au-
thenticam significat Et hanc
defendit sententiam multis
rationibus, & doctrinis exor-
nans idem *D. Franc. Salernus*
in dict. cons. 49. a n. 7. ad nu.
34. Viuia. in sua prax. Iur.
patr. lib. 11. cap. 5. nu. 11. &
melius *nu. 17.* Vbi ait proba-
tionem fundationis, & dota-
tionis per testes non admitti,
& requiri pro forma, vt pro-
batio fiat per authéticas scrip-
21 turas nisi † testes ab antiquo
tem-

tempore in publicis actis exaratis manu notarij publici habentes cæteras solemnitates requisitas, vt faciant certam, & indubitatam fidem.

22 Ideo indorso incartamenti ad instantiam præsentati porrecti prouisio fieri solet per Curiam Episcopalem quod constito de iure patronatus citato fisco, & facto publico edicto prouidebitur, pro cuius executione fit edictum vt loco suo dicam, & præsentatus probabit iuris patronatus existentiam in præsentante cita-

23 to fisco quia † hæc probatio, quæ fieri debet iuxta formam concilij Tridentini deducenda erit citato procuratore fiscali, de cuius principali interesse agitur alioquin non releuat *Barbos. de iur. eccles. lib. 2. cap. 12. num. 127. Ricc. decis. 137. ad finem par. 3. idem D. Franc. Salern. cons. 49. sub. nu. 5.* quem vide etiam quæ dicit *n.* 142.

24 Tertio requiritur habilitas præsentati de qua per *Barbos. alleg. 72. a n. 72. ad nu. 126.* Et ideo solet fieri edictum publicum per quod notificentur populi vt reuelent defectus, & impedimenta præsentati in adeptione beneficij & præsentantis super defectu iuris patronatus vt proprio Arbore loco suo dicemus.

25 Quarto requiritur vt præsentatio fiat a patronis laicis vel clericis ratione proprij patrimonij intra quadrimestre *c. cum propter de iur. patron. & cap. vnico § verum eod. tit. in*

26 *6.* Et † si patroni essent ecclesiastici præsentationem facere debent intra semestre, *dict. c. vnico §. verum de iure patr. in 6. Ricc. in collect. decis. p. 1. coll. 119. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. decis. 228. nu. 14. & 15. Franc. Leo in thesaur. for. eccles. p. 2. cap. 6. n. 3. Lambert. de iur. patron. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 1. Garcia de Benefic. p. 5. cap. 9. num. 209. Viuian. in prax. iur. patron. p. 2. lib. 7. cap. 1.*

27 Patronus igitur duplex est Ecclesiasticus, & laicus Ecclesiasticum ius patronatus dicitur, quod clericus habet nomine suæ ecclesiæ, vel aliqua vniuersitas, seu collegiũ religiosorum, seu clericorum *Rot. decis. 8. de iur. patron. in antiquis Viuian. in sua prax. iur. patron. p. 1. lib. 1. c. 3. num. 10.*

28 Et licet originem habuerit ex patrimonio laici, fuit tamẽ vel ab initio, vel fundatione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in ecclesiã translatum, aut in capitulum seu collegium ecclesiasticum canonicorum, Regularium, vel secularium, aut in aliquã personam ecclesiasticam ratione

ratione ecclesiæ, dignitatis, aut beneficij ius istud patronatus ecclesiasticum etiam dicitur vt probat *cap. vnic. §. verum de iur. patr. in 6. Paris de resignat. benefic. lib. 2. q. 4. n. 39. Barbos. de iur. eccl. tit. de iure patronat. n. 6. cum plurib. seqq; & de offic. & pot. Episcopi alleg. 72. n. 128. p. 3. & Gonzal. in reg. 8. Cancell. Glos. 18. num. 5.*

29 Ius patronatus laicale dicitur non quia patronus est laicus, cum etiam clericus esse potest patronus laicus, nempe non ratione ecclesiæ, sed proprij patrimonij. *Barbos. dict. alleg. 72. n. 1. par. 3.*

30 Si vero ius patronatus esset commune, & laici, & ecclesiastici omnes simul habent semestre ad præsentandum ratione cōmunionis. *Glos. fin. in dict. cap. vnico de iur. patron. in 6. Ricc. in prax. resol. 458. Barbos. dict. alleg. 72. n. 131.*

31 Amplia hoc procedere, & si laici haberet maiorem
32 partem: Quia † maius dignũ trahit ad se minus dignum in terminis. *Viuianus in prax. iur. patron. p. 2. lib. 7. n. 5.*

Hoc igitur tempus ad præsentandum pro patrono ecclesiastico erit semestris, & pro patrono laico quadrimestris.

33 Quod † cum sit continuum curit etiam diebus feriatis *Viuia. loc. cit. lib. 7. c. 4. n. 5.*

34 Et † incipit currere patronis
a die vacationis beneficij per
*text. in c. 2. de supplend. negl.
Prælat. & in c. 2. §. cum vero de
conceß præben. & in c. eam te
de iur. patron. Rebuff. in prax.
benefic. lib. 1. tit. de deuolut. n.
5. & Barbos. alleg. 72. n. 134.*
35 *p. 3.* ait † quod bene verum
tale tempus non currit nisi à
tempore scientiæ vacationis;
Et hæc est sententia recepta
in Sacra Rota, & communis
doctorum resolutio, quam
defendunt *Ricc. collect. decis.
coll. 119. & decis. cur. Archiep.
183. n. 2. p. Garc. de benefic. p.
10. c. 2. n. 34. Caputaq; decis.
248. p. 3. & alij per Barbos.
dict. alleg. 72. n. 134. vbi nu.*
36 *137.* dicit † ignorantiam potius præsumi, quam scientiam *c. præsumitur de reg. iur.
in 6. Ossasc. decis. 71. num. 25.*
37 Vnde † ignorantia semper
præsumitur nisi probetur patronos notitiam habuisse, ac
præsumptio semper erit pro
patrono, vt dicatur præsentasse in tempore, & ignorasse
38 vacationem nisi † probatum
fuerit sciuisse. *Menoch. de præsumpt. lib. 6. q. 77. nu. 14. &
alij per Barbos. dict. alleg. 72.
n. 136.* vbi refert sic in Rota
39 resolutum fuisse etiam † in
vacatione ex priuatione per
sententiam, quo casu non
currit tempus ad præsentandum in beneficio vacante per

priuationem, nisi à die notitiæ sententiæ, & priuationis. tenet etiam *Lap. alleg.* 78. Regi
40 † tamen quantumq; scienti non currit tempus quatuor mensium vt probat. *Cabed. de Patronat. Reg. Coronæ cap.* 28. *n.* 7. *& Barbos. alleg.* 72. *num.* 137. *in fine par.* 3.
41 Neque currit absenti, vel impedito de quo quidem impedimento vide *Barbos. de alleg.* 72. *n.* 138. *cum seqq. Rebuff. de pacific. possess. nu.* 304. *Viuian. in prax. iur. patr. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 6.
42 Neque currit pendente lite super iure patronatus inter patronos. multos casus distinguit *Barbos. dict. alleg.* 72. *nu.* 140. quos vide.
43 Hæc præsentatio fieri debet coram Episcopo loci cap. nobis de iur. patron. *ex S. C. T. sess.* 7. *de reform. cap.* 13.
44 vel † corã habente instituere *Viuian. in prax. iur. patr. lib.* 8. *p.* 2. *cap.* 8. *nu.* 1. Et ratio
45 esse potest quia † Episcopus solus de iure communi potest præsentatos à patronis, & per examen idoneos repertos instituere *c. ex frequentibus de institut. c.* 1. *eod. tit. in* 6. *c. cum satis de offic. Archid. clem. plures de iur. patron. Barbos. de potest. Episc. alleg.* 72. *num.*
46 176.

Imo † Vicarius eiusdem Episcopi sine speciali facultate potest electos confirmare & instituere præsentatos *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 54.
47 *nu.* 70. *& alleg.* 72. *nu.* 181. Idem procedit † in capitulo sede vacante *c.* 1. *de instit. lib.* 6. *Quarant. Azor. Garc. & Viuian. relati per Barbos. alleg.* 72. *nu.* 183. Idem tenet *Rebuff. in prax. benefic. tit. forma Vicariatus num.* 132. *Sbrozz. de Vicar. quæst.* 111. *num.* 3.
48 *&* 14. *lib.* 2.

Et ante institutionem præsentatus ad Parochialem de iure patronatus Laicorum
49 examini debet se subijcere, licet † absque concursu ex
50 decreto. *S. C. T. sess.* 24. *c.* 18. *de reformatione.* Vbi † datur forma in dicto examine seruanda de materia Vide. *Bellarm.* & *Barbos. super dicto S. C. T. loc. prox. cit. cap.* 18. *de reformat.* secus est si erit ius patronatus ecclesiasticum *ex dicto S. C. T.* vel erit mixtum quia tunc examen fiet per concursum iuxta resolutionem Sacræ Congregationis ad verbum relatum per *Bellarm. super. conf. Trident. sess.* 24. *dict. c.* 18. *de reform. in resolutionibus Sacræ Congregationis vers. item censuit fol. mihi.* 436. tenet etiam. Idem *Bellarmin. loc. citat. in obser. Doctrinæ verb. quod si ius patronatus.*

Sed

52 Sed an præsentatus ad simplex beneficium debeat etiã examinari, & compræhendatur in dicto decreto *S. C. T. sess.7. n.13. de reformat.* respõ-
53 de affirmatiuè nisi † sit ab vniuersitatibus, seu collegijs generalium studiorum *ex dict.*
54 *c. 13. S.C.T.* Et † licet loquatur generaliter ad quæuis ecclesiastica beneficia absque expressione, an sint simplicia seu curata; acta men etiam de simplicibus intelligendum esse comprændi non tantũ curata, quia de eis fuit dispositum *in sess. 24. cap. 18. de reformat.* Immo curata sunt excepta ab hoc decreto tam de iure patronatus, quam nõ quia in his seruandum est *dict. cap. 18. de reform. sess. 24.* sic tenet *Bellarm. sup. cons. Trid. dict. cap. 13. in addit. verb. ad quæuis.*

56 Secundo probatur stante dicta dictione (*ad quæuis*) quæ est generalis ac vniuersalis omniaque comprænendit vt per *Alex. cons. 13. sub nu. 14. vol. 5.* maximè quando in datiuo seu ablatiuo casu pluris numeri posita reperitur *Card. Seraph. decis. 1022. n. 1. & alij per Barbos. de diction. vsufr. dict. 325. n. 1.*

57 Et in terminis dicta verba (*ad quæuis*) intelligit *Bellarm. loc. præcit. in add. verb.* (*ad quæuis*) extendi etiam ad simplicia quæ sunt iuris patronatus ex declarat. sacræ Congrega-
58 tionis Vnde scias † Episcopos & Vicarios peccare, qui sine examine præsẽtatos instituũt & ecclesiæ læsæ ad sarciendũ damnum teneri. videndus est *text. in c. quod autem. & c. significasti de iur. patron.* vbi *DD.* & refert *Bellarm. loc. cit. sub verb. beneficia vers. ad hoc ca-*
59 *pitulum.* Vbi † restringit quæ dicta sunt de Vicario vt non procedant quando Episcopus certum nominauit vt insti-
60 tueretur. Sed si cognosceret illum esse inhabilem deberet Episcopum monere *Rebuff. in prax. benefic. in form. Vicarius Archiep. nu. 10. 85. & 86. & Bellarm. loc. præcit. in add. vers. ad hoc.*

61 Tertio probatur ex declaratione sacræ Congregationis Cardinalium sic disponente. *Item qui obtinent beneficia iuris patronatus etiam simplicia examinentur ab Episcopo.*

62 Hinc infertur hoc examen spectare ad Episcopum non ad alium ex illis verbis supradictæ declarationis S. C. Cardinalium nempe (*examinentur ab Episcopo*) & clariús fuit ab ipsa S. C. alias declaratum per hæc verba *Item in beneficio simplici iuris patronatus examen pertinet ad Episcopum & non ad alium etiam exemptum.*

63 Verũ hoc examen Episco-

pus poterit alteri delegare, nō obstante quod in literis apostolicis ponatur (*cuius conscientiam*) vt eadem declarauit S. C. Cardinalium per hæc verba. *Item quando per literas apostolicas committitur Episcopo examen alicuius pro beneficio simplici, Episcopus potest illud delegare non obstante quod in literis ponatur (cuius conscientiã)* quas declarationes ad verbum refert Idem *Bellarm. super S. C. T. sess. 7. cap. 13. de reform. vers. 2. 4. & vltimo fol. 92.*

64 Si vero patronatus erret præsentando coram ordinario cum deberet præsentare corã alio inferiori, ex legitima perscriptione, seu priuilegio, quamuis lapsum sit tempus datum ad præsentandum, & sciat tunc præsentationẽ fieri debere coram alio, benè poterit iterũ præsentare, ex iusta causa ignorantiæ coram habente instituere *Barbos. de potest. Episcopi alleg. 72. n. 141. ex Lambert. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 24. Vtuia. in sua prax. iur. patron. lib. 7. c. 6. n. 1. & n. 8.*

65 dicit quod † Episcopus elapso tempore poterit admictere patronum ad præsentandum, si velit, nisi sit lapsum eius semestre. dicam *infra n. 184. & numero proximo.*

66 Imo hoc tempus datum ad præsentandum ordinarius in sui præiudicium prorogare poterit ad quatuor vel ad sex mēses *Flamin. Paris de resignat. benef. lib. 7. q. 29. num. fin.* ex *Crescent. qui testatur in Rota decisum in decis. 148. in manuscript.* Idem *Crescent. in decis. 11. sub. tit. de dilation.* quem citat hoc in loco *Ricc. collect. decis. coll. 119.* & Idem tenet *in prax. resol. 197. Barbos. de potest. Episcop. dict. alleg. 72. n. 143.*

67 Vbi † quod Episcopus tale tempus abbreuiare non potest ego in hac Curia Episcopali pluries obtinui prorogationes huiusmodi tempore sede vacante ob mortem Reuerendissimi Episcopi Agrigentini Fratre Ferdin. Sanchez de Cuellar, sanctæ memoriæ, super beneficio Sancti Caroli fundato in terra Sanctæ Elisabectæ de iure patronatus Domini Principis Raffadalis, & Baronis dictæ Terræ.

68 Et scias quod patronus laicus potest intra quatrimestre ante Episcopi institutionem variare, & plures successiue præsentare, non autem patronus ecclesiasticus c. quod autem c. pastoralis & *c. cum autẽ de iur. patronat. & alij a Barbos. dict. alleg. 72. n. 151.*

69 Hæc autem variatio fieri potest vnico contextu plures præsentando secundum *clem. plures §. vlt. de iur. patron.* vt is instituatur quem Episcopus ele-

70 elegerit *vbi Glos. & alij* ac † etiam fieri poterit præsentando plures ordine successiuo, & sic diuersis temporibus. *cap. quod autem cap. cum autem. cap. pastoralis de iur. patr.*

71 Quo casu per secundam præsentationem à prima recedi haud dicitur. Sed † Episcopus instituit quē voluerit quia variatio fit cumulatiuè *dict. cap. quod autem vbi Glos. Inn. Butr. Io. Andr. Card. & communiter Doctores*, vt de cōmuni testatur *Bero. n. 8. de iur. patronat.* & est communis omniū sententia teste *Bursat. cons. 397. n. 11. cum seq. vol. 4.* vbi nonnulli citantur, & alij per *Paris de resign. benefic.* vt etiam ipse tenet *lib. 2. q. 23. n. 13. tom. 1.*

72

73 Quia priuatiuè facta variatio nulla, & inualida est, Vnde recedendo à prima nominatione nihil agit, & non valet secūda nominatio. *Barb. dict. alleg. 72. n. 159. par. 3.*

74 At variatio ista cumulatiua fieri tantum potest semel aut iterum variādo, non autē tertia, vel quarta vice *Barbos. dict. alleg. 72. n. 161. ex Cald. cōs. 16. de iur. patron. Lambert. Guttier. Garc. & alijs ibi citatis.*

75 Nec fieri potest pendente lite inter præsentatos à diuersis personis *Flamin. Paris de resignat. benef. lib. 12. q. 3. num. 21. Caual. decis. 70.* & refert decisum *Barbos. dict. alleg. 72. num. 162.*

76 Quod procedit etiam altero ex præsentatis litigātibus defuncto, quia nec tunc permittitur patrono sine vitio actētatorum alterum præsentare ex cap. 1. vt lit. pend. in 6 & doctè per *Barbos. alleg. 72. pracit. nu. 162.* & diffusiùs infra dicam.

Sed mortuo vno ex præsentatis collitigantibus an superstitē ordinarius instituere posset? & quomodo ei subueniendum erit?

Habui in facto. Vacante quodam beneficio fundato in Ciuitate Nari Diœcesis Agrigentinæ valoris scutorum ducentorum quinquaginta circiter, de iure patronatus laicorum per mortem vltimi, & immediati beneficialis N. à Summo Pontifice cum remissione medietatis vocum illud impetrauit virtute bullarum Apostolicarum cum clausula (*dummodo tempore data non sit alteri ius quæsitum*)

Medio isto tempore P. a quibusdam patronis aliquas in eius personam obtinuit voces aliasue obtinuit etiam idē N. ad cuius instantiā fuerunt bullæ prædictæ Apostolicæ Vicario Generali Episcopi Agrigentini præsentatæ vti delegato Apostolico quas dictus

P. al-

P. alter præsẽtatus impugnauit, instando eas non exequi quia beneficium ad eum spectabat vti præsentatum a maiore parte patronorum iuxta ea quæ *dicam n. 145.* prout iam præsentauerat suum incartamentum pro institutione dicti beneficij coram Reuerendissimo Episcopo Agrigentino ordinario loci, ad quẽ spectat instituere vt *dixi n. 43.*

Citato dicto N. ipse replicauit tam coram ordinario, quam coram delegato dictũ P. audiendum haud esse sed ipsum N. institui debere.

Et factis hinc inde nonnullis actis iudicialibus dictus N. se grauauit ad Trib. Reg. Monarch. à dicto delegato, fuitq; causa illuc de voluta per viam excessus.

Ibique lite pendente dictus N. condito prius per eum eius testamento, in quo omnia iura quæ habebat super dicto beneficio, ac etiam suas præsentationes quas obtinuerat cuidam clerico cesserat eadẽ die, qua cessionem fecit, ab hac vita migrauit.

Ipse autem P. colligitans superstes institutionem eiusdem beneficij volens prætendere dubitauit.

An, scilicet, ordinarius eum instituere posset? & si minime pro ea obtinenda quomodo ei subueniendum erit. Ego vero propter maximam amicitiam, quam erga eum ferebam, eique vt satisfecissem hoc in dubio, prępositoque quæsito dixi ac respondi dictum P. instituere minime posse ordinarium, & probaui ex *text. in c. 1. & 2.*

77 *vt lit. penden. in 6.* Vbi † lite pendente nihil esse innouandum disponitur. Ex quo infertur quod ea pendente nec patronus præsentare nec ordinarius instituere, nec præsentatus possessionem capere potest vt docet *Lancell. de actent. p. 2. cap. 4. n. 414. vt lit. pendent.*

Et quod dictum est de præsentato capiente possessionem beneficij ad quod fuit per patronum præsentatus,

78 facit vt † regulariter talis possessio debeat censeri actentata & hodie videtur sine difficultate procedere, cum fuerit per *Rotam Rom pluries tentum* teste idem *Lancell. loc. prox. cit. n. 711. & 712.*

79 Sicque dicitur actentata non tantum si fuerit capta possessio vigore institutionis per ordinarium factæ, verum etiam si fuerit capta vigore literarum super noua prouisione per præsentatum obtenta expeditarum vt fuit in Rot. decisũ refert etiã *Lancell. loc. præcit. cap. 4. n. 714.*

Nec

80 Nec obstaret dicere quod videtur ordinarius mortuo vno ex collitigantibus posse beneficium superstiti conferre, cum cesset ratio dicti *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* quæ est, ne lites fiant immortales & ne detur nouus collitigans, quia instituendo superstitem lis finiret secundum *Rocc. de Curt. de iur. patr. in verb. honorificum q. 23. n. 53.*

81 Respondetur enim opinionem dicti Rocc. de curt. acceptam minime esse, quia beneficium litigiosum quamuis propriè non dicatur reseruatum. tamen ad effectum vt ordinarius illud prouidere non possit, iiludmet importat litigiũ, quod reseruatio *Gõsal. in Reg. 8. Cancell. Glos. 11. n. 111. Lancell. de attent. a tertio p. 1. c. 3. n. 99. Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg. 57. num. 49.* & refert etiam *Farinac. Rot. Rom. decis. in recentior. 312. n. 1. p. 2.*

82 Nam vbi beneficium est effectum litigiosum propter dispositionẽ c. 1. vt lit. pend. in 6. tunc ibi ordinarius habet manus ligatas vsque quo sit finis litium, neque conferre potest beneficium tunc vacãs non obstante quod Papa minus velit præiudicare patronis laicis, quam ordinarijs. *Seraph. decis. 990. n. 5. & 6.*

83 Minus obstaret dicere supradictum beneficium non esse litigiosum ad effectum attentatorum, quia vt sit litigiosum ad dictum effectum, debet peti tanquam suum nõ tanquam sibi debitum, & sic collatum, non conferendum, quia quando petitur conferri imploratur quodammodo officium iudicis, quod sapit actionem personalem, ex qua non contrahitur vitium litigiosi, vt docet *Oliuer. decis. Rot. Rom. 305. coram Ludouis. n. 5.* Et licet loquatur de collatione id etiam locum habet

84 in præsentatióne quia † collationis apppellatione venit pręsentatio, quando collatio profertur à lege vt hic prout respondent *Glos. penul. in fin. in clem. vnic. iuncta Glos. in verb. conferãtur in fin. de rer. permut.* vbi *Card. sub n. 16* in oppositione *Gonsal. ad reg. 8. Cancell. Glos. 16. nu. 11. Barbos. de appellat. verb. appell. 54.*

85 Ad quod respondetur quod hoc beneficium petitum vti debitum dicitur litigiosum prout in specie dixit. *Rot. in Gerunden. benefic. 8. Iulij 1612. coram R. P. D. Penia*, & est optima decisio *Putei 485. lib. 2.* latè *Garc. de benefic. p. 11. c. 3. a n. 75. ad n. 84.* vbi plenè de materia.

86 Hinc videtur quod lis inter præsentatos facit beneficium litigiosum *Seraphin. decis.*

decis. 990. *Rot. decis.* 306. *nu.* 1. *p.* 1. *in recentior. apud Farinac.* tenet etiam *Oliuer. decis.* 305. *Rot. Rom. coram Ludouisio in ann. n.* 7. vbi concludit dicens.

87 *Et ideo præsentato superstiti vigore regulæ de subrogan. est debita subrogatio vti de litigioso* pro vt etiam tenet *Sarnen. reg. de subrogan. q.* 13.

88 Præterea nec obstaret dicere non fuisse litem super titulo beneficij, quo casu posset ordinarius vacante beneficio,
89 de eo prouidere. Quia † respondetur quod cum præsentatus esset in lite, satis dicitur esse lis super titulo, cum per ipsum instaretur pro institutione vt tenet *Seraphin. decis.* 990. *num.* 3. Et licet hoc casu dictus P. collitigans superstes possit subrogari in locum
90 dicti N. prædefuncti, quia † subrogatio locum habet in beneficio litigioso *ex reg Cancell.* 29. de subrogandis collitigantibus & per *Seraphin. di-*
91 *cta decis.* 990. *n.* 1. Tamen † hæc subrogatio non potest fieri per ordinarium sed per Papam quia subrogatio beneficij litigiosi spectat ad Papã *c. fin. vt lit. pend. in* 6. *Gomez. super dict. reg. glos.* 6. *nu.* 146. *Flamin. Paris de resignat. lib.* 2. *quæst.* 3. *n.* 105. *& Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 57.
92 *num.* 48. Et † facta ab ordinario dicitur nulla *Lancell. de actent. in præfat. lit. pend. cap.* 4. *n.* 414. *p.* 2. & tangam *infra*
93 *n.* 99. Ita † vt si lite pendente vnus ex collitigantibus moriatur, & ordinarius conferat beneficium collatio est nulla dicam *infra n.* 99. quibus addo *Bonifac. de Vitall. in clem.* 1. *q.* 4. *n.* 54. *vt lit. pend. Moed. decis.* 178. vacante heremitorio vbi refert decisum sub tit. lit. pend. relat. per *Paris. de resign. benef. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 102.
94 *& n.* 98. in puncto dicit vt † si lite pendẽte inter duos præsentatos vnus moriatur, & superstes fuerit immissus in possessionem per ordinarium, lite pendente, fuisse decisum coram *Seraphin.* 14. *Ianuarij* 1572. *in vna Pasuanien. Parochialis* possessionem tanquã actentatam reuocandam prout etiam refert, & tenet *Lancell. de actent. a Tertio p.* 1. *c.* 3. *n.* 108. vbi in terminis dicit lite inter duos præsentatos pendente & neutro in possessione existente (prout in casu præposito) alter decessisset. & superstes fuisset per ordinariũ in locum præ defuncti subrogatus, atque etiam in possessionem immissus, & tam per patronos qui defunctum præsentauerant, quam per uouiter præsentatum prætenderetur, præmissa esse actentata & reuocanda, vel saltem pos-

sionem

fessionē beneficij sequestrandam Domini de Rora tenuere locum esse sequestrationi li-
95 cet † *in n.*109. limitaret prædicta non procedere quando fuisset mortuus petitor, quia tunc ordinarius posset subro-
96 gare ad ius defuncti † tamen in n. 110. prædictam limitationem declarat vt procedat quando post petitoris mortē nullus esset qui causam prosequeretur tunc enim ordinarius posset subrogare vt practicaui in hac Curia Episcopali tunc sede vacante de anno 1657. pro D. Ignatio Birsichelli præsentato ad beneficium, seu melius ad Cappellaniam fundatam in Ecclesia Sancti Ioseph Ciuitatis Caltanixettæ de iure patronatus hæredum quondam Io: Francisci Serra, & quondam Philippi Iacobi Caruso hæredum vniuersalium quondam At. Med. Do. Achillis Caruso affinis mei ad quam fuerat etiam præsentatus quondam D. Antoninus Morrilli, & lite pendente inter eos præsentatos, defuncto dicto de Morrilli fuit confirmata electio, & præsentatio dicti de Birsichella superstitis, & sic executum. Sed an dicta Cappellania sit ecclesiastica vel laicalis? dicam *in alleg.* 117. *tom.* 4. vbi teneo quod sit laicalis. ex rationibus ibi adductis.

97 At ego putarem dictā ordinarij prouisionem de beneficio factam ob mortem petitoris non reuocari, quando post modum prouisus obtinuisset nouam prouisionem à Papa cum clausula gratiosæ subrogationis, & mentio-
98 ne litis quia tunc † noua prouisio (re per Papam intellecta) purgaret vitia præcedentia. ex mente Gassad. decis. 6. de præben. & per *Lancell. de actēn. à Tertio p.* 1. *c.* 3. *n.* 153.

99 Vnde ordinarius etiam si immicteret, in possessionem dictum de Bicchetta superstitem, quem in locum defuncti subrogaret; talis immissio, & possessionis adeptio fuit in Rot. reputata inualida, actentata, & esse sequestrandam. vt refert *dict. Lancell. de actent. vt lit. pend. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 716. *& dixi supra. num.* 92. 93.

100 Maxime quia lis est super beneficio inter præsentatos quod dicitur litigiosū. *Achill. decis.* 18. *in fin. de appellat. Farinac. decis. Rot. Rom. recent. tior. p.* 1. *decis.* 417. *num.* 2.
101 vbi *num.* 5. quod † licet dispositio *c.* 1. *&* 3. *vt lit. pend. in* 6. prohibeat dumtaxat patronis præsentare quando lis est inter præsentatos introducta, vel quando lis sit inter possessores, & vnus decedat

vel renunciet, & prædictis casibus Papa conferat, visum est eam non esse actendendá ad casum quando lis est inter ordinarium, & patronos super pertinentia iuris patronatus.

102 In causa nostra, casuque præposito, quia lis fuit principaliter inter præsentatos coram ordinario à quo poterant institui, & per consequens beneficium dicitur effectum litigiosum prout in his terminis fuit dictum in Rot. in causa Mediolan. beneficij 1. Iunij 1592. coram Cardin. Seraph. vt testatur dictus. *Farinac. loc. cit. dict. decis.* 427. *num.* 5. Ordinarius dictum P. instituere nequit, tanto fortius quia adhuc lis non pendet coram se, sed in Tribunali R. M. quo fuit diuoluta per viam excessus. & patet primo quia ipse habet manus ligatas stante supersessoria in dictis literis Reg. Monarch.

103 Secundo quia si coram se penderet lis, & ipse certo cótradictore cóparente procederet cum causæ cognitione ad institutionem. & tunc, quia ille haberet vim diffinitiuæ sententiæ, si dictus P. sic institutus intra decem dies qui solent dari ad appellandú per ea quæ dixi *in Trax. Rit. Regni cap.* 9. possessionem acceperit vtique diceretur actẽtare, & si fuerit appellatum vtique intraret consideratio actentatorum. Si vero non appellaretur, & possessio per dictum P. sic institutum caperetur post lapsum termini ad appellandum, & tunc actentata cessarent, non tam ex eo quia immissio in possessionem esset facta à iudice coram quo lis penderet, quá ex eo quia cessaret omnino ratio præiudicij partis, & contemptus iudicis. vt docet *Lancellott. de actent. vt lit. penden. c.* 4. *num.* 724. & 725.

Quæ cessant in casu nostro quia lis non pendet modo coram ordinario, sed in Tribunal. Regiæ Monarchiæ vbi deuoluta fuit per viam excessus vt dictum est.

104 Nec potest dici dictum P. esse calumniosum litigatorem, & sic ei denegandam esse subrogationem ex prædicta *Reg.* 29. *Cancell.* Ex quo respondetur ipsum P. legitimè, & iuridicè litigare, & non calumniosè, cum sit verus, & legitimus contradictor, licet fuisset tantum præ-

105 sentatus: (quæ præsentatio præbet præsentato ius ad rem,) cum per dictum P. dicta presentatio fuerit acceptata; hoc in casu non solú

præ-

præsentatio ei præbuit ius ad
106 rem simpliciter. Sed † quia fuit iam radicatum ius in persona ipsius per acceptationē. *ex Rebuff. in prax. benefic. post tit. de subrogan. in glos. ad dict.*
107 *reg. 9. quest. 3.* dicitur † acquisitum ius ad rem considerabilem *Lacter. de re benefic. lib. 2. q. 20. nu. 171.* & infra *num. 131.*
108 Vnde dicitur legitimus contradictor stante clausula in bullis posita nimirum (dūmodo tempore datæ non sit alteri ius quæsitum) quæ clausula præseruat etiam ius tertio acquisitum ad rem validam, & considerabilem, & de tali iure dicta clausula intelligenda est. *Farinac. Rot. Roman. recentior. decis. 572. n. 6. p. 1. & decis. 253. n. 1. p. 2.* & melius *in decis. 52. p. 2.* vbi *n. 3.* dicit quod cum in gratia adesset clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum sufficit alter præsentatus se præsentatum obstendere, vt diceretur legitimus contradictor, Papa enim non præsumitur voluisse præiudicare, & derogare præsentationi, maxime quoad effectum Re-
111 gulæ pro euitanda suspicione calumniæ sufficit quælibet probabilis, & colorata causa litigandi *Rebuff. super dict. reg. de subrogand. Glos. 7. n. 3. & in Rot.* decisum refert *Oliuer. decis. 125. Rot. Rom. coram Ludouisio n. 5.*

Ex prædictis itaque clarissime patet ordinarium præsentatum superstitem collitigantē P. instituére non posse.

Circa secundum quæsitū nempe pro ea obtinenda quomodo dicto P. subueniendum erit?

Pro responsione dixi ei collitiganti superstiti duas aper-
109 tas esse vias. Prema † vt siue petitor siue possessor esset, quatenus de suo iure bono nō desperet iudicium prosequatur vbi lis pendet citatis per edictum omnibus sua interesse putantibus, nec ad id tenetur citare procuratorem defuncti nisi velit ad cauthelā vt docet *Cassad. decis. vlt. vt lit. pend. per tot.*
110 Et quamuis respectu rei, & possessoris (si tamen possessor esset) mortuo actore lis remaneat extincta tamen possessor non est, & si esset nihil est quin si velit possit eam prosequi, & hoc modo obtinere absolutionem à pretentione, & petitione prædefuncti.
111 Et sanè hoc illi maximè prodesse potest ne Papa in iuribus defuncti alium subroget, qui eum rursus lite molestaret Quoniam Papa aliū quam superstitem in ius defuncti subrogare potest; quā-

uis autem regulariter inter litigantes detur subrogatio. tamen *Alex. V.* statuit *in suis regulis rubric. de subrogan.* dari etiam subrogationem pro nõ litigante cum derogatione regulæ vel absque derogatione, quando collitigans extra curiam decessit vt in casu nostro prout docet *Rebuff. in prax. benefic. in rubr. de subrogan. n. 6.* Quæ subrogatio foret valida licet mentio litis nulla facta esset vt respondit *Bursat. in cons. 406. vol. 4. per tot.* & fuisse *in Rot. decisum* refert Flamin. *Paris de resignat.*
113 *benefic. lib. 2. q. 3. nu. 96.* Et † subrogatus accipit causam in eo statu in quo erat, prout in sacra congregatione Cardinalium fuisse resolutum in vna Floren. coram Aldobran. 10. Decembris 1558. testatur *Card. Paleott. decis. 158. in manuscript.* vt refert dictus *Flamin. Paris loc. præcit. dict. q. 3. n. 97.* & tenet etiam *de Plus. decis. 115. n. 2.*

114 Papa enim decernit impetrantem subrogationem in eo statu ad causæ prosecutionẽ recipiendam, in quo deberet admicti decedens si viueret, & coram eodem iudice coram quo lis pendet, ne iudicia diuersa sequantur, ac contrariæ sententiæ. *Rebuff. in prax. benefic. rubr. de subrogan. nu. 21. & 41.*

115 Altera via, quã subuenitur superstes collitigans, est obtinere subrogationem, vt in regula disponitur, (& hæc est melior, & securior via) quæ subrogatio à Papa concedẽda hoc habet in summa, gratiam cuius factam per mẽsem ante subrogationem collitiganti concessam, nullam esse *Lacter. de re benefic. lib. 2. q. 20. n. 57.*

Hæc autem regula de subrogan. in duas diuiditur partes in prima annullatur prouisio cuiusuis tertio concessa per mensem ante subrogationem collitigantis, ea ratione vt succidantur litium anfractus, & ne dentur noui collitigantes.

In secunda duos ponit casus quibus denegatur subrogatio collitigãti scilicet quan-
116 do † lis fuerit a principio ca-
117 lumniosa secundo † quando collitigans superstes fuerit intrusus, ea ratione vt fraudibus impetrantium beneficia viuentium obuiet, & in casu hic præposito nec lis videtur calumniosa, licet sufficeret colorata causa litigandi vt dictum est supra, nec dictus P. fuit intrusus, cum non ceperit beneficij possessionem.

118 Ad quam subrogationem petendam nullus terminus est superstiti collitiganti præfixus, sed mensis, de quo fit men-

mentio in regula, intelligitur quando subrogatio est data tertio, & non collitiganti. vt fuit resolutum in Rot. Rom. sub die 20. Iunij 1603. aliàs sub die 6. Iunij 1607. teste *Farinac. decis. Rot. Rom. recentior.* 342. *nu.* 10. *p.* 1. Regula enim non arctat collitigantē ad petendam subrogationem
119 infra mensem; Sed † mensis solum adiectus est ad inualidandam subrogationem à tertio infra dictum tempus obtentam. *Rot. Rom. coram Ludouis. apud Oliuer. decis.* 125. *num.* 16.

120 Et hic mensis de quo in regula non intelligitur nec currit à die obitus collitigantis, sed à die subrogationis concessæ tertio. *Rot. decis.* 342. *nu.* 10. *p.* 1. *in recentior. apud Farinac.* & apud *Oliuer. decis.* 125. *in annot. in fine.*

Vnde licet, vt dictum est, regula non arctet collitigantem infra mensem à die obitus sui collitigantis impetrare
121 subrogationem, tamen † ipse consulerem vt superstes quam citiùs poterit subrogationem impetret, nec differat eam impetrare: Quia si tertius præoccupet, vt multoties contigit obseruatur deinceps eidem collitiganti gratiā hanc denegari, nec tunc de aliquo queri habet, quam de se ipso, ex quo regula in hac parte est euentualis si videlicet Papæ placuerit infra mensem à die subrogationis concessæ tertio, etiam collitiganti illā concedere vt firmat *Cuccin. decis.* 350. prout superstitem hoc modo monet *Latter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *nu.* 63. & 64.

Igitur vt superstes collitigans periculum hoc euitare possit, impetret subrogationem illico infra mensem à
122 die obitus collitigantis quo † casu subrogationem ei cæteris exclusis, dari debere dicit *Seraphin. decis.* 1165. *num.* 1. *Rot. Rom. coram Ludouis. apud dict. Oliuer. decis.* 27. *nu.* 1. & *decis.* 125. *n.* 1. Et si alijs eam concessisset Papa etiam infra dictum mensem ex dicta prouisione collitiganti concessa, & annullatur ne detur nouus collitigans, & ne lites fiant immortales vt dictum est supra ex dict. reg.

123 Hinc est quod tertius, qui impetrare dictam subrogationem intendit, (ne perdat oleum, & operam, quia si non denegaretur subrogatio collitiganti intra mensem eius gratia remaneret adeo resoluta vt nec conualescat si collitigans subrogatus exinde moriatur etiam intra mensem, illum vel ius non prosequeretur) signata supplicatione supersedeat in expediēdo donec

sit

sit lapsus mensis, vel non aliter expediunt quam si in supplicatione fuerit derogatum regulæ huic de subrogandis, tunc enim remanet tutus *Sarnen. ad eamdem reg.* 17. *vers. breuiter prædictis* vt mouet etiam *Lacter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *nu.* 65. *&* 66.

124 Item monetur dictus collitigans superstes, ne impetret subrogationem in forma dignum, sed tantum in forma gratiosè iuxta prædictam regulam de subrogandis. Nam

125 † si in forma dignum, diceretur subrogatio rigorosa, & ex ea deberetur discuti de iure illius in cuius locum vult subrogari, & sic laborare deberet in discussione prædicta, & maximo labore institutionem obtineret. Si vero erit subrogatio gratiosè non erit in nihilum discutiendum, vt decisum fuit in Rot. Rom. coram Binarino 21. Aprilis 1572. referente *Paris. de Resignat. benefic. lib.* 2. *q.* 3. *num.* 98. Quia petens subrogationem in vim supradictæ regulæ neque suum, neque defuncti ius iustificare tenetur *Lacter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 113. *& Rot. Rom. coram Ludouis apud Oliuer. decis.* 125. *num.* 6.

126 Nec obstaret dicere quod sumus in præsentato, & sic in habente ius ad rem, quo casu non datur subrogatio. Secundum aliquos. Quoniam respondetur quod, subrogatio non dari in iure ad rem, patitur difficultate? vt per *Sarnen. ad dict. reg. de subrogand. collitig. qu.* 6. & refert etiam *Seraphin. decis.* 596. *num.* 4.

127 Imo † subrogationem concedi etiam pro iure ad rem Rotam Romanam inclinare testatur dictus *Lacter. de re benefic. lib.* 3. *q.* 13. *n.* 60.

128 Vlterius licet in casu nostro simus in præsentato, seu melius, in prouiso apostolico virtute bullarum Apostolicarũ, vt est ipse N. collitigans præmortuus. Quo casu videtur habere vim collationis, & sic ius in re quia sola collatio tribuit ius in re *c. vult. & ibi Archid. Gem. & Franc. de concess. praben. in* 6. *Glos. communiter recepta in c. penul. vers. collatio de praben. in* 6. *Flamin. de resignat. benef. lib.* 9. *qu.* 7. *num.* 14.

129 Tamen negari non potest ipsum N. acceptasse præsentationes prædictas, tum quia impetrauit dictam prouisionem, & remissionem medietatis vocum, tum etiam quia virtute suarum præsentationũ institutionem petijt. quo casu dicitur radicatum ius ad rem considerabilem vt dixi *supra nu.* 106. *&* 107. & dicemus

130 *infra nu.* 131. Regula autem de sub-

de subrogandis colliligantibus habet locū siue quis subrogetur ad ius, siue in iure. Nam si nominatus antequam beneficium acceptet moriatur, vel mandatarius non poterit ad ius istius alius subrogari, quia extinguitur per istius obitum.

Si vero mandatarius seu nominatus post beneficium vacans acceptatum moriatur (vt hic) ad illud ius quis poterit subrogari, quia non est simplex ius ad rem sed est iā radicatum in persona moriētis vt docet *Gomes. ad dict. regi q. 6. & ex Glos. 3. in ea relata per Rebuff in prax. benefic. post tit. de subrogationib.*

131 Præterea stante dicta acceptatione dicitur acquisitū ius ad rem considerabilem vt tetigi *supra n.* 107. ad quod ius etiam datur subrogatio. *Lacter. de re benefic. lib. 2. q. 20. num.* 171.

132 Et denique non obstat cessio omnium iurium in dicto beneficio, & præsentationum per dictum N. in eius testamento illi clerico facta. Primo quia præsentationes non possunt cedi, nec renunciari nisi in manibus patroni etiam absque authoritate superioris ante quam ab eo instituatur, vt decisum fuit in Rot. vt patet *decis. 8. si aliquis de iur. patronat. in nouis Rocc. de Curt. tract. de iur. patron. verb. honorificum col.* 30. & communiter sequi Doctores testatur *Flamin. de resignat. lib. 7. q. 1. n.* 94. Sed quomodo præsentatus poterit resignare in fauorem alterius, ante institutionem Vide *Bero. cons. 5. n. 77. cum seqq. lib.* 1.

Secundo respondetur non valere dictam cessionē stante regula cancellariæ de infirmis, quæ reg. ob duas rationes emanata fuit quarum prima est, ob fraudes, ne scilicet fraudentur ordinarij expectantes mandatarij nominati. Secunda est ne de beneficio in articulo mortis disponatur vt refert *Flamin. de resignat. lib. 12. q. 1. nu. 1. & seqq.* Quæ prima ratio spiritū accepit à *text. in c. 2. de renunc. in 6.* vt tradunt *Io. And. in c. vult. de collus. deteg & Flamin, Paris. loc. cit. n.* 3. ex quo textu disponitur renunciationem fraudulentam non nocere

133 expectanti. † Et dicitur fraudulenta renunciatio quando renunciationis tempore is qui habebat præbendam vel dignitatem pinguiorem infirmitate graui detinebatur. Idē *Flamin. loc. pracit. q 1. nu. 4.*

134 *& 5. lib. 12.* licet † hæc regula habeat locū, & in infirmitate graui, & leui. Idē *Flam. dict. lib. 12. q 6. n.* 8. vbi refert in Rot. decisum & multos citat.

Nec

P. alter præsẽtatus impugnauit, instando eas non exequi quia beneficium ad eum spectabat vti præsentatum a maiore parte patronorum iuxta ea quæ *dicam n.* 145. prout iam præsentauerat suum incartamentum pro institutione dicti beneficij coram Reuerendissimo Episcopo Agrigentino ordinario loci, ad quẽ spectat instituere vt *dixi n.* 43.

Citato dicto N. ipse replicauit tam coram ordinario, quam coram delegato dictũ P. audiendum haud esse sed ipsum N. institui debere.

Et factis hinc inde non nullis actis iudicialibus dictus N. se grauauit ad Trib. Reg. Monarch. à dicto delegato, fuitq; causa illuc deuoluta per viam excessus.

Ibique lite pendente dictus N. condito prius per eum eius testamento, in quo omnia iura quæ habebat super dicto beneficio, ac etiam suas præsentationes quas obtinuerat cuidam clerico cesserat eadẽ die, qua cessionem fecit, ab hac vita migrauit.

Ipse autem P. collitigans superstes institutionem eiusdem beneficij volens prætendere dubitauit.

An, scilicet, ordinarius eum instituere posset? & si minime pro ea obtinenda quomodo ei subueniendum erit. Ego vero propter maximam amicitiam, quam erga eum ferebam, eique vt satisfecissem hoc in dubio, præpositoque quæsito dixi ac respondi dictum P. instituere minime posse ordinarium, & probaui ex *text. in c.* 1. & 2.

77 *vt lit. penden. in* 6. Vbi † lite pendente nihil esse innouandum disponitur. Ex quo infertur quod ea pendente nec patronus præsentare nec ordinarius instituere, nec præsentatus possessionem capere potest vt docet *Lancell. de attent. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 414. *vt lit. pendent.*

Et quod dictum est de præsentato capiente possessionem beneficij ad quod fuit per patronum præsentatus,

78 facit vt † regulariter talis possessio debeat censeri attentata & hodie videtur sine difficultate procedere, cum fuerit per *Rotam Rom pluries tentum* teste idem *Lancell. loc. prox. cit. n.* 711. & 712.

79 Sicque dicitur attentata non tantum si fuerit capta possessio vigore institutionis per ordinarium factæ, verum etiam si fuerit capta vigore literarum super noua prouisione per præsentatum obtenta expeditarum vt fuit in Rot. decisũ refert etiã *Lancell. loc. præcit. cap.* 4. *n.* 714.

Nec

80 Nec obstaret dicere quod videtur ordinarius mortuo vno ex collitigantibus posse beneficium superstiti conferre, cum cesset ratio dicti *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* quæ est, ne lites fiant immortales & ne detur nouus collitigans, quia instituendo superstitem, lis finiret secundum *Rocc. de Curt. de iur. patr. in verb. honorificum q. 23. n. 53.*

81 Respondetur enim opinionem dicti Rocc. de curt. acceptam minime esse, quia beneficium litigiosum quamuis propriè non dicatur reseruatum. tamen ad effectum vt ordinarius illud prouidere non possit, iiludmet importat litigiũ, quod reseruatio *Gõsal. in Reg. 8. Cancell. Glos. 11. n. 111. Lancell. de attent. a tertio p. 1. c. 3. n. 99. Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg. 57. num. 49.* & refert etiam *Farinac. Rot. Rom. decis. in recentior. 312. n. 1. p. 2.*

82 Nam vbi beneficium est effectum litigiosum propter dispositionẽ c. 1. vt lit. pend. in 6. tunc ibi ordinarius habet manus ligatas vsque quo sit finis litium, neque conferre potest beneficium tunc vacãs non obstante quod Papa minus velit præiudicare patronis laicis, quam ordinarijs. *Seraph. decis. 990. n. 5. & 6.*

83 Minus obstaret dicere prædictum beneficium non esse litigiosum ad effectum attentatorum, quia vt sit litigiosum ad dictum effectum, debet peti tanquam suum nõ tanquam sibi debitum, & sic collatum, non conferendum, quia quando petitur conferri imploratur quodãmmodo officium iudicis, quod sapit actionem personalem, ex qua non contrahitur vitium litigiosi, vt docet *Oliuer. decis. Rot. Rom. 305. coram Ludouis. n. 5.* Et licet loquatur de collatione id etiam locum habet

84 in præsentatióne quia † collationis apppellatione venit præsentatio, quando collatio profertur à lege vt hic prout respondent *Glos. penul. in fin. in clem. vnic. iuncta Glos. in verb. conferãtur in fin. de rer. permut.* vbi *Card. sub n. 161* in oppositione *Gonsal. ad reg. 8. Cancell. Glos. 16. nu. 11. Barbos. de appellat. verb. appell. 54.*

85 Ad quod respondetur quod hoc beneficium petitum vti debitum dicitur litigiosum prout in specie dixit. *Rot. in Gerunden. benefic. 8. Iulij 1612. coram R. P. D. Penia*, & est optima decisio *Putei 485. lib. 2.* latè *Garc. de benefic. p. 11. c. 3. a n. 75. ad n. 84.* vbi plenè de materia.

86 Hinc videtur quod lis inter præsentatos facit beneficium litigiosum *Seraphin. decis.*

decis. 990. *Rot. decis.* 306. *nu.* 1. *p.* 1. *in recentior. apud Farinac.* tenet etiam *Oliuer. decis.* 305. *Rot. Rom. coram Ludouisio in ann. n.* 7. vbi concludit dicens.

87 *Et ideo præsentato superstiti vigore regulæ de subrogan. est debita subrogatio vti de litigioso* pro vt etiam tenet *Sarnen. reg. de subrogan. q.* 13.

88 Præterea nec obstaret dicere non fuisse litem super titulo beneficij, quo casu posset ordinarius vacante beneficio,

89 de eo prouidere. Quia † respondetur quod cum præsentatus esset in lite, satis dicitur esse lis super titulo, cum per ipsum instaretur pro institutione vt tenet *Seraphin. decis.* 990. *num.* 3. Et licet hoc casu dictus P. collitigans superstes possit subrogari in locum

90 dicti N. prædefuncti, quia † subrogatio locum habet in beneficio litigioso *ex reg. Cancell.* 29. de subrogandis collitigantibus & per *Seraphin. dicta decis.* 990. *n.* 1. Tamen †

91 hæc subrogatio non potest fieri per ordinarium sed per Papam quia subrogatio beneficij litigiosi spectat ad Papã *c. fin. vt lit. pend. in 6. Gomez. super dict. reg. glos. 6. nu.* 146. *Flamin. Paris de resignat. lib.* 2. *quæst.* 3. *n.* 105. *& Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 57.

92 *num.* 48. Et † facta ab ordinario dicitur nulla *Lancell. de attent. in præfat. lit. pend. cap.* 4. *n.* 414. *p.* 2. & tangam *infra*

93 *n.* 99. Ita † vt si lite pendente vnus ex collitigantibus moriatur, & ordinarius conferat beneficium collatio est nulla dicam *infra n.* 99. quibus addo *Bonifac. de Vitall. in clem.* 1. *q.* 4. *n.* 54. *vt lit. pend. Moed. decis.* 178. vacante heremitorio vbi refert decisum sub tit. lit. pend. relat. per *Paris. de resign. benef. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 102.

94 *& n.* 98. in puncto dicit vt † si lite pendẽte inter duos præsentatos vnus moriatur, & superstes fuerit immissus in possessionem per ordinarium, lite pendente, fuisse decisum coram *Seraphin.* 14. *Ianuarij* 1572. *in vna Pasuanien. Parochialis* possessionem tanquã attentatam reuocandam prout etiam refert, & tenet *Lancell. de attent. a Tertio p.* 1. *c.* 3. *n.* 108. vbi in terminis dicit lite inter duos præsentatos pendente & neutro in possessione existente (prout in casu præposito) alter decessisset & superstes fuisset per ordinariũ in locum præ defuncti subrogatus, atque etiam in possessionem immissus, & tam per patronos qui defunctum præsentauerant, quam per nouiter præsentatum prætenderetur, præmissa esse attentata & reuocanda, vel saltem pos-

sionem

sessioné beneficij sequestrandam Domini de Rota tenuere locum esse sequestrationi licet † *in n.* 109. limitaret prædicta non procedere quando fuisset mortuus petitor, quia tunc ordinarius posset subrogare ad ius defuncti † tamen in n. 110. prædictam limitationem declarat vt procedat quando post petitoris morté nullus esset qui causam prosequeretur tunc enim ordinarius posset subrogare vt practicaui in hac Curia Episcopali tunc sede vacanre de anno 1657. pro D. Ignatio Birsichelli præsentato ad beneficium, seu melius ad Cappellaniam fundatam in Ecclesia Sancti Ioseph Ciuitatis Caltanixettæ de iure patronatus hæredum quondam Io: Francisci Serra, & quondam Philippi Iacobi Caruso hæredum vniuersalium quondam Ar. Med. Do. Achillis Caruso affinis mei ad quam fuerat etiam præsentatus quondam D. Antoninus Morrilli, & lite pendente inter eos præsentatos, defuncto dicto de Morrilli fuit confirmata electio, & præsentatio dicti de Birsichella superstitis, & sic executum. Sed an dicta Cappellania sit ecclesiastica vel laicalis? dicam *in alleg.* 217. *tom.* 4. vbi teneo quod sit laicalis. ex rationibus ibi adductis.

95

96

97 At ego putarem dictá ordinarij prouisionem de beneficio factam ob mortem petitoris non reuocari, quando post modum prouisus obtinuisset nouam prouisionem à Papa cum clausula gratiosæ subrogationis, & mentione litis quia tunc † noua prouisio (re per Papam intellecta) purgaret vitia præcedentia. ex mente Gassad. decis. 6. de præben. & per *Lancell. de attent. à Tertio p.* 1. *c.* 3. *n.* 153.

98

99 Vnde ordinarius etiam si immitteret, in possessionem dictum de Bicchetta superstirem, quem in locum defuncti subrogaret; talis immissio, & possessionis adeptio fuit in Rot. reputata inualida, attentata, & esse sequestrandam. vt refert *dict. Lancell. de attent. vt lit. pend. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 716. & *dixi supra. num.* 92. 93.

100 Maxime quia lis est super beneficio inter præsentatos quod dicitur litigiosú. *Achill. decis.* 18. *in fin. de appellat. Farinac. decis. Rot. Rom. recentior. p.* 1. *decis.* 417. *num.* 2. vbi *num.* 5. quod † licet dispositio *c.* 1. & 3. *vt lit. pend. in* 6. prohibeat dumtaxat patronis præsentare quando lis est inter præsentatos introducta, vel quando lis sit inter possessores, & vnus decedar

101

vel renunciet, & prædictis casibus Papa conferat, visum est eam non esse actendendá ad casum quando lis est inter ordinarium, & patronos super pertinentia iuris patronatus.

102 In causa nostra, casuque præposito, quia lis fuit principaliter inter præsentatos coram ordinario à quo poterant institui, & per consequens beneficium dicitur effectum litigiosum prout in his terminis fuit dictum in Rot. in causa Mediolan. beneficij 1. Iunij 1592. coram Cardin. Seraph. vt testatur dictus. *Farinac. loc. cit. dict. decis.* 427. *num.* 5. Ordinarius dictum P. instituere nequit, tanto fortius quia adhuc lis non pendet coram se, sed in Tribunali R. M. quo fuit diuoluta per viam excessus. & patet primo quia ipse habet manus ligatas stante supersessoria in dictis literis Reg. Monarch.

103 Secundo quia si coram se penderet lis, & ipse certo cótradictore cóparente procederet cum causæ cognitione ad institutionem. & tunc, quia ille haberet vim diffinitiuæ sententiæ, si dictus P. sic institutus intra decem dies qui solent dari ad appellandú per ea quæ dixi *in Prax. Rit. Regni cap.* 9. possessionem acceperit vtique diceretur actétare, & si fuerit appellatum vtique intraret consideratio actentatorum. Si vero non appellaretur, & possessio per dictum P. sic institutum caperetur post lapsum termini ad appellandum, & tunc actentata cessarent, non tam ex eo quia immissio in possessionem esset facta à iudice coram quo lis penderet, quá ex eo quia cessaret omnino ratio præiudicij partis, & contemptus iudicis. vt docet *Lancellott. de actent. vt lit. penden. c.* 4. *num.* 724. *&* 725.

Quæ cessant in casu nostro quia lis non pendet modo coram ordinario, sed in Tribunal. Regiæ Monarchiæ vbi deuoluta fuit per viam excessus vt dictum est.

104 Nec potest dici dictum P. esse calumniosum litigatorem, & sic ei denegandam esse subrogationem ex prædicta *Reg.* 29. *Camell.* Ex quo respondetur ipsum P. legitimè, & iuridicè litigare, & non calumniosè, cum sit verus, & legitimus contradictor, licet fuisset tantum præ-

105 sentatus: (quæ præsentatio præbet præsentato ius ad rem,) cum per dictum P. dicta presentatio fuerit acceptata; hoc in casu non solú

præ-

præsentatio ei præbuit ius ad
106 rem simpliciter. Sed † quia fuit iam radicatum ius in persona ipsius per acceptationē. *ex Rebuff. in prax. benefic. post tit. de subrogan. in glos. ad dict.*
107 *reg. 9. quæst.* 3. dicitur † acquisitum ius ad rem considerabilem *Lacter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *nu.* 171. & infra *num.* 131.
108 Vnde dicitur legitimus contradictor stante clausula in bullis posita nimirum (dūmodo tempore datæ non sit alteri ius quæsitum) quæ clausula præseruat etiam ius tertio acquisitum ad rem validam, & considerabilem, & de tali iure dicta clausula intelligenda est. *Farinac. Rot. Roman. recentior. decis.* 572, *n.* 6. *p.* 1. *& decis.* 253. *n.* 1. *p.* 2. & melius *in decis.* 52. *p.* 2. vbi *n.* 3. dicit quod cum in gratia adesset clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum sufficit alter præsentatus se præsentatum obstendere, vt diceretur legitimus contradictor, Papa enim non præsumitur voluisse præiudicare, & derogare præsentationi, maxime quoad effectum Regulæ pro euitanda suspicione calumniæ sufficit qualibet probabilis, & colorata causa litigandi *Rebuff. super dict. rege de subrogand. Glos.* 7. *n.* 3. *& in Rot.* decisum refert *Oliuer. decis.* 125. *Rot. Rom. coram Ludouisio n.* 5.

Ex prædictis itaque clarissime patet ordinarium præsentatum superstitem collitigantē P. instituere non posse.

Circa secundum quæsitū nempe pro ea obtinenda quomodo dicto P. subueniendum erit?

Pro responsione dixi ei collitiganti superstiti duas aper-
109 tas esse vias. Prema † vt siue petitor siue possessor esset, quatenus de suo iure bono nō desperet iudicium prosequatur vbi lis pendet citatis per edictum omnibus sua interesse putantibus, nec ad id tenetur citare procuratorem defuncti nisi velit ad cauthelā vt docet *Cassad. decis. vlt. vt lit. pend. per tot.*
110 Et quamuis respectu rei, & possessoris (si tamen possessor esset) mortuo actore lis remaneat extincta tamen possessor non est, & si esset nihil est quin si velit possit eam prosequi, & hoc modo obtinere absolutionem à pretentione, & petitione prædefuncti.
111 Et sanè hoc illi maximè prodesse potest ne Papa in iuribus defuncti alium subroget, qui eum rursus lite molestaret Quoniam Papa aliū quam superstitem in ius defuncti subrogare potest; quā-

uis autem regulariter inter litigantes detur subrogatio. tamen *Alex. V.* statuit *in suis regulis rubric. de subrogan.* dari etiam subrogationem pro nõ litigante cum derogatione regulæ vel absque derogatione, quando collitigans extra curiam decessit vt in casu nostro prout docet *Rebuff. in prax. benefic. in rubr. de subrogan. n. 6.* Quæ subrogatio foret valida licet mentio litis nulla facta esset vt respondit *Bursat. in cons. 406. Vol. 4. per tot.* & fuisse *in Rot. decisum* refert Flamin. *Paris de resignat.*
113 *benefic. lib. 2. q. 3. nu. 96.* Et † subrogatus accipit causam in eo statu in quo erat, prout in sacra congregatione Cardinalium fuisse resolutum in vna Floren. coram Aldobran. 10. Decembris 1558. testatur *Card. Paleoct. decis. 158. in manuscript.* vt refert dictus *Flamin. Paris loc. præcit. dict. q. 3. n. 97.* & tenet etiam *de Plut. decis. 113. n. 2.*

114 Papa enim decernit impetrantem subrogationem in eo statu ad causæ prosecutionẽ recipiendam, in quo deberet admicti decedens si viueret, & coram eodem iudice coram quo lis pendet, ne iudicia diuersa sequantur, ac contrariæ sententiæ. *Rebuff. in prax. benefic. rubr. de subrogan. nu. 21. & 41.*

115 Altera via, quā subuenitur superstes collitigans, est obtinere subrogationem, vt in regula disponitur, (& hæc est melior, & securior via) quæ subrogatio à Papa concedẽda hoc habet in summa, gratiam cuius factam per mẽsem ante subrogationem collitiganti concessam, nullam esse *Lacter. de re benefic. lib. 2. q. 20. n. 57.*

Hæc autem regula de subrogan. in duas diuiditur partes in prima annullatur prouisio cuiusuis tertio concessa per mensem ante subrogationem collitigantis, ea ratione vt succidantur litium anfractus, & ne dentur noui collitigantes.

In secunda duos ponit casus quibus denegatur subrogatio collitigāti scilicet quan-
116 do † lis fuerit a principio ca-
117 lumniosa secundo † quando collitigans superstes fuerit intrusus, ea ratione vt fraudibus impetrantium beneficia viuentium obuiet, & in casu hic præposito nec lis videtur calumniosa, licet sufficeret colorata causa litigandi vt dictum est supra, nec dictus P. fuit intrusus, cum non cepent beneficij possessionem.

118 Ad quam subrogationem petendam nullus terminus est superstiti collitiganti præfixus, sed mensis, de quo fit men-

mentio in regula, intelligitur quando subrogatio est data tertio, & non collitiganti. vt fuit resolutum in Rot. Rom. sub die 20. Iunij 1603. alias sub die 6. Iunij 1607. teste *Farinac. decis. Rot. Rom. recentior. 342. nu. 10. p. 1.* Regula enim non arctat collitigantē ad petendam subrogationem
119 infra mensem; Sed † mensis solum adiectus est ad inualidandam subrogationem à tertio infra dictum tempus obtentam. *Rot. Rom. coram Ludouis. apud Oliuer. decis. 125. num. 16.*

120 Et hic mensis de quo in regula non intelligitur nec currit à die obitus collitigantis, sed à die subrogationis concessæ tertio. *Rot. decis. 342. nu. 10. p. 1. in recentior. apud Farinac.* & apud *Oliuer. decis. 125. in annot. in fine.*

Vnde licet, vt dictum est, regula non arctet collitigantem infra mensem à die obitus sui collitigantis impetrare
121 subrogationem. tamen † ipse consulerem vt superstes quam citiùs poterit subrogationem impetret, nec differat eam impetrare: Quia si tertius præoccupet, vt multoties contigit obseruatur deinceps eidem collitiganti gratiā hanc denegari, nec tunc de aliquo queri habet, quàm de se ipso, ex quo regula in hac parte est euentualis si videlicet Papæ placuerit infra mensem à die subrogationis concessæ tertio, etiam collitiganti illá concedere vt firmat *Cuccin. decis. 350.* prout superstitem hoc modo monet *Latter. de re benefic. lib. 2. q. 20. nu. 63. & 64.*

Igitur vt superstes collitigans periculum hoc euitare possit, impetret subrogationem illico infra mensem à
122 die obitus collitigantis quo † casu subrogationem ei cæteris exclusis, dari debere dicit *Seraphin. decis. 1165. num. 1. Rot. Rom. coram Ludouis. apud dict. Oliuer. decis. 27. nu. 1. & decis. 125. n. 1.* Et si alijs eam concessisset Papa etiam infra dictum mensem ex dicta prouisione collitiganti concessa, & annullatur ne detur nouus collitigans, & ne lites fiant immortales vt dictum est supra ex dict. reg.

123 Hinc est quod tertius, qui impetrare dictam subrogationem intendit, (ne perdat oleum, & operam, quia si non denegaretur subrogatio collitiganti intra mensem eius gratia remaneret adeo resoluta vt nec conualescat si collitigans subrogatus exinde moriatur etiam intra mensem illum vel ius non prosequeretur) signata supplicatione supersedeat in expediēdo donec

sit

de subrogandis colligitantibus habet locũ siue quis subrogetur ad ius, siue in iure. Nam si nominatus antequam beneficium acceptet moriatur, vel mandatarius non poterit ad ius istius alius subrogari, quia extinguitur per istius obitum.

Si vero mandatarius seu nominatus post beneficium vacans acceptatum moriatur (vt hic) ad illud ius quis poterit subrogari, quia non est simplex ius ad rem sed est iã radicatum in persona moriẽtis vt docet *Gomes. ad dict. regi q. 6. & ex Glos. 3. in ea relata per Rebuff in prax. benefic. post tit. de subrogationib.*

131 Præterea stante dicta acceptatione dicitur acquisitũ ius ad rem considerabilem vt tetigi *supra n.* 107. ad quod ius etiam datur subrogatio. *Lacter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 171.

132 Et denique non obstat cessio omnium iurium in dicto beneficio, & præsentationum per dictum N. in eius testamento illi clerico facta. Primo quia præsentationes non possunt cedi, nec renunciari nisi in manibus patroni etiam absque authoritate superioris ante quam ab eo instituatur, vt decisum fuit in Rot. vt patet *decis.* 8. *si aliquis de iur. patronat. in nouis Rocc. de Curt. tract. de iur. patron. verb. honorificum col.* 30. & communiter sequi Doctores testatur *Flamin. de resignat. lib.* 7. *q.* 1. *n.* 94. Sed quomodo præsentatus poterit resignare in fauorem alterius, ante institutionem Vide *Bero. cons.* 5. *n.* 77. *cum seqq. lib.* 1.

Secundo respondetur non valere dictam cessioné stante regula cancellariæ de infirmis, quæ reg. ob duas rationes emanata fuit quarum prima est, ob fraudes, ne scilicet fraudentur ordinatij expectantes mandatarij nominati. Secunda est ne de beneficio in articulo mortis disponatur vt refert *Flamin. de resignat. lib.* 12. *q.* 1. *nu.* 1. *& seqq.* Quæ prima ratio spiritũ accepit à *text. in c.* 2. *de renunc. in* 6. vt tradunt *Io: And. in c. vult. de collus. deteg & Flamin, Paris. loc. cit. n.* 3. ex quo textu disponitur renunciationem fraudulentam non nocere

133 expectanti. † Et dicitur fraudulenta renunciatio quando renunciationis tempore is qui habebat præbendam vel dignitatem pinguiorem infirmitate graui detinebatur. Idẽ *Flamin. loc. pracit. q* 1. *nu.* 4.

134 *&* 5. *lib* 12. licet † hæc regula habeat locũ, & in infirmitate graui, & leui. Idẽ *Flam. dict. lib.* 12. *q* 6. *n.* 8. vbi refert in Rot. decisum & multos citat.

Nec

135 Nec obstat quod præsumi
non debet hæc fraus in infir-
mo morituro *l. sed si Maritus*
§. vult. ff. qui & a quibus l.
quotiens §. c. ff. de probat. Cum
136 † præsumatur memor salutis
æternæ *l. vlt. ff. ad l. Iul. repet.*
Bursat. in cons. 434. *vol.* 4.
137 Nam respondetur hoc non
sufficere per ea quæ dicunt
Bald. in auth. si dicatur C. de
testam. in c. sicut de testib. &
Bart. in l. si quis in graui §. 1.
ff. ad Silani. Volentes quod
quamuis aliquis sit in extre-
mis non propterea in factis
suis præsumitur Sanctus Io-
138 annes Baptista. Et ideo † cum
dictum legatum seu cessio
fuerit facta per infirmum in
præiudicium tertij non præ-
iudicat. *Afflictus decis.* 168.
Mascard. de probat. cōcl. 1047.
nu. 5. & in terminis *Flamin.*
Paris. de resignat. lib. 12. *q.* 1.
Secunda ratio videtur ex-
tracta ex cap. 1. de præben-
139 dis quia † quamuis infirmis
etiam morti vicinus actus le-
gitimi permictantur *l. senium*
C. qui testam. facer. poss. l. 2. ff.
140 *de testam.* Non. † possunt ta-
men disponere infirmi de be-
neficijs renunciando in fauo-
rem *arg. c. quamuis 7. q. 1. c. 1.*
de prabend. & est communis
omnium DD. in praxi obseruata
testatur, & multis rationibus
probat dictus *Flamin. omnino*
videndus in dict. q. 1. lib. 12.

141 Hinc est quod si resignans
moriatur infra viginti dies
resignatio facta in fauorem
cuius cumque, vt in casu
præposito, est nulla, ita vt si
resignatio fieret de beneficio,
beneficium ipsum diceretur
vacare per obitum, *Menoch.*
cons. 108. *nu.* 28. *vol.* 2. *de*
Butr. in c. susceptum num. 13.
de rescript. Idem *Paris. dict. q.*
1. *n.* 30. vbi pluries in Rota
decisum, & practicatum fuisse
refert & *eod. lib. q.* 3. *num.* 22.
142 dicit hanc † regulam de in-
firmis etiam locum habere in
beneficijs viris Patronatus, &
fuisse sic in Rot decisum, &
hanc esse communem opi-
nionem ac communiorem, &
143 veriorem testatur † etiam lo-
cum habere in beneficijs li-
cet litigiosis. Idem *dict. q.* 3.
n. 39. *& num.* 58. *cum seqq.*
144 dicit † hanc regulam proce-
dere etiam in eo qui renun-
ciauit iuri suo quæsito in
aliquo beneficio vigore ali-
cuius gratiæ siue ius sit in re,
siue ad rem prout tenuit Rot,
teste *Sarnen. ad dictam Regul.*
q. 18. *nu.* 2. *vers. istis non ob-*
stantibus. Hoc fuit meum vo-
tum. & iuxta prædicta nego-
tium habuit effectum.
145 Hic nota quod quando
plures fuerint à diuersis pa-
tronis præsentati, ille institui
debet qui à maiore parte fuit
præsentatus *c. quoniam* 3. *vbi*
Glos.

Abb. & alij de iur. patr. Mantic. decis. 86. Seraphin. decis. 875. Farinac. decis. Rot. Rom. in recentior. 202. p. 2. tom. 1. Barb. alleg. 72. n. 197. Lambert. lib. 2. p. 3. q. 4. princ. art. 1. 4. & 6.

146 Amplia hoc procedere etiã si à minore parte patronorũ præsentatus sit dignior: quia eo omisso institui potest dignus à maiore parte præsentatus. *Glos. verb. qui maioribus in dict. c. quoniam de iur. patr. & Barbos. alleg. 72. n. 198. de offic. & pot. Epis.*

147 Sed qui habet maiorem partem vocum seu suffragiorum vnius stipitis, etiam si adsit contradicto minoris partis, dicitur habere totam stipitem nec attenditur contradictio minoris partis, quia pars maior suffocat minorem *Rot. in recentior. decis. 443. sub n. 4. apud Farinac. p. 2. Gonsal. in reg. 8. cancell. glos. 45. num. 61.* & refert decisum *Oliuer. decis. 452. Rot. Rom. in annot.*

148 *nu. 13. coram Ludouis.* Vbi † vult hoc procedere taliter quod si duo fuerint præsentati cumulatiuè ab vna stipite sed vnus habeat omnes voces alter vero solum maiorem partem dicuntur inter se pares, & est locus inter illos gratificationi perinde ac si ille qui habet maiorem partem vocum omnes voces illius stipitis habuisset, & testatur notabiliter Rotam resoluisse de anno 1617.

149 Si vero essent æqualiter præsentati, tunc erit locus gratificationi. Sed quis institui deberet Vide *Barbos. de Offic. & pot. Epis. alleg. 72. à n. 198. ad finem p. 3.*

150 Aduerte tamen quod præsentatus ab illo qui est in quasi possessione præsentandi præfertur omnibus alijs *c. consultationibus de iur. patr. c. querelam. de election. Rot. decis. 4. de iur. patron. in antiq.* & de communi opinione testatur. *Flamin. Paris. de resign. benefic. tom. 1. lib. 7. q. 29. nu. 8.* qui

151 *in n. 9.* ait † huiusmodi quasi possessionem ex vnico actu acquiri, ac respondet *Oldrad. cons. 313. circa fin.* Idem tenet *Dec. cons. 154. in princ. Abb. cons. 14. lib. 1. Rot. in recentior. apud Farinac. decis. 758. n. 4.*

152 *& decis. 174. nu. 1. p. 2.* Et † dicitur valide præsẽtatus iuxta tradita per *Abb & alios in dict. cap. consul. rationibus de iur. patron.* & refert in *Rot. dec. Farinac. loc. cit. decis. Rot. in recentior. 726. nu. 3. p. 2.* Vbi

153 † ait ex dicta præsentatione acquiri ius considerabile præsentato vt diximus *supra num. 107. & Rot. apud Seraph. decis. 1238. n. 2. & decis. 1274. n.*

154 *1. p. 2.* Ac † debet institui Idem. *Farinac. loc. cit. decis. 181. nu. 1.* vbi de communi testa-

testatur ex *Ripa in c.cum Ecclesia nu. 130. de caus. poss. & propr.* Quo casu nihil in contrarium Sacrum Conci. Trid. disponere ait Idem *Farinac.*
155 *decis. 443. nu. 3. p. 2.* Quia † præsentandi quasi possessio sufficit pro validitate præsentationis Idem *Farinac. decis.*
156 *274. n. 6. p. 2.* Ac sufficit ex vltima præsẽtatione effectuata ad substinendam præsentationem *Rot. coram. Ludouis decis. 452. num. 20. apud Oliuer.*

157 Prædicta tamen limita primoquod non attenditur quasi possessio prædicta vbi constat de proprietate *Rot. apud Farinac. in recentior. decis. 274. n. 7.* omnino videndum, & apud *Oliuer. decis. 452. nu. 56.*

158 Limita secundo in præsentatione facta lite pẽdẽte quæ non sufficit, nec est manutinibilis Idem. *Oliuer. decis. 417. num. 11.*

159 Sed Patronus admictens alium ad secum præsentandũ eo ipso constituit illum in quasi possessione præsentandi nec potest amplius illum cõtradicere *ex Ripa in c. cum ecclesia Sutrina sub n. 93. de caus. poss. & propriet.* quem secutam fuisse Rot. testatur *Oliuer. decis. Rota eiusdem coram Ludouis. 417. n. 5.*

160 Quod intelligas primo si patroni simul præsentauerint eodem nimirum actu, imputet enim sibi patronus verus qui alium admisit, & passus fuit quod secum præsentauit, sed si absente vero patrono ille præsentasset, secus procederet, quia non potest adscribi illi quod admiserit, & passus fuerit alium præsentare, cum patientia non detur sine scientia *Rip. dict. cap. cum ecclesia num. 64.* quem sequitur, *Oliuer. dict. decis. 417. n. 6.*

161 Et est adeo verum quod si verus patronus alium secum præsentare admiserit tunc in eius præiudicium acquiritur quasi possessio præsentandi, etiam non probata alia effectuatione dictæ præsentationis iuxta sententiam *Rip. loc. pracit. quam Rot* sæpius sequutam fuisse testatur *Oliuer. dict. Rota decis. 417. n. 13. in annot.* docet etiam *in decis. 174. sub num. 3. recentiorib. p. 2. Farinac.*

162 Secundo intellige quæ dixi n. 159. dictam admissionem patroni solum constituere in quasi possessione præsentandi non tamen facit patronum vt declarauit dictam doctrinam *Riua Rota decis. 284. sub num. 7. par. 1. in recentior. apud Farinac.* Et † ista quasi possessio
163 tantum iuuat contra admictentem, & non contra eius successores in iure patronatus, (& valeat pro tertia in tel-

intelligentia) *Farinac. Rot. in recentior. decis.* 284. *n.* 8. *p.* 1. *& Oliuer. decis.* 417. *sub n.* 13.
164 *vers. verum ista. & nu.* 14. † docet possessionem præsentandi non transire ad hære-
165 des, non † obstante statuto de continuanda possessione)
166 vt est † statutum nostrum ex cap. *Regni Regis Ferd.* 41. *Oliuer. in annot. ad decis. Rot. Romanæ* 222. *n.* 13. *ex Mantic. decis.* 88. *num.* 5. *& Rot. in recentior. apud Farinac. decis.* 260. *n.* 4. *& decis.* 337. *num.* 3. *p.* 2. & decisum refert. Sed *in decis.* 417. *num.* 14. Idem
167 *Oliuer.* dicit † quod licet possessio actoris non transeat, ex illa bene probatur pertinentia iuris patronatus in fauorem successoris vt sentit *Rot. in recentior. decis.* 337. *sub nu.* 3. *p.* 2. *apud Farinac.*
168 Et aduerte quod præsentatus debet habere qualitatem requisitam ex tenore fundationis Idem *Farinac. decis.* 15. *num.* 1. *p.* 2. *in recentior.* Itaut Episcopus etiã cum consensu patroni qualitatib. positis in fundatione beneficij derogare non potest ex declaratione sacræ Congregationis ad verbum relata per *Bellarm. super conc. Trid. sess.* 25. *cap.* 9. *de reform. vers.* 1. *fol.* 516. licet antiquitus fieri poterat *Rebuff. in* 3. *par. signat. num.* 46. *fol.* 130. quia hodie ex dicto *sacro Concilio Trid. dict. c.* 5. non permictitur. Idem *Bellarm. loc. præcit. in obser. Doctrina verb. erectione seu fundatione.*
169 Hinc quæri potest Si in fundatione beneficium fuisset fundatum cum onere celebrationis Missarum, an possit conferri Clerico in minoribus constituto? Responde affirmatiuè cum *Ciarlin. controuer. for. c.* 38. *num.* 15. *&* 16. vbi docet huiusmodi beneficium Sacerdotale haud esse, & quod poterit beneficialis oneri Missarum per alium satisfacere, & obtinui in hac Curia Episcopali Agrigentina pro clerico Ioanne Bonauia præsentato ad beneficium Sanctæ Mariæ infirmorum de iure patronatus Domini Principis Raffadalis Vic. Generale V. I. D. D. Antonino Bicchetta tũc Canonico modo Cantore huius Cathedralis ecclesiæ Agrigentinæ meritissimo, & in Doctrina non satis laudato de iure patronatus eiusdem Domini Principis Idem tenet *Mut. decis.* 9. *num.* 19.
170 Et licet contrarium videntur tenere *Gratian. discept. for. cap.* 133. *n.* 15. *&* 16. quando scilicet in fundatione dictum fuerit quod in beneficio eligatur sacerdos, & vadat de presbitero in presbiterum. vt docet etiam *Mut. decis.* 9 *n.* 32 *&* 33.

& 33. quia hoc casu videtur electa industria personæ, & sic per alium oneri Missarum videtur satisfacere non posse.

171 Attamen hi Doctores, & cæteri hoc tenentes intelligendi sunt in beneficio verè Sacerdotale, quando scilicet adest cõditio (quod per se ipsos celebrare debeant) quia quotiès non adest ista clausula, non est sacerdotale sic censuisse sacram Congregationẽ refert, *Garc. in add. de benefic. p. 3. c. 4. ad n. 15.* aliam declarationem eiusdem S. C. etiam refert ad verbũ Bellar. super S. C. T. sess. 25. cap. 5. vers. Cappellanus. his verbis

172 *Cappellanus † non tenetur ordinari sacerdos nisi in fundatione cautum sit vt per se ipsum celebret, nec satisfit oneri, si missæ alibi celebrantur, nec requiritur personalis residentia nisi sit cautũ in fundatione* refert etiam idẽ *Bellarm. aliam sacræ Congregationis declarationem sess. 22. c. 4. de reformat. fol. 259.* his

173 verbis nempe *Item † si in fundatione beneficij non dicitur per se non tenetur ordinari.*

174 Secus est si simpliciter beneficium sit cum onere Missarum, tunc enim beneficicialis poterit per alios substitutos celebrare, quia non dicitur sacerdotale tale beneficium. *Mantic. decis. 129. &*

175 *147.* de † materia *Guttier. cõs. 1. & 2.* quem videtur reprobare *Gratian. discept. for. cap. 133. n. 15. & 16.* Vide etiam *Mut. decis. 49. n. 29. cum seqq. Abb. in c. accessiue n. 5. de constit. Lambert. de iur. patron. p. 1. lib. 2. q. 7 a n. 3. art. 30. n. 15. & seq. Ricc. in prax. for. eccl. decis. 202. a. nu. 236. Sanch. lib. 2. consil. cap. 2. dub. 26. n. 3. Gratian. discept. for. c. 155. a n. 4. cum seqq. Consal. in reg. 8. cancell. glos. 5. num. 7. cum seqq. & Mantic. decis. 129. & 147.*

176 Verum vbi sacerdotium requiritur in præsentato sufficit infra annum ad illud promoueri. *Rot. Rom. in recentior. apud Farinac. decis. 530. n. 12. p. 1. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. c. 9. n. 36. ex S. C. T. sess. 22. c. 4. & sess. 24.*

177 *c. 12.* Alias † erit locus pænæ clem. vt ijqui de ætat. & qualit. Quæ pena augetur in curato per *c. licet conc. de elect. in 6. Bellarm. super conc. Trid. sess. 23. c. 6. in obser. doctrina verb. in minoribus vers. de ætate circa medium fol. 298. de reformat.*

178 Ætas autem requisita ad obtinendum beneficiũ simplex erit quatuordecim annorum, nisi ex qualitate beneficij vel ex fundatione exigatur maior ætas *Lap. alleg. 36. num. 2. Bellarm. super S. C. T. cap. 6. sess. 23. de reform. vers. de ætate in vers. in minorib. &*

Gut-

Guttier. canon. lib. 1. *c.* 26. *n.* 33. *Ricc. in collect. decis. p.* 4. *collect.* 860. *& in prax. for. eccl. decis.* 385. *in prima editione & resol.* 331. *&* 325. *n.* 3. *in secunda aditione, & alij per Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg.* 60. *nu.* 73. *p.* 3. dicunt requiri ætatem 14. annorum
179 hodie † *ex decreto S. C. T. sess.* 23. *c.* 6. *de reformat.* requiritur dicta ætas, nisi ex qualitate beneficij vel ex fundatione exigatur maior ætas vt dictũ est, siue minor vt fuit declaratum per sacram Congreg. teste. *Bellar. dict. c.* 6. *S. C. T. sess.* 23. *vers panul.* in declarationibus S.C. per hæc verba *Item dicimus quartus annus requiritur pro beneficio simplici nisi in fundatione aliter fuerit statutum.* Cui standum est, nec fuit hoc derogatum per supracitatum decretum S.C.T. refert decisum *Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. *n.* 91. *Rot. Rom. apud Farinac.* 194. *decis. p.* 2. *tom.* 1. & alij per *Barbos. dict. alleg.* 60. *n.* 77. Quæ quidem ætas requiritur non tantum si per viam collationis beneficium daretur, verum etiam præsentationis electionis aut alterius cuiuscumque prouisionis *Barbos. loc. præcit. dict. alleg.* 60. *num.* 78. ex *Mandos. in tract. de minor. ætate cap.* 4. *num* 17. quem citat *Campan. rubr.* 7. *c.* 6. *n.* 6. & *n.* 3. dicit se sciuisse declaratum esse censeri validam præsentationem factam de persona non dum attingente decimum quartum annum (licet in eo beneficio, minor ætas non concedatur ex fundatione, sufficit enim quod ante institutionem pertingat eam ætatem. De iure vero communi ad obtinenda beneficia simplicia iusta ætas censeretur quæ septemnium excessit, *Glos. penul. in c. si eo tempore de rescript. in* 6. *Barbos. de potest. Epis. alleg.* 60. *n.* 72. *Anchar. cons.* 355. *in fin. Ant. de Butr. cons.* 29. *in fin. Bellarm. super conc. Trid. sess.* 23. *c.* 6. *de reformat. in obser. doctrinæ in verb. in minorib. vers. de ætate.*

Qui autem beneficia curata obtinere vellet, requiritur vt sit ætatis annorum viginti quinque inceptorum *ex text. in cap. cum in cunctis §. inferiora de electiõn.* & alij multi citati per *Barbos. de potestat. Episc. alleg.* 60. *n.* 81. *p.* 3. & *per Garc. de benefic. p.* 7. *c.* 4. *num.* 41.

180 Scias atque quod si fiat renunciatio beneficij iuris patronatus, & resignans moriatur infra 20. dies, beneficium vacat per obitum, & non per resignationem, non obstante quacumque collatione facta, etiam ad præsentationem patroni, & patronus qui præsentauit,

tauit, per renunciationem beneficij iuris patronatus factam in manibus ordinarij vel Papæ, si resignans moriatur infra viginti dies poterit iterum præsentare per obitũ illius resignantis *Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 12. q. 3. n. 31. cum seqq. tom. 2. vbi refert. in Rot. decisum. & tetigi supra n. 141.*

181 Caueátque Patroni ne permictant labi tẽpus præscriptum ad præsentandum & non
182 præsentauerint; Quia † tunc poterit Episcopus eo transacto libere de rectore ecclesiæ in ecclesia prouidere c. si vero
183 12. de iur. patron. Et † postea moram purgare non poterũt, quia executio vbi à iure facta est, non admictitur moræ purgatio *DD. in l. si. insulam de verb. oblig. & in terminis Barbos. de officio & potest. Episc. alleg. 72. n. 169.* licet † possit
184 Episcopus elapso tempore facere rem gratã patrono eumque ad præsentandum admictere *Lambert. ac iur. Patron. lib. 2. c. 2. art. 27. nu. 3. q. 1. Barbos. dict. alleg. 72. n. 169. per text. in c. de suppl. negl. prælat.* Sed si hoc facere noluerit,
185 ipse conferre poterit. Nisi † elapsi fuerint sex menses dati Episcopo ad conferendum dictum beneficium, quia tunc non poterit Patrono dictam rem gratam facere, eumque ad præsentandum admictere *Barbos. dict. alleg. 72. n. 170. circa finem, & tetigi supra n. 65.*

Et ratio esse poterit quia elapso dicto semestre collatio ad alium superiorem de voluitur *c. 2. de concess. praben.* & probatur ex *constit. Pij V. §. 4. edita de anno* 1567. quæ incipit in conferendis benefic. relata per *Scortiam in Bull. Pontific. Epit. 96.* quæ est §. 4. huius tenoris. *Et ordinarij in tempore, & modis a Concilio statutis, non prouiderint spectent collatione huiusmodi ad Sedem Apostolciam licet sint in mensibus Ordinariorum* expresse docet *Barbos. dict. alleg. 72. n. 170. p. 3.*

186 Et denique scias quod viuo beneficiale non potest fieri præsentatio, alias erit nulla & inualida *c. illud de iur. Patr. Barbos. de iur. eccl. c. 12. n. 187. lib. 3. Abb. in c. vult. de concess.*
187 *praben.* Nisi † fuerit facta sine dolo. *Viuian. in prax. iur. patr.*
188 *lib. 5. c. 6. nu. 14.* asserens † quod præsentatio facta sine dolo a Patrono de beneficio tanquam vacante, quod vere non vacabat, reconualescit secuta vacatione si patronus non dissentiat. Vide notata per *Barbos. de Iur. Eccles. cap. 12. num. 205.* vbi multos ci-
189 tat & *in n. 178.* dicit † quod si antequam ecclesia vacaret,

vnius

vnius facta fuerint præsentatio, nihil secundo præiudicat, qui post vacationem fuit præsentatus.

190 Sed † si scire cupis remedium pro validanda huiusmodi præsentatione viuo beneficiale, nil aliud est, quam confirmatio à Papa facienda, qui confirmando dictam præsentationem sic inualidè factam, cum expressione huiusmodi nullitatis, eam sanat. ex *Glos. in c. fin. in verb. donationes de conceß. præben. & ibi Abb. n. 5.*

SVMMARIVM. ARB. XXVII.

Beneficiales curati debent esse Idonei, & residere in eorum cura n. 1.

Idoneus quis dicatur pro cura animarum n. 2.

Beneficialis curatus debet esse ad minus ætatis annorum 25. num. 8.

Limita num. 26.

Minor 25. annis est incapax beneficio curato num. 4.

Annos 25. saltem debet esse inceptus num. 5.

Episcopus non potest dispensare in ætate prædicta num. 7.

Idoneus dicitur prædictus litterarum scientia n. 8.

Episcopi debent diligenter se informare in promotione ad sacerdotium, & quomodo n. 9.

Sanctius est paucos Sacerdotes & ministros habere bonos, quam multos malos nu. 10.

Cæcus si cæcum ducit ambo in foueam incidunt nu. 11.

Examen in Parochialibus fit per concursum n. 12. 29. & 30. Amplia vt infra nu. 31. & seq.

Edicta fieri debent pro cōcursu ad Parochiam & quomodo n. 13. 14. 16. 17.

Examinatores Synodales peracto examine nominent Idoneum qui eligi debet in Parochianum. 15.

Edictum pro concursu ad Parochiam est de substantia & forma n. 18.

Edictum hoc ab ordinario loci apponi debet, & coram eo fit examen nu. 19.

Amplia nu. 20.

Edictum prædictum terminum decem dierum continere debet, & totidem affixum remanente num. 21.

Terminus quo debet remanere affixum Edictum est arbitrarium Episcopi, dummodo quod nō excedat dies viginti n. 22.

Terminus decem dierum Edicti prorogari potest ad alios decem dies, & non vltra n. eod.

Edicti termino elapso an ad examen quis admitti possit? num. 23. vbi quod sic.

Intel-

Item

examinatoribus vterque dicitur pariter approbatus n. 100.
Episcopus cui vult ex his accedit num 101.
Ratio num: 102.
Episcopus an & quando eligere possit dignum omisso digniori. remissiuè num. 103.
Verba Concilij Trid. sess. 24. *c.* 18. *de reformat.* (*omnes qui descripti sunt examinentur quomodo intelligantur nu.* 104. 105. 108.
Edictum secundum fieri solet cum appositione dici in quo fieri debeat examen n. 106.
Et quare ibid.
Descripto vno comparente an & quando fieri possit concursus num. 107. 109.
Episcopus quid facere debeat post examen n. 110. 111.
Appellatio an & quando detur ab electione Episcopi ad beneficia per concursum collata num. 112.
Intellige num. 113.
Appellatio an detur a reprobatione examinatorum. ibi & an ab electione Metropolitani num. 113.

ARBOR XXVII.

DE TERMINO AD FACIENDVM examen per concursum pro collatione beneficij Parochialis iuxta dispositionem S. C. T. sess. 24. de refor. cap. 18.

ANimarum curam gerere nihil aliud est quam illarum pastorem esse, necessario laborantem, & sollicitum, quam ipsos de suis ouibus pastores quæ omni æstimatione prætiosiores sunt vnquam alteræ, Hoc planè ex ore Christi Domini accepimus, qui quidem cum prouinciam nostrarum animarum primo, & precipuo Pastori Ecclesiæ Petro commendaret eas sæpe oues dixit, ac vti tales illi pascendas demandauit. Qui Pastor Apostolorum Princeps omni in loco, totoque Orbe adesse cum non posuisset: Ipse Christus pro regendis animabus toto Mundo existentibus Apostolos misit

misit vt in eorum Principem locum curam animarum habuissent in cuius Apostolorũ locum Episcopi successerunt, qui in eorum diæcesi adesse vbique cum non possint. Constituti fuerunt Parochi, seu curati, qui appellantur a cura quam de regendis ouibus
1 susceperunt. hi autem † vt in tale officiũ eligi possint Idonei esse debent, & qui in loco residere, & per se ipsam curam exercere valeant à sacris canonibus est constitutum. vt colligitur ex *c. in Parochia 16. q. 1. & ex c. cum in cunctis de elect. & ex c. graue gerimus de præbend. & ex c. quia non nulli de cleric. non resid. & ex c. licet canon. de electio. lib. 6. & denique ex decreto Sacri Concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 3.*

2 In hac autem materia idonea persona dicitur quæ prædita est morum grauitate *c. cum in cunctis ibi, grauitas morum, de election. Guttier can. lib. 1. c. 26. à n. 34. Filliuc. in quæst. moral. tom. 3. tract. 4. c. 5. n. 40. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. q. 11. n. 15. 16.* Item ætatis maturi-
3 tate † quæ scilicet vigesimũ quintũ annum attigerit *dict. c. licet canon. Nauar. in Manual. cap. 25. n. 116. Barbos. de offic. & potest. Paroch. c. 2. nu. 6.* vbi refert ex *Mexi. in tract. tassæ. panis. concl. 6. num.*
4 18. † quod recipiens beneficium curatum ante 25. annũ cum talis à iure sit incapax, tenetur beneficium renunciare, & in conscientia fructus
5 restituere cogitur. Sed † sufficit quod vigesimus quintus annus fuerit inceptus. vt probatur *in c. cum in cunctis §. inferiora de elect.* ibi *attigerit.* & ex *dict. c. licet canon.* & aduertit *Nauar. in Manual. cap. 25. num. 116. Alois. Ricc. in decis. Curia Archiep. p. 4. decis. 281. & decis. 349.* & alij per *Barb. de offic. & potest. Paroch. c. 2.*
6 *n. 6.* vbi † limitat in habentibus Parochiales vnitas, & di-
7 cit quod † nec Episcopus dispensare potest vt quis ante 25. annum inceptum Parochialem Ecclesiam valeat obtinere.

8 Tertio vt dicatur idoneus etiam esse debet litterarum scientia præditus vt in *dict. c. cum in cunctis* ibi *litterarũ scientia commendabilis demonstretur* Ea propter dicit *Barbos. de offic. & pot. Paroch. c. 2. nu. 11.* Innocentium tertium in concil. generali de quo *in cap. cum sit de ætat. & qualit.* hac de re statuisse sic. *Cum sit ars artium regimen animarum districtè præcipimus vt Episcopi*
9 *† promouendos in sacerdotes diligenter instruant, & informent, vel per se ipsos vel per alios idoneos viros super diuinis officijs,*

Ecclesiasticiusque Sacramẽtis qualiter ea ritè valeant celebrare.

10 Sanctiùs † enim est paucos bonos, quam multis malos

11 habere ministros. Quia † si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam dilabuntur.

12 Hinc est quod Sacrosancta Synodus *in S. C. T. sess. 26. de reformat. c. 18.* statuit vacante beneficio curato, examen fieri debere per concursum

13 præmissis edictis; vt infra † terminum dierum decem per Edictum assignandum idoneos aliquod ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Sitque liberum etiam alijs, qui aliquos ad idaptos nouerint, eorum nomina deferre, vt postea possit de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio.

14 Et si Episcopo aut Synodo prouinciali pro regionis moræ videbitur magis expedire per Edictum etiam publicũ vocentur qui volent examinari, & transacto constituto tempore omnes qui descripti fuerint examinentur, & rigo-

15 roso examine per tres † adminus examinatores in Diæcesana Synodo electos peracto: qui idoneus repertus fuerit eligatur.

Ex quibus infero duos esse modos quibus ex dispositione dicti Concilij Tridentini con-

16 cursus fieri potest. Primo † quod Episcopus vacante beneficio, per Edictum infra decem dies vel aliud tempus ab eo describendum Idoneos aliquot ad Ecclesiam regendam coram examinatoribus Synodalibus nominet. Secun-

17 do † quod per Edictum etiam publicum qui volent examinari, vocet. & hic Secundus modus praxim in hac Agrigẽtina Diæcesi seruatur, semperque seruari vidi tempora mei Assessoratus.

18 Hoc Edictum est de substantia atque de forma in concursu Parochialium probatur per dictum decretũ Concilij dict. c. 18. ibi (*per Edictum etiam publicum vocentur qui volent examinari*) docet *Alois. Ricc. in prax. resol. 364.* quem refert & sequitur *Barbosa de offic. & pot. Episc. alleg. 60. n. 43. p. 3. & n. 44.* dicit hoc

19 † Edictum ab ordinario loci apponi debere, & ibidem peragendum est examen, etiam

20 si † ab Ordinario alterius diæcesis sit conferendum. vt decisum testatur *Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 9. c. 9. nu. 102. & Gonsal. ad reg. 8. Cancel. Glos. 10. n. 51.*

21 Debetque continere terminum decem dierum per quod spatiũ ad valuas Ecclesiæ affissum remanere debet. vt ait Idem *Barbos. diction. alleg.*

alleg. 60. *n.* 45. *ex Zerol. in Prax. Episc. p.* 1. *verb. Parochia & ex bulla Pij V. incip. in conferendis* (quam ad verbum refert *Io: Sotealli super conf. Trid. dict. c.* 18 *fol.* 109.) ad alios decem dies prorogari poterit, & non vltra dicit etiã *dict. Prax. Episc. dicto verb. Parochia* §. 2. *dub.* 3. *Barbos. loc prox. cit. dict. n.* 45. & *de remiss. Doctor. super dicto cap.* 18. *S C.T. nu.* 15. *fol.* 530. *Ricc. in prax. resol.* 364. *nu.* 2. Vbi intelligit hoc fieri posse ex causa probabili, & legitima. Idem *Barbos. de offic. & potest. Paroch. c.* 2. *n.* 40. Vbi
22 dicit † q; licet sit in Episcopi arbitrium tempus quo debet remanere affissum Edictum, non debet tamen excedere viginti dies docet etiam *Garc. de benefic. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 50.
23 Sed an Edicti termino elapso ad examen quis admicti possit? Aliqui tenent quod sic. prout est *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg.* 60. *n.* 46. qui de praxi testatur ita seruari, vt scilicet possit ordinarius aliquem ad concursum admictere, non obstante quod terminus ab eo præfissus sit elapsus, & aduersarius qui comparuerat durante termino cõtradicit & refert ita resolutum fuisse *in Rot. teste Aloys. Ricc.*
24 *in prax. resol.* 360. Si tamen † res esset integra referunt etiã decisum *Gonsal. ad reg.* 8. *cancell. Glos.* 9. §. 1. *num.* 115. *Nicol. Garc. de benefic. p.* 12. *c.* 2. *n.* 117. Idem *Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap.* 2. *num.* 44. Vbi refert ad verbum Rotæ decisionem coram Pamphilio. Sen. & alios citat. Vide *infra n.* 27.
25 Contrariũ vero. Imo quod elapso termino Edicti ad examen nullus admicti possit tenent *Seraphin. decis.* 1148. *nu.* 4. *p.* 2. *Aloys. Ricc. in Prax. resol.* 360. *num.* 1. hanc refert opinionem, licet contrarium inde *n.* 3. teneat. Idem tenet *Nouar. in singul. canon. concil.* 82. *nu.* 4. & ex declaratione Sacræ Congregationis Cardinalium Concilij interpetrum ad verb. ralata per *Bellarm. super Conc. Trid. sess.* 24. *dict. c.* 18. *vers. Item finito tempore Edicti vel examine si quis vellet admicti, non est audiendus* vide *infra n.* 28.
26 Ex qua declaratione Sacræ Congregationis determinatũ videtur quod tam si examen fuisset factum, quam non, & sic etiam re integra, non descriptus in termino Edicti ad examen admicti non debet.
27 Et idem *Barbos.* † *de offic. & pot. Parochi dict. c.* 2. *num.* 45. refert contrariam resolutionem procedere quando cõparens post terminum rè integra fuerit legitime impeditus.

tus, & testatur quod propterea proposito dubio in sacra
28 Congreg. Concilij Vtrum †
si quis non descriptus in tempore concursui præfisso comparuerit legitimo impedimẽto cessante, ita vt potuerit nomen suum infra præscriptum terminum deferre, & elapso termino examine nondum facto, seu re integra, petat se ad concursum admicti, sit ne audiendus? Refert quod eadem Congregatio sub die 7. Iulij 1625. censuit non esse audiendum. Et secundũ prædicta vacante beneficio Archipræsbiteratus terræ Cãnicattì Agrigentinæ Diæcesis vocatis per publicum Edictũ concurrere volentibus, infra tempus Edicti fuerunt tres descripti inter quos fuit Sacerdos Don Antoninus Morreale. Indeque elapso termino Edicti comparuit Sacerdos V. I. D. Don Iacobus Martines eiusdem terræ, qui, contradicente dicto de Morreale, fuit ad examen admissus, & in Archipresbiterum electus, excluso dicto de Morreale ad cuius instantiam auocata causa via grauaminis ad Tribun. Regiæ Monarchiæ ibi de anno 1655. decisum fuit, fuisse, & esse illatum grauamen, & fiat in Tribunali examen excluso dicto de Martines in termino edicti nõ descripto. Et hoc non obstante quod quando comparuit dictus de Martines adhuc res erat integra.

29 Regula in quam erit, quod vacante Parochiali Ecclesia regulariter seruanda est forma examinis per concursum ex dispositione dicti *decreti S. C.*
30 *T. dict. c* 88. licet eam † velit conferre eius Vicario colligitur ex eodem decreto Concilij, & fuit per sacram Congregationem resolutum. per hæc verba *Item censuit Episcopum debere vacante Parochiali Ecclesia seruare formam examinis per concursum, licet eam velit conferre eius Vicario* hanc resolutionem ad verbum refert Idem *Bellarm. super conf. Trid. dict. c.* 18.

Quam suprascriptam regulam multipliciter ampliari
31 poteris. Primo † procedere etiam si beneficium curatum esset de iure patronatus Ecclesiastici ex dispositione dicti *Concilij eod. c.* 18. ibi *si vero ius patronatus Ecclesiastici* & ait *Barbos. de offic. & potest. Paroch. c.* 2. *n.* 127. ac declarauit Sacra Card. Congregatio vt refert ad verbum *Riccio in prax. resol.* 357. *n.* 3. per hæc verba *si Ecclesia Parochialis sit iuris patronatus partim Ecclesiæ, partim Laici, seruanda est forma examinis per concursum hic posita quam concilium præstitit in*

conse-

conferenda Parochiali, quæ sit iuris patronatus meri Ecclesiastici, & idem dicendum est quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna parte tantum ad Ecclesiasticum tenet etiam *Barbos. de remiss. Doctorum super conf. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. n. 30. fol. 132. & Io: Sotealli super dicto Concil. Trid. dict. c. 18. n. 31. & 34. fol. 507.*

32 Secundo † amplia procedere etiam si ius patronatus sit mixtum idest Ecclesiasticum, & laicale, quia hoc etiã in casu seruari debet dispositio Concilij per concursum, fuit in Sacra Congregatione resolutum, (vltra declarationem positam supra n. præcedentis,) teste *Bellarm. super conc. Trid. dict. c. 18.* in resolutionibus ibi per eum registratis vers. *Item censuit in iure Patronatus mixto, idest Ecclesiastico, & Seculari seruari formam Concilij per concursum in fol. 436.* Idem tenet *Gonsal. ad reg. 8. Cancell. Glos. 6. nu. 135. Ricc. in Prax. dict. resol. 357. n. 3. Viuian. in prax iur. patron. lib. 1. c. 1. n. 33. & 34. in vltim. impress. Barbos de alleg. 60. nu. 17. & de potest. Paroch. dict. c. 2. n. 125.* licet Sacram Congregationẽ aliàs contrarium censuisse referat Idem *Barbos. dict. c. 2. n. 126. ex Viuian. in appendice sua prax. iur. patron. ad lib. 10. c. 11 num. 34. pag. 760. in nouiss. impress.*

33 Tertio Amplia. in beneficijs reseruatis Sedi Apostolicæ vacantibus per obitum, puta in mensibus reseruatis, seu aliter ad Papam spectantibus. Vt si † fuerit Parochialis collactio facta omisso concursu, vt fuit declaratum per Sacram Congreg. quam declarationem ad verb. refert *Bellarm. super conc. Trid. sess. 24. c. 18. vers. Item censuit collationem fol. 436.* Quo † casu ordinarij proponere debent edicta concursus, & à Sede Apostolica prouisio fit approbato ab examinatoribus in Synodo Diocesana deputatis, si fidem siue approbationis habet ab ordinario *ex Constit. Pij V. incip. in conferendis* refert etiam *Paris. de resignat. benefic. lib. 8. q. 9. n. 103.* sic etiam fuit declaratũ per Sacram Congregationem his verbis *Item in beneficijs curatis reseruatis Sedi Apostolicæ, & etiam in alijs ex antiqua consuetudine Episcopus faciat concursu & qui est approbatus ab examinatoribus prouidebitur à Papa* fuit etiam aliàs declaratum. *Item censuit in collatione Parocchialium, quæ iure deuoluto conferuntur seruandam esse formam examinis per concursum.* quas binas declarationes refert

Note: margin numbers 34 (beside "tibus. Vt si † fuerit Parochia-") and 35 (beside "collationem fol. 436. Quo †") appear in the right column.

fert Idem *Bellarm. super dict. c.* 18. *conc. Trid.* Idem tenet *Barbos. de remiss. Doct. super dict. c.* 18. *Concilij num.* 13. *fol.*
36 130. Et hoc † in casu ius eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet, qui trasmictere debet actestationem examinis facti per concursum quotquot in eo fuerint approbati, & quem ex approbatis vt digniorem, cui Sanctitas sua gratiam faciat nominare *Barbos. de potest. Paroch. dict. c.* 2. *n.* 127. *ex Salgad.* ibi citato
37 attestante, † fuisse decisum quod si beneficium curatum iuris patronatus Ecclesiastici in mensibus Apostolicæ Sedi reseruatis vacauerit, Episcopus ipse ordinarius nulla habita ratione patronorum debet Edicta concursus proponere, Idoneum eligere, ac Romam pro obtinenda collatione a Sede Apostolica, & fidem approbationis, ac rationem concursus manu sua seu eius Vicarijs subscriptam
38 intra † quatuor menses à die habitæ notitiæ vacationis numerandos mictere. cuius fidei formulam apud *Barbos. de potest. Paroch. dict. c.* 2. *habes.* Hinc *Pius V. quadam sua bulla quæ est* 32. *in bullario inter illas Pij V.* limitat benè facultatem ordinariorum ad quatuor mēses à die habitæ notitiæ, quibus elapsis reseruat sibi beneficia curam animarum habentia, aliàs sed Apostolicæ reseruata, nec excusentur ordinarij ratione, ni si fuerit verisimilis, & probabilis. *Rot. diuers. decis.* 481. *p.* 1. *Bellarm. super Concil. Trid. sess.* 24. *c.* 18. *in addit. verb. eligat. n.* 12. *fol.* 438.

39 Quarto Amplia procedere in beneficio curato de iure patronatus laicorum ad ordinarium deuoluto, nempe ob lapsum quatrimestre patronis laicis ad præsentandum præscriptum pro illa vice *ex dict. declarat. Cardinalium secundo loco posita supra in nu.* 35. *circa finem* & refert etiam decisum *Salgad. de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *c.* 11. *n.* 89. Idem refert *Barbos. de offic. & potest. Paroch. c.* 2. *num.* 131. vbi reprobat *Masforb. in prax. requis.* 1. *dub.* 24. tenet etiam *Galet. in Margarita casuum Conscientiæ verb. ius patronatus.* Idem tenet *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 60. *n.* 18. *in fine.*

40 Quinto Amplia in vacatione Parochialium etiam de iure patronatus laicorum, quando tamen plures fuerint præsentati, quia tunc requiritur examen per concursum, sed inter ipsos præsentatos tantum. Et ex his, qui examine peracto Idonei ab examinatoribus renūciati fuerint Episcopus eum eliget, quem

cæte-

cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alium instituat iuxta *decretum S. C. T. sess. 24. dict. c. 18. de reformat.* & docet *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. q. 5. num. 21. Gonsal. ad reg. 8. Cancell. Glos. 6. n. 138. Garc. de benefic. lib. 9. c. 2. nu. 256. Ricc. in Prax. resol. 357. n. 2. Barbos. de potest. Paroch. c. 2. n. 130. Viuian. in Prax. iur. patron. lib. 10. c. 1. n. 59. in vul. impress. & ego dixi arb. praced.* ac etiam declarauit Sacra Congregatio Cardinalium teste *Io. Sotealli super Conc. Trid. dict. c 18. n. 34.* & docet etiã *Barbos. de remiss. Doctor. super dict. c. 18. Concilij*
41 *n. 34.*

Intellige hanc ampliationem procedere quando inter plures præsẽtatos omnes æqualibus vocibus gaudent; sed si aliquis plures voces haberet is solus esset examinandus, & idoneus repertus instituendus. dixi *Arb. praced. n. 145.* & docet *Garc. de benefic. dict. c. 2. nu. 257.* & decisum refert *Barbos. de potest. Paroch. dict. c. 2. n. 130. in Rot. coram Buratto inter eius decis. impressas decis. 952. n. 2.* Quod non
42 † procedit si is examini, & concursui cum ceteris nominatis se etiam subijceret, quia tunc sibi præiudicium inferret, cum faceret se eis parem. *Salgad. de Reg. protect. tom. 1. q. 3. c. 9. n. 128. Beltramin. in annot. ad decis. 494. Greg. 15. n. 4. & Barbos. dict. c. 2. num. 130. in fine.*

43 Sexto Amplia. procedere in beneficio Parochiali iuris patronatus laicorum, quando tamen Ecclesia fuit vnita beneficio libero nempe canonicatui. *Rot. in Recentior. apud Farinac. decis. 579. num. 4. p. 2.*

44 Septimo Amplia procedere (sed de iure communi) in institutione iuris patronatus etiã simplicis beneficij, quia tunc etiam requireretur proposito edicti, alias institutio esset nulla *fin. de election. in 6.* quod non haberet locum in collatione *Bellarm. super Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. in obser. Doctrina. verb. per Edictum. Vide n. 621*

45 Octauo Amplia procedere quando scilicet vacat beneficium Parochiale permutationis causa quando tamen permutatio fieret de curato cum simplici beneficio, vel cum alia Parochiali vbi maior exigeretur industria, tunc enim debet fieri examen per concursum vt colligitur ex Concilio Trid. & tenet *Ricc. in sua prax. resol. 356. circa fin. ex Lessio de Iustit. & iur. tit. de beneficijs lib. 2. c. 34. dubit. 16. n. 85.*

46 Contrarium quod imo in permutationibus quæ fiunt de beneficio simplici, & curato licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est. In permutationibus autem Parochialium non requiritur examen. Sed si adsit magna inæqualitas numeri Parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati eo tempore, quo Parochiales adepti sunt, tunc eos examinandos esse, sed absque concursu. Sic decisum fuisse per Sacram Cardinalium Congregationem referunt *Garc. de benefic. p. 9. c. 2. num. 165. & alij per Barbos. de remiss. doctor. super Concil: Trident: dict. c. 18. numer. 4. fol. 129. Io: Sotealli super dicto Concil. Trident dict. c. 18. sub verb. ab eius Vicario Generali nu. 16. verf. in permutatione fol. 505.*

47 Nono procedit in Vicarijs curatis perpetuis *Rot. Rom. in recentior. apud Farinac. decis. 153. n. 8. p. 2.*

48 Decimo Amplia procedere in Capellania pro coadiutoria Parochiali sita, in ea enim conferenda seruari debet hoc decretum per concursum vt fuit per Sacram Congregat. declaratum. refert. Ioan: Sotealli super dict: c. 18. *Concilij verb. cum Parochialis Ecclesiæ vacatio num. 1. verf. si fuerit Capellania fol. 499.*

49 Vndecimo Amplia: procedere quo ad Parochiales litigiosas;
50 quando † in illis Summus Pontifex noluerit collitigantem subrogare, vel ius demortui in alium trasferre. Nisi cõstet sanctitatem suam voluisse dicto Concilij decreto derogare. *Garc. de benefic. p. 9. c. 2. num. 170. Barb. de remiss. doctor. super dict. c. 18. Concilij num. 10.* qui dicit videndum esse *Gonsal. ad reg. 8. Cancell. Glos. 6. n. 142.*

51 Hic scias quod Sacra Congregatio censuit Episcopum posse occurrente vacatione beneficij curati admictere ad concursum possidentem aliud beneficium curatum
52 vt *dicam num. 54.* sed † non
53 sine concursu. Et si † obtinuerit beneficium per adoptam possessionem pacificam alterius curati, poterit Episcopus iterum proponere edicta pro concursu faciendo pro primo illius beneficio curato. Sub die 14. Iulij 1594. teste *Bellarm. super Conc. Trident. dict. c. 18 in resolutionibus Sacræ Congregat. versic. item censuit Episcopum il 2.* Nec potest † impediri habens Parochiam quin concurrat ad aliam Parochiam, vt decla-

declarauit Sacra Card. Congreg. quam refert *Bellarm. loc. cit. in declarationibus Sacra Congreg* ibi *Item facto Editto si quis habens Parochiam vult concurrere debet admicti fol.* 432.

55 Duo decimo Amplia procedere quando ius patronatus esset dubiũ declarauit enim Sacra Congegatio dictum decretum procedere quando ius patronatus esset dubiũ per hæc verba *Item quando ius patronatus est dubium Episcopus potest facere concursum, & mictere Idoneum ad Papam ex Bellarm. loc. cit. vers. fin. fol.* 433. *vbi dictam refert declarationem.*

Prædictam regulam conferendi beneficiũ Parochiale præuio examine per concursum ex decreto *dicti c.* 18. *S. C. T. sess.* 24. *de reform.* multipliciter etiam limitare poteris.

56 Primo in quam limita in vacatione Parochialium quæ sunt iuris patronatus laicorum quia tunc examen per concursum fieri non debet, sed sufficit præsentatum à Patrono examinari ab examinatoribus Synodalibus, Idoneumq; iudicari sic statuit Concilium Tridentinum dict. c. 18. sess. 24. de reformat. & declarauit Sacra Congregatio Cardinalium quam refert *Bellarm. super dicto c.* 18. ibi *Item si vacat Parochia iuris patronatus laicorum non fit concursus, Sed Patronus præsentet vnus fol.* 433. refert hoc etiá *Ricc. in Prax. resol.* 357. Idem dicit *Paris. de resignat. benefic. lib.* 8. *q.* 9. *nu.* 171. ait etiam *Zerol. in Prax Episc. p.* 1. *verb. Parochia* §. 7. *Franc. Leo* Idem docet *in Thesaur. for. Eccl. p.* 2. *c* 3. *num.* 3. docuerunt, & *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg.* 60. *n.* 18. & *Rot. Romana in recentior. decis.* 579. *n.* 4. *p.* 2. *Barbos. etiam in tract. de offic. & potest. Paroch. cap.* 2. *num.* 129. vbi *num.* 130. sub

57 limitat † hoc non procedere quãdo plures præsentati essent quia tunc inter eos tantum fit examen per concursum vt dixi *supra Ampliat. quinta.*

58 Secundo limita non procedere hoc decretum in permutatione beneficiorum Vide quæ dixi supra *Ampliat.* 8. & *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 60. *n.* 23. *p.* 3.

59 Tertio limita non procedere si beneficium curatum vacauerit per resignationem factam in manibus Pontificis ad fauorem certæ personæ, quia huiusmodi resignatio nõ inducit propriam vacationem *Card. Puteus decis.* 357. *nu.* 1. *vol.* 1. & *in decis.* 314. *nu.* 2. *lib.* 2. Et consequenter dispositio concilij per concursum

in ea locum non habet, Sed
60 resignatarius † a Papa prouisus, vel obtinens mandatum de prouidendo in forma dignum solum examinari debet absque concursu *Rot. decis. 54. de conceß. praebend. in antiquis Gratian. decis. Rota*
61 *Marchia* 158. Et hoc † examen poterit delegari iuxta terminos *decisionis dictae Rota Romana* 18. *de conceß. praben. in nouis*. Et si delegatus inuenerit esse Idoneum approbare debet, vt pluries censuisse Sacram Congreg. Cardinal. refert *Ricc. in prax. resol.* 351. *Barbos.* idem tenet *de potest. Episc. alleg.* 60. *nu.* 21. non obstantibus illis verbis concilij (*per resignationem etiam in Curia*) quia intelliguntur de resignatione simpliciter facta & non de ea, quae fit in fauorem. Ita intelligunt *Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. Glos.* 6. *n* 122. *& seqq; Maresc. var. resol lib.* 1. *cap.* 52. *n.* 6. *Barbos. dicta alleg.* 60 *n.* 22. *Ricc. in prax. resol.* 351. *vers. amplia quinto & Vgolin. de offic. & potest. Episcop. cap.* 50. §. 3. *vers. secundo.*
62 Quarto limita in beneficio simplici quia tunc sufficit quod conferatur Idoneo absq; concursu colligitur *ex decreto S. C. T. seß.* 7. *c.* 13. *de reform. & seß.* 22. *c.* 4. *in fine* sic tenuisse Rot. Rom. refert *Ricc. in prax. resol.* 351. quicquid sit de iure communi de quo dixi *supra n.* 44.
63 Quinto limita in Ecclesia Parochiali vnita dignitati vel canonicatui *Ricc. in prax. resol.* 354. *nu.* 2. & latiùs *resol.* 381. *Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. Glos.* 5. §. 7. *n.* 2. sic tenuisse Rot. refert *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg.* 60. *n.* 26. *p.* 3. vbi assignat rationem. ac fuit per Sacram Congregationem Cardinalium declaratum vt testatur *Bellarm. super Concil. Trid. s. ß.* 24. *cap.* 18. ibi *item concursus non est necessarius pro dignitate cui perpetuo, & accessoria est vnita Parochia fol. mihi* 431.
64 Sexto limita, quando cura animarum exercetur in Ecclesia collegiata per Canonicos vel Hebdomodarios *Vgol. de offic. & pot. Episc. c.* 50. §. 3. *in fin. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 94. *Gonzal. in dict. reg.* 8 *Cancell. Glos.* 6. *nu.* 158. *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg.* 60 *n.* 30. *Ricc. resol.* 358. *vers quarto.*
65 Septimo limita in beneficio curato quod vere est dignitas. *Barbos. dict. alleg.* 60. *num.* 28.
66 Octauo limita in beneficijs regularibus quae regularibus conferri consueuerunt, quia per concursum non conferunt. decisum referunt *Gonzal. dict.*

dict. Glos. 6. n. 162. Garc. dict. c. 2. n. 197. & alij per *Barbos. dict. alleg. 60. num. 33.* tenet etiam *Ricc. in prax. resol. 358. n. 1.* & declarauit Sacra Congregatio Card. teste *Bellarm. super Conc. Trid. dict. c. 18. ibi Item beneficia regularia solita dari regularibus non dantur per concursum fol. 433.* Idem est in Monasterio habente curã animarum si solet dari in commendam secularibus, non datur per concursum ex declaratione Sacræ Congreg. eiusdem relata per *Bellarm. loc. præcit. col. penul. vers. item Monasterium.*

67 Nono limita non procedere in parochcialibus quas quis acquirit per regressum *Garc. de benefic. dict. c. 2. num. 168. Barbos. dict. alleg. 60. nu. 35.* vbi intelligendum esse, aduertunt, si eam possederit, & referunt deuisum.

68 Decimo limita in beneficio litigioso si alter ex litigantibus decedat. *Flamin. de resignat. lib. 2. q. 3. num. 97. Gonzal. dicta Glos. 6. à n. 142. Barbos. dict. alleg. 60. nu. 37.* Sed intellige vt dixi supra ampl. vndecima quibus addo *Barbos. loc. hic citato.*

69 Vndecimo limita non procedere; quando approbatus per concursum, & electus nõ vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio de tempore prouisionis reseruatur, tunc ipso sic recusante Papa solet beneficium alteri conferre absque cõcursu præuio tantum examine simplici ad curam animarum cum expressa vel tacita derogatione dicti Concilij propter decretum irritans. *Rot. Rom. decis. 48. p. 1. diuers.* quam citat *Ricc. resol. 359 & Barbos. dict. alleg. 60. n. 39.*

70 Duodecimo limita quando est factus concursus, & nullus est inuentus idoneus, quia tunc datur Ecclesiæ sine concursu præuio examine sic declarauit sacra Card. Cong. vt refert *Bellarm. super conci Trid. dict. c. 18. vers. Item quando est factus concursus, & nullus est inuentus idoneus, tamen datur Ecclesia sine concursu præuio examine.* Sed † existi-

71 mo hoc casu Episcopum secundum preponere debere edictum, quo elapso, & nullo comparente, aut idoneo reperto, tunc rectè electio facto examine absque cõcursu poterit fieri. *Garc. dict. c. 2. p. 9. nu. 218. Barbos. de offic. & potest. Paroch. cap. 2. nu. 51. vbi alios citat.*

72 Sed si non inueniretur, qui velit Parochiam ob tenuitatem, vel aliam causam, curare debet Episcopus vt mercenarij, diarij, vel hebdomadarij, seu vicini Parochi curent ani-

animas, donec aliquis inueniatur. ex declaratione Sacræ Card. Congreg. quam refert Idem *Bellarm. loco citato vers. Item si non inuenitur. Quo casu*
37 *poterit examen* † *per concursum omitti. Ricc. in prax. resol.* 358. *in fine ex conc. Trid. dict. cap.* 18. §. *si tamen.*

74 Decimo tertio limita decretum per concursum non procedere in Vicarijs curatis non perpetuis *Garc. de benefic. p.* 9. *c.* 2. *num.* 298. *Ricc. resol.*
75 358. *vers. secundo cessat.* Et Vide *Barbos. de offic. & potest. Episc. dict. alleg.* 60. *& Vgolin. eod. tract. c.* 50. §. 3. vbi alias referunt limitationes.

His sic benè intellectis sciri oportet quod elapso termino edicti poterit per Episcopum nempe coram eo per examinatores inchoari exa-
76 men. † Sed aduerte quod interuenire debent ad minus tres examinatores in Synodo Diœcesana deputati ex dispositione dicti *Sacri Conc. Trid. dict. c.* 18. ibi *tres eligat*
77 *ex illis Episcopus.* Nec † possunt esse examinatores pauciores quam tres, etiam si Parochia sit modici valoris vt declaratum fuit per Sacr. Card. Cógreg. his verbis. *Item tres examinatores sunt omnino adhibẽdi etiam in Parochia modici valoris.* quam declarationẽ refert *Bellarm. super dict. c.* 18. *concilij vers. item tres fol.* 432.
78 Quæ † dictio (*omnino* (habet præcisam naturam vt *in l. si cum exceptione* §. *sed si quis &* ibi *Glos. in verb. omnino ff. de eo quod met. caus. Glos. verb. omnino in cap. ex parte de offic. deleg. Glos. etiam in verb. omninò in cap. & si Christus de iure iur. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. Glos.* 6. *n.* 20. Quamobrem restrictionem aliquam non patitur, importatq; præcisam executionem *Menoch. cons.* 2. *n.* 256. *& Tiraq. in l. si vnquã verb. reuertatur num* 78. vbi subdit quod præcisè cogit ad factum, præcisamq; denotat necessitatẽ atque ita est præcisa vt habeat etiam vim decreti irritãtis. *Osasc. Pedamon. decis.* 165. *n.* 14. *Maresc. lib.* 2. *var. resol. c.* 29. *nu.* 11. & alij per *Barbo. de dictionibus dict. omninò qua est* 240. *a nu.* 12. *cũ seqq. & ad finem.* Ideo prouisio facta, præuio examine per duos examinatores facto, est ipso iure nulla vt mox dicam.

79 Et tunc omnes qui descripti fuerint ab examinatoribus Synodalibus examinãdi sunt
80 Qui † debent esse in Synodo Diœcesana deputati alias prouisio Parochialis facta ei qui non fuit examinatus, & approbatus ab examinatoribus in Synodo deputatis, sed ab alijs † quos Episcopus eligit est

est nulla, & beneficium vti reseruatum poterit impetrari. *ex Constit. Pij V. incip. in con-*
82 *ferendis*. Imo † si cum examinatoribus Synodalibus interuenerit alius Examinator in Synodo Diœcesana non deputatus, etiam prouisio erit nulla. *Garc. de benefic. lib. 9. q. 2. nu. 83. & 324. & 341.* & refert pluries decisum in Rota. *Barbos. de offic. & potest. Paroch. c. 2. nu. 71.* vbi alios
83 citat, & dicit † quod hæc negatiua, quod quis non esset Examinator Synodalis debet plenè, & concludenter probari à negante vti fundamen-
84 tum suæ intentionis. Nec † sufficit quod in registris Curiæ Episcopalis non reperiatur nominatus, nec in Synodo descriptus ille quem prætenditur Examinatorem Sy-
85 nodalem non esse. Quia † possibile esset, quod in Synodo Examinator deputatus fuerit ab Episcopo, & descriptus non fuisset. *Rot. Rom. decis. 323. n. 4. vers. vltra quod par. in recent.*

86 Possent tamen esse plures quam tres nempè quatuor, quinque, & sex vt resolutum fuit in Sacra Congreg. Cardinalium teste *Garc. de benefic. p. 5. c. 9. nu. 52.* & alij per *Barbos. de potest. Paroch. dicto c. 2. nu. 52.* Totque esse possent Examinatores Synoda-
87 les: Quia † in Synodo eligi debent ad minus sex. Quorũ
88 † officium etiam post annum suæ electionis non expirat *Garc. dict. cap. 2. n. 79. Barbos. dict. c. 2. n. 54.* sed vide *infra n. 91.* Imo durat donec fiat Synodus vt declaratum etiam fuit per sacram Congreg. his verbis *Item si Synodus non fiat singulis annis examinatores semel electi durent donec fiat Synodus.* quam declarat refert. *Bellarm. super dict. c. 18. Concilij fol. 432.*

89 Sed mortuo altero ex examinatoribus Episcopus non poterit alium in illius locum subrogare ex declaratione sacræ Congreg. relat. ab eodem
90 *Bellarm. loco vt vers. Item Episcopus qui non est in Synodo, sed ipse constituit examinatores nulliter conferat Parochias etiã si examinatores fuissent mortui, vel Synodus non posse fieri, & sic prouisi iterum eant in concursum, vel recurrant ad sedem Apostolicam.* Vide infra *n. 92.*

91 Et si mortuus fuerit intra annum suæ electionis totam facultatem examinandi vna cum Episcopo ad superstites etiam si tantum superesset vnus, spectare debet eo anno durante, sed in locum mortuorũ alij cum approbatione capituli eligendi sunt ita. *Garc. de benefic. lib. 9. q. 2. n. 8. Salgad. de protect. Reg. cap. 9. nu. 70.*

n. 70. cum seq. Massobr. in prax. requis. 12. dub. 2. Barbos. de potest. Paroch. cap. 2. n. 17.

Si vero omnes decederet examinatores vel in longinquas partes recederent dicit idem *Barbos. num.* 18. quod Episcopus intra annum ad celebrandum Synodum, ex antiquis qui fuerint, sex non paucio res subrogare debet, & si non erunt tot antiquis eligere poterunt illi, qui extabunt, & alios supplere de nouo approbatos à capitulo vsq; ad sex, quod si nulli antiqui extiterint, nouos tunc à capitulo probandos nõ pauciores sex deputare debet vsque ad futuram Synodum in fine anni à postrema Synodo celebrandam. vt à sacra Congregatione Cardinalium decisum fuisse referunt *Garc. dict. c. 2. n. 73. Maresc. var. lib. 1. c. 32.* & censuisse Rotã Roman. refert *Barbos. de offic. & potest. Paroch. dict. c. 2. nu. 58.* coram *Buratto inter impressas decis. 372. & 479. nu. 2.* subdit *Clementem VIII.* speciali constitutione concessisse Episcopis facultatem deputandi examinatores extra Synodũ, deficiẽtibus vel impeditis Synodalibus dummodo infra annum à Synodo celebra, & decreuisse quod statim elapso anno talis facultas, & eorum authoritas expirat.

92 Iuxta hoc vltimum intelligenda est *declaratio sacræ Congreg. superius relata vers. & mortuo n. 89. & 90.* relata per *Bellarm.* quod scilicet locum habet si alter ex examinatoribus Synodalibus mortuus fuerit post annum suæ electionis vt clariùs fuit declaratum per eamdem sacrã Congregationem de anno 1617. his verbis *Item censuit anno deputationis elapso dictorũ examinatorum non esse Episcopo permissum ijsdem absentibus vel alias legitimè impeditis alios in eorum locum subrogare* quam refert cum alijs declarationibus *Barbos. de potest. Paroch. dict. c. 2. num. 62. cum seqq.* secus vero erit si infra annum mortuus sit quia tunc posset absq; Synodo Episcopus aliũ in locum demortui subrogare *ex dict. constit. Clem. VIII.*

93 At Vicarius capituli Sede vacante licet possit facere ea omnia quæ ex *dicto cap. 18. S. C. T.* spectant ad Episcopum, nec requiritur consensus capituli. ex declaratione sacræ Cardin. Congreg. per hæc verba *Item Sede vacante Vicarius capituli faciat ea omnia quæ ex hoc capitulo spectant ad Episcopum, nec requiritur consensus capituli ad deputandum Vicarium, & ad ponenda Edicta cõcursus.*

Nihilominus Vicarius capituli

pituli sede Episcopale vacante in locum examinatorum absentium vel defunctorũ, alios authoritate propria sufficere
94 non potest. Sed † curare debet vt elapso anno alij in locũ demortuorum sufficiãtur seu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non habeantur, qui supererunt. vt decisum testatur. *Sbozz. in add. ad tract. de offic. Vicar. lib. 2. q. nu.* quẽ sequitur *Barbos. de offic. Paroch. c. 2. n. 70.*
95 Peracto itaque examine examinatores ex communi sententia eos denunciare debent Episcopo quos idoneos reperirent vt referunt decisũ *Garc. dict. c. 2. num. 140. &*
96 *Salgad. dict. c. 9. nu. 79.* † Et illi possunt remictere ad ordinarium, quia cumulatiuè, & non priuatiuè in *dicto c. 18. Concilij* est attributa iuris dictio. vt censuit *Rot. decis. 647. n. 1. in 1. collect. nouiss.* aliàs *p. 4. diuers.* quam refert *Barbos. de potest. Parochi dicto c. 2. n. 84.* Et probatur ex verbis Concilij ibi *examinentur ab Episcopo siue eo impedito ab eius Vicario Generali atque ab alijs examinatoribus non paucioribus quam tribus.* super quibus verbis dicit *Bellarm. loc. cit.* quod videtur
97 † ex his verbis, Episcopũ fungi posse duplici officio, vno vt ipse sit vnus ex examinatoribus, & vt possit accedere, si vota sint paria, vel singularia, quod est alterum officiũ, Sed Congregatio censuit (vt ipse testatur) examen fieri debere
98 † coram Episcopo vel eius Vicario absque ipsorum voto decisiuo: & tantum eos posse accedere vbi vota sint paria, vel singularia Ideo possunt
99 examinatores † esse plures quam tres, quia si examinatores non sint plures quã tres, non videtur posse dari casus in quo vota sunt paria. Et su-
100 per † illis verbis Cõcilij (*quorum votis*) idem *Bellarm.* dicit quod si vnus in eadem causa fuerat approbatus a tribus, alter à duobus examinatoribus, & sic à maiori parte quæsitum quis præferatur? dicit respõsum fuisse quod vterque est pariter approbatus quia quod à maiori parte fuit, censetur factum ab omnibus *l. quod maior ad Municipal.* Et
101 † hoc casu benè Episcopus cui vult accedere poterit, quia electio horum approbatorum pertinet ad Episcopum. Secundum *Bellarm. loc. cit.* Et
102 ratio † esse potest quia data in cæteris paritate, potest Episcopus gratificari. *Lambert p. 3. lib. 2. q. 5. art. 21. in fin. vers. alias fit declaratio* & decisum refert in Rota *Barbos. de potest. Paroch. dict. c. 2. nu.*
103 89. vbi cum non nullus numeris seqq. habes materiam

Ddd hu-

huiusmodi electionis, quando scilicet possit eligi dignus, omisso digniori plenius pertractat.

104 Nota illa verba concilij nempe (omnes qui descripti fuerint examinentur.) & scias quod si concurrentes descripti sint plures, omnes sunt ex-

105 pectandi, alioquin † vitiabitur concursus si ex pluribus descriptis vnus aut nō omnes examinentur, & eis non expectatis claudatur concursus. *Garc. de benefic. dict. c. 2. n. nu. 53. Seraphin. decis.* 1148. *nu.* 5. *Barbos. de potest. Paroch. dict. c.* 2. *n.* 46.

106 Ideo solet fieri secundum Edictum, non ad concursum notificatorium, sed per illud assignabitur dies quo examen prædictum faciendum erit. In Edicto enim faciendo pro cōcursu necessario, apponendus dies, vt sciri possit an intra terminum quis examinatus fuerit: Terminus autem quē mandat concilium præfigi fit ad conuocandum eos, qui cōcurrere voluerint, & eo transacto non prius debeant examinari, vt per *Seraph. decis.* 26. *lib.* 5. vbi ait quod illa est forma, non ad officium, sed præcisa vt fuit in Rot. decisum testatur. *Bellarm. super concil. Trid. dict. c.* 18. *de reform. in addit. verb. examinentur ab Episcopo fol.* 438. qui rationē assignat dicens ne per præuentionem vnius alij supplantentur.

107 Quo casu, facto dicto Edicto, vno tantum comparente ex pluribus descriptis poterit fieri concursus, nec opus erit vt proponatur aliud Edictum *Garc. dict. c.* 2. *n.* 215. *Barb.*

108 *dict. c.* 2. *n.* 49. Nam verba † Concilij intelliguntur quatenus ad examen veniant, alias in potestate vnius esset nolle venire, impedireque ne vlterius procederetur, quod dici non potest ex declaratione Sacræ Card. Congr. relat. per *Io: Sotealli super eod c.* 18. *Concilij vers. penul. fol.* 509.

109 Prout si vnus tātum se describi fecerit nec alij compararent oppositores ad se describi faciendum, fieri quoque poterit concursus, nec opus erit alio Edicto, aut termini prorogatione. Secundū *Barbos. de offic. & pot. Paroch. dict. c.* 2. *& de pot. Epis. alleg.* 60. *n.* 51. *Vgolin. de offic. & potest. Episc. c.* 30. §. 10. *nu.* 4. *Garc. de benefic. lib.* 9. *dict. c.* 2. *n.* 215. *& alij per eos.*

110 Denique examine iam perfecto iuxta formam Concilij Trid. electione per Episcopū de magis idoneo facta, si Parochialis vacauit in mense ordinarij debet ipse infra sex mensium spatium à die vacationis eiusdem prouisionis, &

& collationis huiusmodi patentes literas conficere, (quas nos bullas vocamus) quarum formulam tradit *Barbos. in tract. de offic. & pot. Parochi in Calce c.* 2. Si vero eius collatio Summo Pontifici, & Sanctæ Sedi Apostolicæ generaliter vel specialiter, & ex quauis causa reseruata, seu affecta existit, aut aliàs ex indulto Sedis Apostolicæ competit tenetur Episcopus personam per examen, concursu habito iuxta dictum decretum Concilij, approbatam, & magis idoneam electá summo Pontifici, aut ijs ad quod collatio spectabit pro collatione obtinēda inter quatuor mensium spatium à die illius vacationis significare vt clarè disponitur ex *constit. Pij V. incip. in conferendis.* Cuius significationis formam habes apud dictum *Barbos. loc. pracit.* Itaut si infra dictum terminum approbatam personam, & magis idoneam nō elegerit aut electam vt supra non significauerit omnimoda eius dispositio ipsi Summo Pontifici, & Sedi Apostolicæ seruetur vt in dicta *Pij V.* latius continetur & refert *Barbos. dict. c.* 2. *num.* 150.

111 Si vero Episcopus elegerit minus habilem omissis idoneis ab ista mala electione poterit magis idoneus appel- 112 lare, ex dicta *constit. Pij V.* † sed non datur appellatio à reprobatione examinatorum ex dicto *decreto sacri Concilij Tridentini sess.* 24. *de reformat. cap.* 18. & declarauit sacra Cardinalium Cōgregatio his verbis *Item non datur appellatio à reprobatione examinatorū, sed à mala electione Episcopi ex Bulla Pij V.* quam declarationem refert *Bellarm. super dicto Concil. Trid. dict. cap.* 18. *vers. item non datur fol.* 433. docent etiam *Vgolin. de potest. Episcopi dict. c.* 50. §. 13. *n.* 1. *Campan. in diuers. iur. canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 75. vbi etiam dicit quod hoc casu superior si per examen digniorem inuenerit appellantem, prouisionem cessabit, & potest appellans præelectum prouocare ad nouum examen, & si ipse in eo magis idoneus repertus fuerit reuocata prima electione ipse Parochialem obtinebit vt decisum fuisse in Rota testatur. *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 60. *n.* 104. Constito tamen de iudicio seu electione irrationabile Episcopi liquidò, & euidenter. Rota, & alij citati per *Barbos. loc pracit.* & *Rot. coram Ludouis. apud Oliuerium decis.* 538. *n.* 6. *Rot. in recentior. decis.* 40. *nu.* 1. *p.* 1. Et quod non datur appellatio à reprobatione examinatorū etiam quo ad effectum deuo-

lutiuum docuit ex declaratione sacræ Cardinalium Congregationis *Garc. de benefic. lib. 9. c. 2. nu.* 240. sed vide infra circa finem *n. fin.*

113 Hæc appellatio (de qua sub n. præcedenti diximus dari ab electione Episcopi) admittitur solū quo ad effectum deuolutiuum non autē, quo ad suspensiuum vt disponit dicta *Constit. Pij V. vers. hac tamen.* & dicit *Garc. de benefic. lib. 9. c. 2. num.* 246. Quod intellige respectu appellationis interpositæ ab electione ordinarij, secus autem respectu appellationis à sententia Metropolitani seu alterius iudicis appellationis reuocatoria præ electionis Ordinarij *Rot. decis.* 537. *per tot. in recentior. p.* 1. vbi perbelle ad interpetrationem dictæ *constit. Pii V.* plura notantur tenuit etiam *Rota cum Ludouis. apud Oliuer. dict. decis.* 538 *n.* 7. *&* 8.

Extende dari appellationē etiam quoad vtrumq; effectū ab institutione in beneficio iuris Patronatus decisum fuit in *Rota in recentior decis.* 598. *nu.* 3. *p.* 1 *apud Farinac. vbi constit. Pii V.* non habet locū vt declarauit plura Congreg. teste *Bellarm. in dict. c.* 18. *Concilii vers. item constitutio fol.* 433.

Sed non obstat *decis. Rota corā Ludouis. apud Oliuer.* 538 *per totam* vbi determinari videtur, quod a relatione examinatorum datur appellatio etiam quo ad effectum suspensiuum. Idem videtur censuisse Rot. apud eumdem *Oliuer. decis* 515. *& decis.* 527. Idem in *eadem Rot. in recentior. apud Farinac. decis.* 351. *p.* 1. Nam respondetur dictas decisiones circa appellationē à relatione examinatorum procedere in beneficijs simplicibus patrimonialibus, quæ vigore alicuius constitutionis particularis prouidetur per concursum prout beneficia Diæcesis Calaguritanæ non autem habet locum in beneficijs Parochialibus in terminis *S. C. T. sess.* 24. *dict. c.* 18. *de reformat.* Ita *Rota decis.* 10. *p.* 2. perbellè declarat *Gonsal. ad reg.* 8. *Cancell. in annot. super n.* 133. *in fin. & nu.* 134. *Garc. de benefic. p.* 9. *c.* 2. *nu.* 242. *& seqq.* optimè dictus *Oliuer. decis. Rot. coram Ludouis. decis.* 515. *in anno n.* 4.

Et pro coronide præsentis Arb. intellige quæ diximus supra in fine præcedentis *n.* 112. vers. Et quod non datur appellatio, scilicet non dari appellationem etiam quoad effectum deuolutiuum. sacrā Congregationem contrariū declarasse videri per sequentem declarationem in vna Vrbi-

Vrbinaten. 4. Maij 1593. quæ sic ait *Congregatio concilii censuit, à reprobatione examinatorum dari appellationem ad effectum deuolutiuum à die scientiæ.* Idem videtur declaratũ fuisse ab ead. Cardinalium Congregatione die 7. Augusti 1600. quæ dicit *Congregatio Concilii censuit à reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad Parochialem Ecclesiam vacantem minus idoneum renuntiarunt dari appellationem ad effectum deuolutiuũ non autem suspensiuum.* quas declarationes refert *Garc. de benefic. in addit. ad dictum lib. 9. c. 2. ad n. 255.*

Cum quo responde istas declarationes non esse contrarias declarationi superius in fine *nu. præced.* ex dicto *Garc. dict. c. 2. nu. 240. relatæ* nam dicta declaratio, quæ non dari appellationem etiam quoad effectum deuolutiuum dispofuit à reprobatione examinatorum intelligitur ad effectũ infringendi electionem, & prouisionem Episcopi, & vt sibi Parochialis conferatur, ad quem effectum non datur appellatio etiam quo ad effectũ deuolutiuum a reprobatione examinatorum vt colligitur *ex Concil. dict. c. 18. & constit. Pii V.*

Iste vero declarationes quæ dicunt appellationem deuolutiuam à reprobatione examinatorum, intelliguntur ad effectum, vt reprobatus declaretur Idoneus ad Parochialem, & auferatur nota seu infamia ex reprobatione illicita. Pro qua intelligentia (ait dictus *Garc. loc. præcit.*) & concordias facit declaratio relata per *Genuen. in prax. cap. 66. in annot. nu. 10.* qui dicit quod *sacra Congregatio Concilii censuit reprobato ab examinatoribus non dari appellationem ab electione Episcopi qui elegit approbatum ab examinatoribus, sed à reprobatione examinatorũ ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum.*

Et ista appellatio videtur ad Episcopum interponi posse qui est superior examinatoribus, à quibus appellatur, & cum alijs examinatoribus Synodalibus eum examinet &c. Nisi quando reprobatio ex voto Episcopi facta sit, quia vota examinatorum erant paria, aut singularia, & Episcopus reprobantibus accessit. *iuxta Concil. dict. cap. 18.* tunc enim cum appelletur etiam ab ipso Episcopo appellandũ erit ad superiorem. sic doctè discurrit *Garc. in addit. de benefic. ad lib. 9. cap. 2. ad num. 145. per totum.* Et hæc sufficiant circa materiam.

SVM-

SVMMARIVM ARB. XXVIII.

FRaudes quæ committebantur ob resignationes beneficiorum n. 1. Possessor censetur Dominus ibid.

Causæ ex quibus fuit inuenta beneficiorum resignatorum publicatio quæ n. 2.

Beneficia resignata publicari debent n. 3.

Resignatarii beneficiorum publicare tenentur ibid. Amplia n. 5. 6.

Beneficium omne etiam simplex si resignatum erit publicari debet n. 4.

Amplia n. 7.

Item Amplia n. 8.

Item Amplia n. 9.

Beneficia duo permutata ambo publicari debent n. 10.

Item Amplia n. 11.

Item Amplia n. 12.

Item Amplia n. 15.

Item Amplia n. 14.

Item Amplia n. 15.

Item Amplia n. 16.

Item Amplia n. 17.

Publicatio quo loco fieri debeat n. 18. & 19.

Publicatio fieri debet diebus feriatis sex quando frequens Populus ad Missarum solemnia conuenerit n. 20.

Publicatio quomodo fiat n. 21.

Publicationis instrumentum per Notarium actorum fieri debet num. 22.

Forma huiusmodi instrumenti remissiuè ibid.

Publicatio infra quem terminum fieri debeat n. 23. & quid hodie n. 24.

Et n. 25. & n. 26.

Hoc tempus currit a die datæ, seu concessionis gratiæ ibid.

Resignatio est nulla non facta publicatione n. 27.

Amplia etiam si resignatio fuisset publicata sed non seruata forma ex constit. Pii V. & Greg. VIII. præscripta n. 28.

Cui incumbat onus probandi publicationem non fuisse factam num. 29.

Probandi onus resignationem esse validam, & publicatam cui incumbat n. 30.

Gratia ad beneficium obtentam ob non publicationem quomodo iustificetur. n. 31.

Negatiua quod scilicet resignatio non fuit publicata non probatur ex confessione resignatarii num. 32.

Et quare num. eod.

Negatiua prædicta non probatur ex collatione facta resignatario post tempus ad publicandū num. 33.

Et quare ibid.

Nec probatur publicatio nulla seu inualida ex quo fuit facta extra tempus n. 34.

Et quare ibid.

Beneficium vacans ob non publicationem resignationis impetrari

trari potest num. 35.
Possessor. beneficij vocari debet in executione gratiæ certo modo obtentæ ob non publicationē resignationis n. 36.
Amplia num. 37. & proceditur summariè num. 38.
De materia publicationis remissiue num. 39.
Impedimentum an, & quando excuset a publicatione non facta num. 40. remissiuè

ARBOR XXVIII.

DE TEMPORE INFRA QVOD PVBLICATIO resignationis beneficij fieri debeat. ad intellectum constit. Pij V. incip. Sanctissimus 182. & constit. Greg. XIII. incip. humano. 87.

1 MVltæ antiquitus committebantur fraudes circa resignationem, collationemque beneficij resignati Nimirum renunciantes, seu resignantes, in beneficijs, & dignitatibus vbi spiritualia sunt ministranda, in possessione manentes ministrabant fidelibus Sacramenta, vt veri Prælati cui obuiandum est ob magnum fidelium præiudicium, & scandalum quod generetur quia sine titulo intrusus sine titulo spiritualia ministrare nequit *vt not. DD. omnes in c. ex frequentibus de Instit. Abb. post. Innoc. in c. nihil col. penul. de elect.* Secunda erat fraus quia Parochiani, & alij contrahebant cum resignantibus in possessione beneficiorum resignatorum existentibus, tanquam cum veris prælatis, & sic decipiebantur in solutione decimarum, oblationem, & aliorum debitarum, & postea cogebantur eadem soluere veris Prælatis, quod quam sit iniustum, & damnosum colligitur ex *Bald. in. c. in literis col. penul. de restit. spoliat.*

Tertia fraus erat quod ordinarij ob mortem dictorum resignantium in possessione beneficijs adhuc existentium credentes beneficium vacare ob mortem possessoris.(Nam possessor censetur Dominus. *l. siue possidetis vbi Glos. (de probat.)* conferebant beneficium existimantes vacare, ex quo vna cum personis prouisis detecta renūciationes eluderentur. Et dabatur materia liti-

litigandi inter prouisos, & resignatarios, *Roman. conf.* 433. *nu.* 1. *Paris. de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 1. *n.* 24. *& seqq.*

1 Et Denique quia morte resignantis possessoris beneficij videbatur succedere resignatarius, & tamen successiones in beneficijs Ecclesiasticis prohibentur *c.* 1. *de praeben. c. ex trasmissa; c. ad decorem. c. ad abolendam. c. ad extirpandas de filijs praesbit.* & ex dispositione *S.C.T. sess.* 25. *de reform. c.* 7. & docet *Card. Paris. in cons.* 39. *vol.* 4.

2 Ea propter ob publicam vtilitatem fauore animarum vt tollantur occultæ, & simulatæ resignationis, & ne resignantes post admissam resignationem in graue animarũ periculum in beneficijs sic resignatis se intrudant fructus percipiendo, similiaque faciendo necessariam fuisse publicationis inuentionem huiusmodi vt obuiaretur fraudibus, & multis malis *Gamb. decis.* 47. *Caputaq; decis.* 215. *p.* 3. *Corn.* & alij per *Flamin. Paris. de resignat. lib* 11. *q.* 1. *n.* 1.

Causa igitur ob quam resignationes beneficiorũ sunt publicandæ fuit vt obuietur fraudibus, & multis malis vt expresse dicitur *in constit.* 182. *Pij V. incip. Sanctissimus & in constit.* 87. *Greg. VIII. incip. humano vix.*

3 Publicari itaque debent omnia beneficia resignata ex regulis *Innoc. VIII. Alex. VI: Pij III. Iulii II. Leon. X. Adria. VI. Clem. VII. Paul. III. Iulii III. Marcell. IX. Paul. IIII. Pii IIII. & Pii V.* Qui non contentus regulis predecessorum super hac re, neque sua Edidit. *constitutionem praedictã incip. Sanctissimus in Bullario in ord.* 182. Et denique *Greg. VIII.* omnes casus inclusit, & plura dubia orta declarauit *in extrauag. humano vix in ord.* 87. quas regulam, & constitutiones ad verbum refert *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.* 11. *in praefat.*

Et per consequens omnes resigatarij publicare tenentur firmant communiter Doctores, & probatur expresse ex verbis *dict. constit. Pii V. & constit. Greg. XIII.* hancque sententiam nullam pati difficultatem testatur *Flamin. de resignat. dicto lib.* 11. *q.* 4. *n.* 1.

4 Imo hæc publicatio non solum fieri debet de beneficio curato sed etiam de simplici resignato cum omne beneficium siue simplex, siue curatum publicandum est *Crescent. decis.* 57. *lib.* 2. *in Manuscriptis.* relatus per dictum *Paris. dict. lib.* 11. *q.* 3. *n.* 3. probatur etiam, vltra ex regula de publican. ex prædictis constit. *Pii. V. & Greg.*

Greg. VIII: vt ex earum lectura patescit Idemque *Paris. loc. cit. dicta q. 3. nu. 14. cum seqq.* dicit quod resignatio beneficij iuris patronatus facta de consensu Patroni est etiam publicanda, & contrarios reijcit, hanc multis rationibus defendens sententiã.

5 Omnesq; † resignatarij beneficia resignata publicare tenentur, etiam Minores. Quia *Constit. Greg. XIII.* loquitur verbis admodum prægnantibus, & generalibus, quæ omnes personæ includũt vt latè per *Crau. cons. 294. n. 1. & 2. & cons. 308. col. 4. 5. & 6. cons. 297. per totum.* Itaut tempus assignatum ad publicandum currat etiam Minori 14. annis cui collatũ est beneficium eo ignorante bene defendit *Paris. loco citato lib. 11. q. 4. a n. 35. cum seqq.*

6 *ubi nu.* 61. docet † quod non datur restitutio in integrum Minori resignatario qui dictã publicationem omiserit, nisi facto alterius fuerit impeditus vt non publicaret.

7 Amplia principalem conclusionem, quod scilicet omne beneficium resignatum publicari debeat procedere etiam si renunciatio beneficij facta sit extra Curiam coram locorum ordinarijs. *Rebuff. in prax. tit. regula de publican. Glos.* 2. probatur in *reg. Cancell. de publicandis* ibi *siue in Romana Curia siue extra.* Item probatur ex *constit. prædicta Pij V. §. quodquacũque* ibi *aut cuiusuis alterius etiam loci ordinarij.* Etiam si resignatio ipsa fuerit coram ordinario liberè facta quia ibi etiam locum habet *constit. Pii. V.* decisum fuisse *in Rot.* refert *Flamin. dict. lib. 11. q. 5. nu. 2.* Item etiam probatur ex dicta *constit. Greg. XIII. propè finem §. de beneficijs.*

8 Amplia. Secundo etiam si ordinarius resignationem admiserit, & summus Pontifex contulerit. probat *Flam. dict. q. 5. n. 10. cum seqq.*

9 Amplia. Tertio pcedere etiã si renũciatio facta sit ex causa pmutationis ex *cõst. prædict. Pij. V.* ibi *Et premissa omnia, & singula etiam in quibuslibet beneficijs, & cessiones præfatæ ex causa permutationis,* & ex *constit. Greg. VIII. superius citata* ibi *& quacumque resignationes etiam ex causa permutationis.*

10 Et scias quod quoties beneficia inuicem permutata sunt ambo publicari debent: & si vnum publicatur, & non aliud; non annullatur permutatio, sed collatio facta ei, qui non publicauit decisum in Rota refert *Flamin. dict. q. 5. n. 25.*

11 Amplia. Quarto procedere eti-

etiam si renuncians sibi fructus absque tamen denominatione reseruauerit de beneficio residentiam requirente vt pluries in Rota decisum refert Idem *Flam. dict. q. 5. n. 28. & Card. Paris. cons. 39. n. 32. & 33.*

12 Amplia. Quinto procedere etiam si beneficium residentiam non requireret, nec haberet denominationem, & reseruarentur fructus *ex Consti. Pij. V. & Grigor. XIII. superius citatis.*

13 Amplia. Sexto procedere etiam in beneficio concesso in commendam *ex dict. constit. Greg. XIII.* ibi *ex causa permutationis, ac commendarū.*

14 Amplia. Septimo procedere in beneficijs resignatione facta cum reseruatione pensionis, regressus, accessus &c. expresse disponitur ex dictis *constit. Pij V. & Greg. XIII.*

15 Amplia. Octauo procedere in resignatione facta in Curia etiam in fauorem eius qui gratiam in forma dignū obtinuit *in Rota* decisum fuisse testatur Idem *Flamin. dict. q. 5. n. 47.*

16 Amplia. Nono procedere etiam si resignatio facta sit ex quo resignans non vult amplius. & summus Pontifex, in cuius manibus fit renūciatio, aut ordinarius, si fiat coram eo conferat dictum beneficiū conclusum fuisse *in Rota* etiā testatur *Idem Flamin. dict. q. 5. n. 48. 49.*

17 Denique Amplia. Decimo procedere etiam si cessio iuris quod in beneficio cedens habet, fiat. Quia hæc cessio etiā debet publicari *Rebuff. in prax. tit. regul. de publican. Glos. 3. n. 11.* defendit etiam dict. *Flamin. dict. q. 5. nu. 52. cum seqq.* probatur etiam ex verbis dictarum constit. *Pii V.* ibi *quod quæcumque dictorum beneficiorum resignationes aut iurium cessiones* & *Greg. XIII.* ibi *Nec non litis, & iurium quorumcumque cessiones.*

18 Si scire cupis locum quo publicato ista fieri debeat dico publicationem fieri debere in loco beneficij licet resignatio fiat in Curia coram summo Pontifice *Abb. cons. 99. lib. 1. Roman. cons. 433. Flamin. de resignat. benefic. lib. 11. q. 6. n. 2. Corn. cons. 137. lib. 3. Rebuff. in prax. tit. regul. de publican. Glos. 9.* Nimirum

19 † in Ecclesia beneficij resignati vel Ecclesijs, si illud in pluribus sit ac etiā in Cathedrali ex dicta *cōstit. Greg. VIII. & Pii V.* docet etiam *Flamin. dict. q. 6. sub n. 6. cum seqq.*

20 Sed fieri debet in diebus festiuis, & solemnibus in Missa, & dum celebrantur alia diuina, & tempore prædicationis *Rebuff. loc. cit. dicta Glos.*

Glos. 9. in fin. Card. Paris. in cons. 39. num. 33. vol. 4. Put. decis. 349. lib. 1. & refert decisum *Flamin. de resignat. lib. 11. q. 6. n. 14.* Poterit etiam publicatio fieri post prandiũ de veriori in praxi recepta opinione refert *Flamin. dict. 6. n. 24.* qui dicit tutiùs esse illam facere inter Missarum solemnia. Et debet fieri diebus solemnibus, & festiuis qua his diebus frequens Populus ad Missarum solemnia conuenire solet vt dictat ead. constit. Greg. XIII. Ita tamen quod si costabit multitudinem Populi ad Diuina audienda conuenisse etiam diebus non festiuis publicatio facta valebit tenet *Flamin. dicta q. 6. n. 25. in praefato suo tract. de resignat. benefic.*

21 Hic aduerte quod pro publicatione literæ Apostolicæ exibendæ sunt, aut earum transumptum authenticum, quarum exemplum affigi debet in valuis Ecclesiæ, vbi debent remanere per aliquod temporis spatium, vnius sci-

22 licet diei. Et † de hac publicatione per notarium fit instrumentum, cum expressa mentione de affissione. *Caput. decis. 111. p. 1.* Nisi se referat ad cõstitutionem *Greg. VIII.* nempe si dixerit, legi, & publicaui iuxta forma constitutionis *Greg. VIII. &c.* firmat *min. de resignat. lib. 11. q. 6. a n. 28. praeci è sub n. 56. & nu. 58.* vbi sub num. 62. dat formam huiusmodi instrumenti à Notario faciendi quam habes hic in fine.

23 Tempus autem infra quod publicatio ista fieri debeat de iure Canonico nullum erat præfissum nec ad capiendam possessionem vt testatur *Abb. in cap. Capitulum col. penul. vers. his praemissis de rescript, & Nouar. in summ. Bullar. super dict. Bulla seu constitutione Greg. XIII. nu. 3.*

24 Vnde fuit facta *Reg. de publicandis* & *Pius V. ex dict. constit. incip. sanctissimus in ord. 181.* statuit quod hæc publicatio in resignationibus factis extra Curiam coram ordinarij fiat infra spatium vnius mensis, & tradit etiam *Port. Imol. in cons. 18. nu. 3. & 10.* sed in resignationibus quæ fiunt in Curia fiat per spatiũ, (seu melius) infra spatium sex mensium vt tradit etiam *Ferret. cons. 127. n. 8. & cons. 354. n. 8.*

25 Hodie vero ex constitut. *Greg. VIII. in ord. 87. incip. humano vix* sancitum est collationem beneficij resignati in manibus ordinarij esse faciendam infra mensem, & qui de eo prouisus fuerit à die sibi factæ prouisionis, illam publicet, & possessionem be-

neficij capiat infra tres menses (& sic debet publicare, & possessionem capere copulatiuè *Paris. de resignat. dict. lib.* 11. *q.* 2. *n.* 11.) Quibus elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censetur ipso iure Idem *Paris. dict. q.* 2. *n.* 10. & ad sanctam Sedem Apostolicam deuolutum existit Idem. *Paris. loc. cit. & q.* 8. *per totam* docet etiam *Nouar. in summ. bullar. super dict. Bulla Greg. XIII. de benefic. resign. possess. infra cert. tempus capienda nu.* 1. 2. *&* 3. vbi dicit quod hic mensis currit a die scientiæ factæ resignationis. Quia ignoranti non currit tempus *l. quamdiu C. qui admitt. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.* 11. *q* 4. *n.* 38. *& seqq.* Et voluit idem *Greg. XIII. ex dict. constit.* 87. *incip. humano.* quod in renunciationibus in Curia dantur sex mēses si beneficium existat citra montes, si vero extra montes, menses nouem à data concessionis gratiæ. *Nouar. loc. cit. & Paris. de resign. benefic. dicta q.* 2. *n. cum seqq.* vbi diffusius de materia, & precisè n. 16. ait hodie dictū tempus computari à die datæ vt disponitur *ex constit. Pauli III. Pij IIII. Pij V. & Greg.*
26 XIII.

In resignatione facta ad fauorem in manibus Sanctissimi alterum statuendum putauit Idem *Greg. VIII.* vt refert *Nouar. in summ. Bullar. super dicta bulla Greg. VIII. in n.* 3. nempe vt infra terminū sex mensium resignatarius non solum publicationem facere debeat sed etiam possessionem capere docet etiam *Boer. decis* 312. sed an requiratur actualis possessio infra dictum tempus, & quomodo vt satisfactum sit mensi huius prædictæ constitutionis Gregorianæ vide dictum *Nouar. loc. cit.* Qui quidem terminus currit à die datæ seu concessionis gratiæ prout tempus publicationis censuit. *Rot. Rom. diuers. decis.* 287. *p.* 2. & ita consulunt dictus *Nouar. loc. cit. nu.* 11. *& num.* 12. ait posse dictum terminum per Papam prorogari *Boer. decis.* 212.

27 Elapso tempore infra quod publicatio fieri debeat, & non fuisset facta, resignatio est nulla ex reg. Cācell. ibi *Nullius essent roboris vel momenti* ex *constit. Pij V.* ibi *nullas, & inualidas, nulliusque roboris vel momenti fore, & fuisse, & esse statuit, & ordinauit.* Et ex *constit. Greg. XIII.* §. *cæterum, & in* §. *quod si quidam* ibi *cum omnibus inde secutis seu de pacificis seu de litigiosis sint irrite, & inanes* dicit etiam expresè *Rebuff. in hac reg. col.* 14. *verb. nul-*

nullius, & ita practicari, & seruari ait *Flamin. de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 7. *n.* 1. Et beneficium vacare censetur ipso iure, & ad sedem Apostolicam deuolutum existit. *Flamin. dict. lib.* 11. *q.* 2. *nu.* 10. *&* *Nouar. loc. cit. n.* 1. 2. 3. Idem *Flamin. eod. lib.* 11. *q.* 8. *per*

28 *totam, & q.* 7. *nu.* 7. docet † quod si publicatio facta fuisset, sed non seruata forma dictæ *constit. Greg. XIII.* resignatio esset nulla, & beneficium tanquam de reseruatis vacaret vt probatur ex ipsa *constit. Greg. VIII. & Pij V.*

29 Sed cui incũbat onus probandi publicationem non fuisse factam? dic quod dicenti incumbit hoc onus vt *in Rota Romana* resolutum fuit *coram Ludouis.* penes *Oliuer. decis.* 210. *& decis.* 283. *n.* 1. *Flamin. de resignat. lib.* 11. *q.* 6. *n.* 71. vbi etiam in Rota pluriès decisum fuisse testatur.

30 Prout se fundans, & excipiens de resignatione ipse deberet docere de resignatione valida, & publicata decisum etiam in Rota fuit vt refert Idem *Oliuer. decis.* 278. *Rota coram eumdem Ludouis. n.* 2.

31 Et gratia prouisionis beneficij obtenta ob non publicationẽ illius resignationis iustificari non potest nisi de duobus modis vel per confessionem eius, qui publicare debuit, vel si expediuit literasquæ publicari de bent, post tempus a constitutione præstitutum vt conclusum fuit *in Rota coram Ludouis.* 210. *in fine apud Oliuer.*

32 Hinc est quod non probatur hæc negatiua, quod nimirum resignatio non fuit publicata, per confessionem resignatarij, quia potuit illam facere resignans cum constitutio Gregoriana admictat ad publicandum tam resignantẽ quam resignatarium dict. *Oliuer. decis. Rotæ Romanæ coram Ludouis.* 288. *in fine.*

33 Minus hæc negatiua probatur ex collatione facta resignatario post tempus ad publicandum, quia potuit esse obtenta alia collatio, & prouisio, quæ in tempore fuerit publicata, cum in beneficialibus detur multitudo titulo-

34 rum † sicut nec etiam probatur publicatio nulla seu inualida ex eo quod fuerit facta extra tẽpus, tum quia potest esse quod fuerit obtenta prorogatio à Pontifice quia hoc tempus a Papa prorogari potest vt tetigi supra *sub nu.* 26. in fine pro vt eam obtinuit. D. Iacobus Pirao Canonicus huius Cathedralis Ecclesiæ Agrigẽtinæ resignatarius aliquorum beneficiorum simplicium in eius fauorem resignatorum a quondam Abbas

Don

Don Paulo de Angelis. Tum quia posuit alia esse facta in tempore cum publicatio sit actus reiterabilis vt dixit Rot. Romana teste eodem *Oliuer. decis.* 210. *& decis.* 288. *in annot. n.* 3.

35 Denique scias quod beneficium vacans ob non factam publicationem stante *constit. Greg. VIII.* de publican. potest à quocumque impetrari, & conceditur impetranti certo modo ob non factam publicationem resignationis cũ clausula vocato possessore &c.

37 † Qui omnino in executione gratiæ vocari debet plenè ac diffusius probat *Flamin. de resignat. lib.* 11. *q.* 10. *per totam*

37 Quod procedit etiam si in literis hæc clausula non apponeretur, nihilominus executor semper illum vocare debebit, nisi aliter expresiè in literis dicatur *Menoch. in tract. de recuper. possess. remed.* 8. *n.* 51. *Ferret. in cons.* 4. *n.* 4. *& cons.* 10. *n.* 11. & de communi omnium Doctorum scientia testatur. *Flamin. de resignat. lib.* 11 *q.* 10. *nu.* 33.

38 vbi n. 31. dicit † hoc in casu procede debere summariè vt ait Glos. in c. licet verb. te non vocato circa medium de præben. in 6. quod vendicabit sibi locum in omnibus priuationibus ipso iure factis quia his in casibus possessor sua possessione priuari nequit, ipso non vocato nec audito prout extendit. *Glos. in c. licet Episcopus verb. te non vocato in fine de præben. lib.* 6. Aliter amotus a possessione illo non vocato posset agere spolio *Ferrect. cõs.* 10. *n.* 10. *vers. alias Afflict. decis.* 361. *n.* 35. *Flam. dict. q.* 10. *n.* 25. & plenè probat *Menoch. in tract. de recup. poss. remed.* 8. *num.* 50. *&* 73.

39 de † Materia publicationis vide eumdem *Flamin. de resignat. benefic. lib.* 11. per totũ vbi per 13. quæstiones mate-

40 riam pertractat, & in vlt. quæst. docet an † & quando propter impedimentum resignatarius à non publicatione facta excusetur.

Forma instrumenti publicationis per Notarium à tergo literarum faciendi.

Fidem facio retroscriptas literas Apostolicas expeditas in fauorẽ N. iuxta ipsarum seriem, & tenorem cum nominibus, & cognominibus resignatis & resignatarij ac dominatione, & qualitate beneficij clara, & intelligibili voce sub die 26. *Februarij* 1658. *in ipsa Ecclesia ac in Cathedrali dũ frequẽs Populus ad missarum solemnia conuenerat publicasse easq; manibus tenuisse ostendisse, & le-*

gisse

giſſe earumque exemplum collationatum affiſſum ibi fuiſſe relictum, & ſtetiſſe per aliquot tempus aliaque, & ſimilia feciſſe iuxta formam traditam per ſanctam memoriam Gregorii XIII. in ſua conſtit. de publican. reſignationibus promulgata de anno 1583. In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem Ego N. Magiſter Notarius huius M. C. Epiſcopalis Agrigentinæ præſentibus N. N. pro teſtibus præſentem mea manu ſubſcripti hodie die . . . . .

N. Magiſter Notarius.

Et in hac forma omnia in prædicta *Conſtit. Gregoriana* requiſita continentur nempe frequentia Populi ad Miſſarũ ſolemnia, exhibito literarum & earum oſtentio, & expreſſio facta clara voce cum expreſſione nominis, & cognominis reſignantis, & reſignatarij, & qualitate beneficij, & illius inuocatione, ac tandem affixio literarum. quæ cauti homines curare debent ad tollendas lites vt rectè aduertit. *Flamin. de reſignat. benefic. lib. 11. q. 6. ſub n. 62.* vbi affert formulam dicti inſtrumenti.

SVMMARIVM ARB. XXIX.

Profeſſionem fidei qui facerè debeãt ex conſtit. Pii IV. incip. ſacroſancta n. 1.

Pœna contra non facientes profeſſionem fidei ex diſpoſitione dicta conſtit. Pii IIII. n. 2.

Excomunicatio fulminata à dicta conſtit. Pii IIII. eſt nemini reſeruata n. 3.

Abſolutio ab ea concedi poteſt ab Epiſcopo ibid.

Beneficiales curati debent facere profeſſionem fidei infra duos menſes, & quomodo n. 4. & num. 12.

Canonici, & de dignitatibus prouiſi debent etiam facere profeſſionem fidei n. 5. n. ſeqq.

Alioquin amictunt fructus beneficiorum n. 6.

Forma profeſſionis fidei remiſſiue n. 7.

Parochi Canonici, dignitates habentes debent profeſſionem fidei facere, & iurare ſub Romana Eccleſia obedientia ſe permanſuros n. 8.

Sed coram quo hoc facere debent n. 9. 10. & n. 11.

Terminus ad faciendam profeſſionem fidei currit a die capta poſſeſſionis n. 13.

Terminus ad faciendam profeſſionem fidei non currit ei, qui non accepit poſſeſ. n. 14.

Amplia ibid.

Quando currat n. 15.

Poſ-

AR.

ARBOR XXIX.

DE TERMINO INFRA QVEM PAROCHI ET Canonici professionem fidei facere teneantur iuxta dispositione S. C. T. sess. 24. c. 12. de refor. & Bullæ Pij IV. constit. 114. incip. Iniunctum.

CHristiana religione Catholicam fidem profiteri compellimus, vt quod corde credimus ad iustitiam, ore profiteamur ad saluté. *Apost. ad Rom c.* 10. Hinc est quod Papa *Pius IIII. ex sua constitutione* 88. *alias* 112. *edita anno* 1554. *incip. in sacrosácta*
1 † decreuit electos ad lecturas & in Rectores, & Cancellarios vniuersitatum, & promouendos ad gradus litterarios facturos esse, ac facere debere professionem fidei sub quibusdam pœnis prout in ea.

Ad quam fidei professioné emictendam non tantum tenentur volentes retinere aut assequi ordinarias, seu extraordinarias lecturas Theologiæ, legum canonicarum, & Ciuilium, Medicinæ, Philosophiæ, humanarum litterarum de quibus expresse fit loco prædicto mentio a Papa Pio IIII. Verum etiam docentes prima rudimenta Grámaticæ Arithmeticæ Musicæ & aliarum liberalium artium principia licet publicam non aperiant scholam, sed in proprijs solum domibus doceant, vt declarauit *Sacra Card. Congregatio super conc. Trid. sess.* 24. *c.* 12. vt docet *Sanch. lib.* 2. *decal. c.* 5. *num.* 4. & refert. *Scortia. in Select. summor. Pontif. constit. Epit.* 83. *Theor.* 206. *ex Hyeronimo Sorbo. Capuccino in compend. priuil. mendic. verb. professio fidei in fine* & statutum fuit in *constit. Synodalibus Reuer Fratris Ferdinandi Sanch. de Cuellar. Episcopi Agrigentini* (*pia mem.*)

2 Pœna præscripta ex dicta constit. Pij IIII, vltra nullitatem actus ipso iure inductá & Peccatum mortale, altera est excomnnicatio, quam incurrunt promouentes ac permictentes promoueri, non præmissa professione fidei vt docet *Sorb. & Sanch. locis præcit. licet Roderic. tom.* 2. *q.* 73. *art.*

art. 2. putauerit vtrosque nempe promouentes, & promotos contrafacientes censuras incurrere. Cuius contrariam opinionem rectiorem esse tenet *Scort. loc. cit. dict.*
3 *Theor.* 206. vbi ait quod † huius censuræ absolutio nemini reseruata videtur. Vnde poterit ab ea Episcopus absoluere vt docet etiam Sanch. & *Sorbo loc. pracit.*

Vltra prædicta fuit etiam nouissimè dispositum *per S. C. T. sess.* 24 *de reform. cap.* 12. Quoad Parochos, & Canonicos vt infra, & per sacram Congregationem Cardinalium declaratum his verbis *Item non solum Canonici, & alij nominati in hoc capitulo tenentur facere professionem fidei sed etiam omnes profitentes artes liberales iuxta bullam Pij IIII.* Doctores legum, & medici non tenentur ante quam exerceant, satis est si ostendant emisisse in susceptione graduum fuit etiam alias declaratum per eamdem Congregationem *Item Canonici, & professi post quam fecerunt professionem fidei in capitulo tenentur eamdem facere coram Episcopo* quas refert de reformat. *Bellarm. super Conc. Trident. sess.* 24. *de reformat. c.* 12. *vers. Item nō solum. col.* 1. *& vers. Item Canonici col.* 2. *fol.* 402.

Vnde Episcopi possunt prohibere ne Magistri artium doceant, donec informentur de moribus, & profiteantur fidem ex declaratione sacræ Congregat. Card. his verbis. *Itē Episcopus potest prohibere ne Magistri artium doceant, donec informetur de moribus, profiteantur fidem.*

4 Quod quidem *decretum sacri concilij Trid. dicto. cap.* 12. *sess.* 24. *de reform.* voluit Prouisos de beneficijs quibuscumque curam animarum habentibus teneri à die adeptæ possessionis adminus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito coram Generali eius Vicario seu officiali Orthodoxe suæ fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iu-
5 rent. Prouisi † autem de Canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus nō solum coram Episcopo seu eius Vicario, & officiali, sed etiam in capitulo idem facere
6 teneantur; † Alioquin prædicti omnes prouisi vt supra fructus nou faciunt suos, nec illis possessio suffragetur &c. Quod fuit *a Pio IIII.* confirmatum *in constitut.* 114. *incip. iniunctum. de Anno*
7 1564. † vbi etiam fuit apposita forma huius professionis fidei, quæ est

in

in viridi obseruantia vt in dies videmus dictamque formam habes in *Synodo Diæcesano Agrigentino post cap. 1. p. 1.*

8 Ex quo S. C. T. decreto multa veniunt notanda. Primo quod non solum Parochi aliisque Beneficiales curam animarum habentes; Sed etiã Canonicatibus, & dignitatibus prouisi Orthodoxe suæ fidei publicam facere debent professionem, & in Romanæ Ecclesiæ Obedientia se permansuros spondere, ac iurare

9 tenetur † Cum hac tamen differentia quod Beneficiales curam animarum habentes dictam facere possunt fidei professionem coram Episcopo vel eo impedito coram Generali eius Vicario seu officiale tantum *vide sub n. 12. vers.*

10 *& nota.* Et † sede Episcopali vacante prouisus de beneficio curato debet facere professionem fidei coram ordinario Capituli sede vacante, & non coram capitulo tenent *Garc. de benefic. p. 3. c. 3 a nu 26. Barbos. de remiss. Doctor. super dict. c. 12. Concilij Triden. sess. 24. de reformat. n. 18.* Cano-

11 nici † vero alijq; dignitatibus & canonicatibus in Cathedralibus Ecclesijs prouisi, & coram Episcopo seu eius officiale, & etiam in capitulo vt declarauit. *Sacra Cong. Card.* ex declaratione superius relata *sub. n. 5.* vers. Item Cano-

12 nici sed † vtrique hoc facere tenentur ad minus infra duos menses à die adeptæ possessionis vt censuit Concilium, & decreuit. *Pius. IIII. in dict. constit. iniunctum.* docent etiã *Barbos. de offic. & potest. Parochi c. 4. num. 1. & de offic. & potest. Episcopi alleg. 61. nu. 1. Flamin. de resignat. benefic. lib. 8. q. 9. n. nu. 121. & lib. 10. Garc. de benefic. p. 3. c. 3. Vgol. lin. de offic. & potest. Episc. c. 50. §. 16. Quaran. in summ. bullar. verb. fides professio.*

Et nota quod licet in concilio dicatur hanc professionem fidei fieri debere coram Episcopo, & eo impedito coram eius officiale tamen etiã eo non impedito professio fieri potest coram Vicario illius quia verba huius decreti solum ponuntur ad admonitionem, & denotandum, conuenientiùs esse eam facere coram Episcopo impedimento cessante resoluit. *Garc. de benefic. dict. c. 3. nu. 22. & 23. & Barbos. de remiss. Doctor. super dict. c. 12. Concilij num. 19.*

Secundo noto quod dictã professionem fidei facere tenentur adminus infra duos menses vt dictum est supra

13 qui † currunt à die captæ possessionis vt ait *Barbos. de offic. & potest. Parochi c. 4. nu. 10.*

Sed hic terminus non currit prouiso, qui non accepit possessionem, quamuis per eum stet quo minus illam accipiat *Garc. de benefic. p. 1. c. 3. n. 32.* quem refert *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 61. n. 25.* dicit idem *in tract. de offic. & potest. Parochi dicto cap. 4. nu. 11.* vbi addit *Ant. Ricciul. de iure person. extra gremium Eccles. existen. lib. 1. c. 13. n. 50.*

15 vbi *num. 62.* † dicit quod ad effectum vt incipiant currere dicti duo menses non sufficit fuisse possessionem adeptam, sed requiritur possessio pacificam, si sit pacifica respectu curæ in cuius exercitio non fuerit statim de iure, vel de facto turbatus, sed in eo sine turbatione steterit per vnum vel duos menses absque molestia, quamuis illa pacifica possessio deinde non durat continuo, nec sit pacifica respectu fructuum omnium seu maioris ipsorum partis sequitur *Barbos. de offic. & potest. Parochi dicto c. 4. n. 12.*

17 Et aduerte quod qui intra dictos duos menses, vt tenetur, non fecit fidei professionem, post illos quamprimum potest facere obligatur. Quia

18 † iste terminus duorum mensium non ponitur ad finiendam obligationem, sed ad differendũ executionẽ tenẽt. *Nauar. conf. 11. nu. 1. sub tit. de iure iur. Barbos. de offic. & potest. Alleg. 61. n. 22. p. 3. & de remiss. Doct. super dict. c. 12. Concilij. Trid. nu. 17. Flamin. de resignat. benefic. dict. q. 9.*

19 *n. 23. & Garc. de benefic. p. 3. dict. c. 3. n. 29. 30.* Et hoc casu mora purgari potest *Sayr. decis. 4. sub tit. de constit. & Barbos. de remiss. DD. super dict. c. 12. cõc. n. 16.* Vide *infra n. 25.*

20 Tertio noto ex dicto decreto S. C. T. dict. c. 12. pœnam quam incurrunt prouisi professionem fidei non faciẽtes, & est primo Peccatum †

21 Mortale vt colligitur ex eo quod vtitur grauibus verbis, & infert grauem pœnam, quo casu obligat ad culpam mortalem iuxta *text. in c. nam concupiscentiam de constit. Garci. de benefic. dict. c. 3. a. nu. 64. in fine Frat. Emman. in summ. tit. 1. c. 119. n. 7. Barbos. de offic. & potest. Parrch. c. 4. n. 14. & de remiss. Doctor. super dict. c. 12. n. 20.* licet contrarium teneat *Sanch. in præcept. Decalogi lib. 2. c. 5. n. 10.* ad culpã etiam mortalem obligatur ex cui dictæ cõstit. *Pij IIII. incip. iniunctum.* vt tenet *Scort. in select. summor. Pontific. constit. Epitom. 84. Theor. 207. circa principium. fol. 295.*

22 Beneuerum quod si Parochus per ignorantiam, seu inaduertentiam illam non fuerit, a mortali peccato excusatur

tur

tur cum bonafide legem humanam transgrediens mortale peccatum non committat resoluunt. *Nauarr. con. 2. de summ. Trinit. in antiq. alias cons. 12. de Iure curan. in nouis. Molin. de iustit. tract. 4. disp. 71. n. 8. Fla. Paris. resignat. benefic. lib. 10. q. 9. nu 8. Barbos. de offic. & potest. Paroch. c. 4. n. 14. & de remiss. Doctor. super dict. c. 12. Concilij n. 22.*

23 Et † consequenter Idē *Barb.* dicit ab amissione, & restitutione fructuum etiam excusatur docent etiam *Frat. Emmanuel. in summ. tom. c. 119. n. 7. in 2. edit. Flamin. loc. cit. & alij per eos.*

24 Alia pæna est fructuum amissio decursorum post lapsum duorum mensium exclusis maturatis in ipsis duobus mensibus secundū *Garc. dict. c. 3. nu. 39. p. 3. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 61. n. 23. & de potest. Paroch.*

25 *cap. 4. n. 15.* Vbi docet † quod facta professio non proficit ad recuperandos fructus amissos post dictos duos menses, sed tantum ad quærendum futuros, & citat *Nauarr. cons. 4. aliàs. 11. de summ. Trinit. in antiq. & de Iure iur. in Nouis.* Sed non perdit distributiones, quas in seruiendo acquirit vt Sacra Card. Congreg. declarauit per hæc verba *Item per Omissionem professionis fidei perduntur tantum Fructus prabendarum, & non distributiones, quas in seruiendo acquirit.* quam declarationem refert *Bellarm. super Concil. Trid. sess. 24. c. 12. de reformat. vers. item per omissionem col. 2. fol. 402.*

26 Hæc autem pæna est irremisibilis ita vt ordinarius non potest condonare fructus amissos ob non factam fidei professionem, quia ordinarius non potest remictere pænam inflictam à Concilio, nisi in casibus ibi expresse permissis docent *Fusc. de visit. lib. 2. c. 3. nu. 14 in fine Barbos. de offic & potest. Episc. alleg. 61. n. 32. & de potest. Paroch. c. 4. n. 16. Garc. de benefic. dict. c. 3. nu.*

27 *53.* Sed † recurrendum est

28 ad Pontificem à quo † poterit explicitè dispensationem obtinere de fructibus percipiendis ante factam fidei professionem, & etiam implic[illegible] nimirum si paulo post pr[illegible]sionem concedatur sibi licentia seu indultum de percipiendis fructibus in absentia dicit *Barbos. de potest. Paroch. dicto cap. 4. n. 17. ex. Ricciul. de Iure person. extr. gremium Eccles exis. lib. 1. cap. 16. n. 9.* Igitur hæc condonatio spectat ad Papam non ad Episcopum sic etiam fuit a sacra Card. Congregatio declaratum his verbis. *Item fructus amis-*

amissos ob non professionem fidei non potest condonare Episcopus, sed Papa.

29 Debentque hi fructus applicari Fabricæ Ecclesiæ, seu pauperibus *Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 10. q. 9. nu. 123. & 124 Barbos. de remiss. Doctor. super dict. c. 12. Concilij num. 23. Fusc. de visit. lib. 2. c. 13. n. 4.*

30 At † in Canonicis, dignitatibus habentibus fructus in mensa Capitulari, fructus amissos ob non factam professionem fidei spectare ad Capitulum resoluit *Garc. dict. c. 3. n. 40.* vbi *à n.* 44. dicit

31 † quod debens fructus non potest se componere cum capitulo soluta aliqua parte. Idē tenet *Barbos. de remiss. Doctor. super dict. c. 12. Concil. n. 236, vers. in Canonicis vero.*

32 Sed an professionem non faciens intra dictos duos mēses teneatur in conscientia fructus sic amissos restituere, quod sic tenet *Vgolin. de Offic. & potest Episc. c. 50. §. 16. n. 4. Riccius. dict. c. 13. nu. 43. Garc. dict. c. 3. n. 35. Barbos. de offic. & potest Paroch. c. 4. num. 20.*

33 Contrarium tamen teneo. Imo dico quod non tenetur in conscientia dictos restituere fructus, nisi condemnetur per sententiam declaratoriam vt tenet *Nauar. cons. 3. n. 1 de summ. Trinit. in antiq. & alias cons. 12. n. 1. de iure iur. in nouis. Frat. Emman. quæst. regul. tom. 2. q. 72. art. 3. Barbos. de offic. & potest. Episc.*

34 *alleg. 61. n. 128.* Et ratio † est quia *Concilium Tridentinum dict. c. 12. sess. 24. de reform.* est pænale, & proinde etiam si pænam ipso iure irroget, non obligat in foro conscientiæ *dict. Nauarr. cons. 12 n. 1. de iure iur. in nouis. dict. Emman. loc. cit. Barbos. de remiss. Doctor. super dict. c. 12. Conci-*

35 *lij n. 24.* qui *in nu. 25.* ait † possessionem non prodesse ei qui professionem non emisit quoad fructus percipiendos quamdiu dictam professionē non emiserit. & *Flamin. de resignat. benefic. lib. 10. q. 9. nu. 122. Garc. de benefic. p. 5. c. 3. n. 34. Emman. in summ. tom. 1. cap. 119. nu. 7. Sanch. in præcept. decal. lib. 2. c. 5. n. 11.*

36 *& 12.* Ideo † regula de annali professionem fidei non emittenti non prodest quoad fructus percipiendos. *Flamin. de resignat. benefic. loc. cit. Emman. etiam loco citat. & alij per Barbos. dict. alleg 61. nu. 26. & de potest. Paroch. dict. c. 4. num. 18.*

37 Tertia pæna est vt possessio non prosit huic professionem fidei non emittenti vt ex dicto *decreto Concilij c. 12. de reformat. sess. 24.*

Sed

38 Sed aduerte quod non tollit omnino possessionem, sed impedit eius effectum quoad fructuum perceptionem. *Barbos. dict. c. 4. de potest. Paroch. nu. 22. Flamin. dict. q. 9. nu. 122. Vgolin. dict. §. 16. nu. 4. Barbos. dict. alleg. 61. nu. 26.* qui *in tract. de potest. Paroch. dict. c. 4. sub n. 24.* infert tales
39 † possessores iuuari reg. de triennali, quia concilium non tollit neque titulum neque possessionem præterquam ad effectum lucrandi fructus vt docent *Flamin. de resignat. benefic. lib. 10 q. vltima nu. 4. & Ricciul. dicto cap. 16. num. 12.* dicit quod potest se tueri talis possessor quocumque remedio possessorio.

40 Sed an fidei professio per procuratorem emitti possit? Affirmatiuè respondent *Azor. quæst. 6. Petr. Ledesma tom. 2. Summ. tr. 1. c. 4. post. 10. concl. diffic. 6. Sanch. lib. 2. decal. c. 5. n. 7. Nauarr. lib. 1. cons. in antiq. tit. de Summ. trinit. cons. 4. n. 2. Scort. in select. Summor. Pontific. constit. Epit. 84 Theor. 207. vers. quid si beneficiarius.*

41 Sed debet habere speciale mandatum vt resoluunt *Nauar. dict. cons. 4 sub n. 2. Ledesma loc. cit.* & alij per *Barbos. de offic. & potest. Paroch. c. 4. n. 3. & de potest. Episc. alleg. 61. n. 20.*
42 Et † hoc speciale mandatum ad hoc datum censetur non solum quando datur expressum ad faciendū fidei professionem, sed etiam ex mandato ad capiendam possessionem vt dictum fuit in Rot. teste *Barbos. de potest. Paroch. dict. Cap. 4. n. 5.* Vbi
43 assignat rationem † Quia neque *Consilium Tridentinum* neque *Constit. Pij. IIII.* vtuntur verbis significātibus personalitatem, & propterea succedit regula quicumque potest aliquid facere per se metipsum, potest illud facere per procuratorem *l. 1. ff. de procur. & cap. qui per alium, & cap. potest qui de regul. iur. in 6.* licet
44 † contrarium teneant *add. ad consil. Nauar. Gonzal. Vgolin. Garc. Squill. Gratia. & Sigismund. a Bonon.* quos reprobat *Barbos. de potest. Paroch. dict. c. 4. n. 4.* & dicit eos dictam tenere opinionem absq; bono fundamento, quorum fundamentis (ait) abunde respondere *Massobr. in tract. de Synod. Diœcesana cap. 40. dub. 40.* per tot. secundum Romanam Impressionem. Sed Vide *Plat. lib. 1. decis. 77. quem refert Bellarm. super Conc. Trident. sess. 24. de reformat. c. 12. in addit. verb. intra duos menses vers. professio fidei.* vbi ait quod professio fidei non potest fieri per procuratorem, & ita fuisse resolutum per Illustrissimos Cardinales interpretes

pretes Sacræ Congregat. Tridentinæ testatur. Et ita etiam censuisse Sacram Congregationem 16. Ianuarij 1597. testatur Idem *Bellarm. loc. cit. verb. Professionem.*

45 Sed an coadiutor Canonicorum, seu dignitatum teneatur prædictam facere professionem? dic coadiutores etiam perpetuos, & cum futura successione non teneri, nisi cum factus fuerit successionis locus. Nam non sunt verè Canonici, seu dignitates, nec pro talibus habendi viuentibus coadiutis, sed tantum post eorum obitum: vt in declarat. Conimbric: confirmata per breue *Paul. V.* de anno 1606 in quo inter alia declarat Coadiutores Canonicorum non esse vere Canonicos, nec pro talibus habendos viuentibus coadiutis. refert etiam *Garc. de benefic. in add. p. 3. c. 1. ad nu. 109. fol. 23. & ead. par. 3. c. 3. ad nu. 16. fol. 35.*

De materia professionis fidei. Vide *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 61. per totam p. 3.* vbi habes multas ampliationes ad regulam. *Et de potest. Parochi cap. 4. per totum.* Cuius quidem Cōcilij decretum, vna cum pœnis in eo statutis explicat. *Nauar. tom. 1. consil. de summ. Trinit. & fide Cathol. cons. 1. 2. & 3. in antiq. & cons. 10. de Iureiur. in nouis. Azor. lib. 7. cap. 2. tom. 2. Sanch. in præcept. decal. lib. 2. c. 5. Roderic. in summ. tom. 1. in 2. edit. c. 119. & tom. 2. regul quæst. 73. art. 1. Sorbo Capuccinus in priuil. mendic. verb. professio fidei.*

SVMMARIVM ARB. XXX.

Cap. Reg. Caroli 85. refertur n. 1.

Statutum de compromittendis litibus est fauorabile n. 2.

Aribitri an iudicibus vel delegatis æquiparentur n. 3. 4.

Differentia inter arbitrum, & arbitratorem quæ nu. 5. 6. 7.

Arbitrator iudicat de iure, & de facto n. 6.

Arbiter iudicat de iure tantum nu. 7.

Arbitri eliguntur virtute nostri Statuti de compromittendis, & non Arbitratores n. 8.

Arbitri præsumitur viam eligi quando de Iure pronunciatur n. 9.

Cap. Reg. Ceroli 85. forma censetur obseruata etiam si nil dictum fuerit in compromisso de potestate n. 10.

Arbitri potestas, seu arbitratoris ex

Inui-

ARBOR XXX.

DE TERMINO INFRA QVEM COMPROMISSVM peti possit, & Arbitri decidere habeant ad intellectum Cap. 85. Reg. Caroli de causis compromictendis.

1 IN hoc Siciliæ Regno ad secanda litium Odia, & rancorès inter coniunctas personas oriri solita, compromicti quæstiones, & lites statutum fuit per Inuictissimum Regem Carolum vt patet *inter capitula Regni eiusdem Regis cap.* 85. quod etiam statutum fuit in Regno Neapolitano *ex Pragm.* 1. *incip. Odia litium tit. de Arbitris.*

2 Quod quidem statutum de compromictendis litibus inter coniunctas personas esse fauorabile ait *Blanc. in tract. de compr. q.* 1. *sub num.* 3. *vers. contraria* vbi testatur hanc esse magis communem opinionē tenet etiā *Bald. in l. qui se patris n.* 16.

12 Et casu quo electi fuissent Arbitri, Arbitratores cum procedendi de iure, & de facto sed in decidendo de iure tantum iuxta dispositionẽ nostri statuti, non præsumuntur, in dubio, procedere nisi tanquam Arbitri ex quo secundum ius debent decidere *Cuma. cons. 7. primum videndũ n. 16. vers. non obstat quod Ar-*
13 *bitri.* Itaut † laudum est nullum si est contra ius quia videtur contra formam compromissi. *Bart. in l. diem proferre §. stari ff. de Arbitr. Abb. in cap. cum dilecta col. 4. de rescript. & in c. causam circa finem de re iudic. & in cons 42. Videndum est lib. 1. Tusc. concl.*
14 *458. lit. a n. 22.* Debent † tamen iudicare secundum statuta loci, si derogãt iuri *Tusc. dicta concl. 458. n. 19 ex Ias. in l omnes Populi in prima lectura col. antepen. ff. de iust. & iure, & in secunda lectura col. 4.*
15 Cognoscitur denique Arbitramentum à laudo, quia laudum dicitur latum in forma sententiæ Arbitramentũ vero in forma declarationis. *Bald. cons. 463. in fin. lib. 3. Tusc. concl. 465. n. 17. lit. A.*

Secundo ponderanda sunt illa verba statuti nostri (*infra personi coniuncti usque ad quartum gradum inclusiuè de iure ci-*
16 *uili*) ex quibus † in duo sub dispositione dicti statuti venire omnes tam cõsanguinei quam affines, quia appellatione coniunctum veniunt affines *Blanc. de compromiss. quæst. 1. num. 17. Socc. Sen. cons. 57. col. penul. vers. primo. enim casu lib. 1. Bertazol. de. claus. instrum. claus. 7. Glos. 12. n. 5. vers. secus Barbos. in suo tract. vario de appellat. verbor. appell. 56. n. 2. Fusar. de substitutione q. 369. n. 3. vide infra n. 24.*

17 Et comprehenduntur etiã cur, & vxor sub dicto statuto de compromictendis quoties lis inter eos verteretur *Bald. in l. affinitatis sub nu. 3. vers. pone statutum C. commun. de successs. Blan. in tract. de comprom. q. 3. nu 22. Intrigl. singul. 186 lib. 1.* vbi alios citat, & reprobat *Bald sibi contrariũ in l. 1. nu. 1. C. vnde iur, & vxor. & de communi testatur Annib. super Pragm. Neap. Odia col. 3. vers. dixi supra fol. 20. Ias. in l. non ideo vbi etiam Salyc. C. de hæred. instit.* Quia dicuntur affines *ad text. in l. quod seruus ff. de condit. ob caus. in specie* probat. *Ant. de Rosellis in tract. de success. ab intest. sub n. 172.* quem refert, & sequitur in terminis *Galup. in prax. nauiss p. 1. c. 3. n. 13.*

18 Comprehenduntur etiam filij naturales scilicet nati ex soluto, & soluta, qui possunt cognatos cogere ex parte matris, & ex parte Patris, & ab

illis

illis ad compromissum similiter cogi *Blanc. de fideicom. q. 3. n. 7. vers. in hoc articulo & nu. 8. 9. 10. 11. & 12.* Vbi testatur de communi quem, & alios citat, & tenet *Intrigl. sing. 187. n. 1. lib. 1.* Idem tenet *Anchar. in cons.* 187. Quia
19 † appellatione coniunctorum veniunt etiam naturales. *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glos. 8. n. 3. & 4 & Barbos in suo tract. vario tit. de appell. verbor. appell. 56. n. 3.*
20 Comprænhenduntur etiam Spurij respectu cognatorum ex parte matris, secus vero ex parte patris *Blanc. loc. cit. q. 3. nu. 25. 13. & 15. Alex. cons. 144. n. 5. in fine vol. 7. Intrigl. sing. 187. n. 3. lib. 1. Dyn. cons. 16. Bald. id quod paupertbus col. 10. C. de Episcop. & Cleric.*
21 Insuper comprænhenduntur Clerici litigantes in foro seculari. *Blanc. de comprom. q. 3. n. 32. vers. in hac quæstione Intrigl. sing. 188. n. 1.* Vbi de sententia magis approbata à Doctoribus, & contrarios reprobat *lib. 1.* Idem tenet *Corn. cons. 114. vol. 2. Annib. in Pragm. Neap. Odia col 9. vers. ad Compromissum fol. 23. Capic. decis. 66.* & alij per *Abruz. in sua lectur practic §. nunc admonendi n. 33.* tenent etiam *Greff de effect. Cler. effectu 2. nu. 137. & Burg. de Laudim. p. 3. inspect. 24. num. 4.*

22 Comprænhenduntur, & Minores qui etiam authoritate Tutoris vel Curatoris iuxta formam statuti ad compromictendum cogi possunt *Intrigl. sing. 189. lib. 1. Blanc. dicta q. 3. n. 39. & 40. Menoch. cons. 100. n. 133. vol. 1. Marsil. sing. 181. Alex. cons. 254. n. 4. lib. 6. Tiraquel. de*
23 *retract. Sangu. in fine. n. 53.* † Sed omnino requiruntur solemnitates requisitæ per *Cap. Reg. Caroli. 78. Burg. de laudim. p. 3. insp. 24. n. 5. & Conuers. qui alios citat. ad Intrigl. sing. 189. lib. 1.*
24 Sed nota nostrum statutũ cogere ad compromictendũ coniunctas personas, nempe consanguineos, & affines (*vt dixi supra num. 16.* vsque ad quartum gradum inclusiuè de iure ciuili computandum.
25 † Ea propter debet prius constare de consanguinitate, vel affinitate tanquam de qualitate necessaria, maximè si circa eam sit dubium vt docet *Galupp. in sua prax. nouis. lib. 1. q. 3. nu. 11. Gabr. cons. 33. n. 12. vol. 2. ex. Paul. de Castr. in cons. 178. vol. 2. Cephal. cons. 72. n. 7. tom. 1.*
Verum sunt, & aliquæ personæ quæ sub dispositione dicti statuti non comprænhenduntur nimirum Priuignus
26 † & Nouerca affinitate cessante *Vinius lib. 1. comm. opin.*

in

in ver. subst atuto.disponēte coniunctos Anmb. super Pragmat. Neap. Odta col. 3. fol. 20. verf. dicebat etiam Intrigl. sing. 180. lib. 1. qui alios citat Bald. in l. affinitatis C. comm. de success. Galupp. in prax. nouis. p. 1. c. 3. num. 14.

27 Secundo non comprehenduntur causæ inter Socerum, & Generum mortua vxore, laté probat. *Muscatell. in eius prax. S. C. prima instantia. Glos. gradum n. 3. Galupp dict. cap. 3. num. 14. Viuius decis. 181. Blanc. de comprom. quæst. 3. ver. soluto Matrimonio.* sic etiam causæ inter Socerum, & Nurum mortuo viro. *Viuius lib. 1. comm. opin. in ver. statutum disponens quod causa vertentes inter affines. Alex. in l. non tantum in princ. n. 17. ff. de re iudic.* vbi testatur de communi. *Intrigl. sing. 179. lib. 1. Ioseph. Ludou decis. Perus. 2. nu. 17 p. 1. Duen. reg. 36. lim. 3.*

28 Tertio non comprehenduntur spurij qui non possunt cogere cognatos ex parte patris ad compromictendum, secus ex parte matris. *vt diximus supra n. 18.*

Præterea nota illa verba statuti ibi (*per li arbitri da elegersi per essi parti, e caso che alcuna di li parti fussi renitenti ad eligiri lu sò arbitro, elassi iorni otto, essendo renitenti in eius contumacia eligatur arbitrum per*

29 *ordinarium loci.*) Ex quibus † quæritur quot esse debent arbitri eligendi, & a quo eligi debeant? dic non esse determinatum ex nostro statuto arbitrorum numerum, sed loquitur per verbum plurale,

30 vtputa (*per li Arbitri*) Et sic † saltem duo eligendi videntur Et in rei veritate duo eligi debent vnus ab vna, & alter ab altera parte probatur ex illis verbis statuti (da eligersi per essi parti) & sic quælibet pars eligit suum vt ibi (*fussi renitenti ad eligi lu sò arbitro*)

31 prout † in simili dicimus in electione extimatorum eligendorum pro extimatione facienda in casu venditionis iudicialis bonorum virtute ritus absque pacto ad discursum quia tunc esse debent saltē duo quorū vnus à Creditore, alter à Debitore eligendus erit dixi *in prax. cap. 12. nu. 17. 18. & 19. ex Ang. in §. quo autem auth. de non alien. Pancirol. in cons. 98. nu. 16. Intrigl. sing. 173. n. 3.* qui alios citat *lib. 1.* Et in terminis dixit *Galupp. in prax. p. 1. c. 3. nu. 27.* Et denique probatur etiam ex illis verbis statuti (*& casu quo ditti arbitri essent discordes debet eligi tertius.*)

Quod esse non potest, nisi arbitri sint duo sic setuatur in

32 simili casu quando scilicet † recusatur iudex suspectus. quia

quia tunc virtute Pragmaticæ causa suspicionis debet esse legitima probanda infra mensem coram arbitris eligendis per partes vnus à quolibet ipsarum vt suo loco diffusius dicam.

34 Et casu quo inter eos essent in prolatione laudi discordes
34 tertius eligi debet. Qui † licet in Ciuitate, & Regno Neap. virtute illius *pragmaticæ Odia* etiam ab ipsis partibus eligatur, & casu quo essent in electione discordes, à iudice ordinario cogerentur pro ipsius tertij electione, & si neglexerint exequi iudicis ordinem, ipse iudex dictum ebigeret tertium refert *Galup. in prax. p. 1. c. 3. n. 28.*

35 In hoc tamen Regno Siciliæ ex dispositione *dicti cap. Reg Caroli.* 85. tertius indistinctè eligitur à Domino Prorege, si erit in loco, aliàs ab ordinario, qui tertius debet esse neutri parti suspectus vt in simili casu *dixi prax c.* 12. *n.* 22. & dictat statutum ibi (*& casu quo dicti Arbitri essent discordes debeat eligi tertius per Dominum Proregem si erit in loco, aliter per ordinarium loci neutri parti suspectus.*) Ci-
36 tatis † tamen partibus secundum ea quæ *dixi in prax. cap.* 12. *n.* 13. & in terminis docet *Bald. cons.* 8. *lib* 3. *in princip.* Quia agitur de præiudicio partium *Tusc. concl.* 462. *n.* 3. *lit. A.* Et hæc forma omnino est seruanda tanquam data à statuto vt in terminis dicit *Tusc. dict. concl.* 462. *n.* 12. *lit. A. ex Ang. cons.* 152. *in fine.*

38 Et tunc ista tertius debet concordare cum altero ex primis duobus aliàs eius declarationi non statur. *Bald. in l.* 1. *C. de his quæ pæn. nomi. Castro in cons.* 145. *lib.* 2. *Tusc. concl* 462. *n.* 17. *lit. A.*

39 Sed duobus arbitris primis inter se discordantibus, an tertius cum altero illorum debeat concordare, vel possit solus laudare *Vide Ant. Gabr. lib.* 2. *tit. de arbitr. concl.* 1.

40 Et scias quod casu quo in electione alter ex partibus esset contumax, & renitens in eligendo suum arbitrum tunc iste Arbiter eligeretur per ordinarium loci vt dictat statutum ibi. (*essendo renitenti in eius contumacia eligatur Arbiter per ordinarium loci.*)

41 Sed quando pars dicatur renitens, & contumax isto in casu dic elapsis otto diebus à die intimationis, & interpellationis. Debet enim interpellari pars, & in contumacia constitui, vt dicatur contumax vt memini dixisse in simili casu in *prax. cap.* 12. *n.*
42 19. Et ideo practicatur, quod fit iniunctio parti vt infra certum terminum suum eligat

Arbi-

Arbitrum alias eo elapso in eius contumacia eligetur à iudice iuxta formulam à me traditam *in prax. dicto cap. 12. sub n. 19.*
43 Sed † terminus constituendus non debet esse minor, quam octo dies ex vi nostri statuti ibi (*elassi iorni otto*) qui omnino transire debent, vt verè pars contumax hoc in casu dicatur, cum statutum loquatur per Ablatiuũ absolutum. Nempe, elapsis
44 diebus otto, quiquidem † ablatiuus conditionem importat memini dixisse *in prax. c. 2. n. 62. ex Bart. in l. à testatore ff. de condit. & demostr. Intrigl. sing. 45. num. 27. lib. 1. Mut. in consue. Panor. c. 2. n. 38.*
45 Causæ autem compromittendæ ex dispositione nostri statuti videntur omnes quæstiones ciuiles ordinariæ per viam successionis vel legati, vt constat ex illis verbis (*Qualsuoglia differentia, e questioni ciuili ordinaria per viam successionis, & legati.*)
46 Tu vero dic compromittendas esse omnes causas ciuiles non solum eas quæ euenient per viam successionis, & legati, sed etiam regulariter omnes quæstiones ciuiles, vltra illas per viam successionis, & legati, vertentes inter coniunctas personas. *Intrigl. sing. 198. n. 1. lib. 2.* Vbi assignat
47 † rationem propter nimirum generalitatem rubri habentis orationem perfectam, quod per Nigrum in text. ibi (*successionis vel legati*) restringi nõ debet. & citat *Cagnol. in l. 1. n. 24. cum seq. ff. si cert. petat.* vbi DD. magis communiter & in terminis statuti *cons. 1. col. 2. ver. præterea posito vol. 4. & Dec. in dict. l. 1. 5. Blanc. in tract. de comprom. q. 1. sub. n. 3. vers. contraria Tob. Nonius cons. 17. nu. 2. & 3.* & alij ab *Intrigl. loc. præcit.* Sed *Conuers. ad dict. Intrigl. dict. sing. 198. lib. 1.* dictam rationem ex generalitate rubricæ non approbat sed dicit hoc statutum locum habere in omnibus alijs causis vltra eas per viam successionis, & legati, ex identitate rationis sic tenet etiam *Burg. de laudim. insp. 24. n. 2.*
49 Vnde comprænduntur sub dispositione dicti statuti etiam causæ alimentorum futurorum, & dotis *Blanc. in tract. de comprom. q. 4. nu. 19. & 20. Intrigl. sing. 184. lib. 1.* vbi alios citat.

Sunt, & nonnullæ causæ, quæ non compromictuntur, quia sub dispositione dicti statuti non comprænduntur.
50 † Primo causæ criminales vt dictat statutum ibi

(*qualsiuoglia differenza, e questione ciuili*) ergo excludit criminales cum inclusio vnius sit exclusio alterius vulgatis iuribus.

51 Secundo causæ feudales ex statuto ibi (*non habet locum in causis feudalibus.*) Et ratio est

52 quia † super re feudali expressim statutæ sunt curiæ iudicia, & personæ quæ possunt decidere, & determinare. Ideo de feudis penitus sunt sublati arbitri, & arbitratores vt in eis non posset fieri compromissum in hoc Regno per *constit Diuę Memoriæ* §. *Arbi-*

53 *tria*. Vbi assignatur ratio, † quia de eis soli Magistro iustitiario delata est cognitio, & ibi *Afft. num.* 52. dicit compromissum esse nullum vna cum laudo inde secuto. *Intriglial.* 2. *centur. de feud. art.* 5. *num.* 144. *Milanis. decis. num.* 1. *lib.* 1. Vide *infra nu.*

54 58. Et quando est † quæstio iuris non fit compro-

55 missum, nisi † cum licentia Regis. Vide *infra num.* 59. quod non procedit si quæstio esset super quantitate, quia tunc compromissum fieri potest *Castill. decis.* 106. *num.* 40.

56 Hinc est quod causa vitæ, & militiæ non compromictitur, nisi controuersia sit in quantitate, vt puta in taxatione, quia tunc veniret compromictenda. *Petr. de Gregor. de Vita, & Milit. qu.* 8. quem sequitur *Intrigliol. singul.* 194. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 43. vbi *Vrsill. in addit. Galupp. in prax. nouiss. p.* 1. *c.* 3. *num.* 39.

57 Vita † enim, & Militia est onus feudi, & sic causa est feudalis *ex Intrigliol. dict. sing.*

58 194. Et hodie † in Regno solus Magister Iustitiarius, & quatuor Iudices Mag. Reg. Cur. de quæstionibus feudalibus abdicatiuè cognoscunt, & arbitria sunt abolita vt docet. *Castill. decis.* 106. *n.* 42. *ex const. statuimus const. Iustitiarij nomen, & const. Ma-*

59 *gna Curia*. Quamobrem † vt causa feudalis compromictatur semper requiritur licentia regis vt dixi *supra nu.* 54. & de magis communi testatur. *Aluarotta in c.* 1. §. *penul. de prohib. alien. feud.* quem refert *Castill. dict. decis.* 106. *n.* 43. tenet etiam *Petr. de Grigor. de Iudic. caus. feud. qu.* 7. *num.* 2. & *num.* 18. *Gramm. decis.* 103. *num.* 173. *Galupp. in prax. nouis. p.* 1. *c.* 3. *nu.* 15.

60 Tertio non compræhenditur causa spolij de recenti iuxta formam ritus, & Cap. Regni: cum sapiat criminalitatem. *Intrigliol. singul.* 193. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 84. *sub num.* 2. vbi *Vrsill. in addit.*

Blanc.

Blanc. de comprom. q. 4. nu. 26. Annib. super pragm. Neap. Odia col. 4. vers. etiam causa spoli fol. 20.

61 Quarto non habet locum statutum in causis spiritualibus etiam incidentibus vertentibus inter personas coniunctas de quibus legis lator non poterat etiam specialiter disponere, & statuere *Blanc. loc. cit. q. 4. num. 7.* & alij per eumdem *Intrigl. sing. 183. lib.*

62 *1.* Et vbi † causa principalis non est compromissibilis, incidens vel emergens articulus ex ea nec potest compromitti. *Blanc. eod. tract. de compr. q. 4. n. 22. vers. veritas tamen in contrarium Intrigl. sing. 185. lib. 1.* vbi plures citat. *Dec. cons. 44. n. 6.*

63 Quinto non habet locum in causa appellationis *Hypol. sing. 467. circa medium Intrigl. sing. 192. lib. 1. Vrsill. ad Affl. decis. 285. n. 2. Blanc. de comprom. q. 5. nu. 6. Ias. in l. eleganter n. 9. circa med. ff. de condit. Indeb.*

64 Sexto hoc statutum locum non habet quotiescumque mouetur quæstio, seu lis super re clara *Intrigl. sing. 182. lib. 1. tenet etiam Blanc. de comprom. q. 4. ver. contraria opinio* vbi testatur de communi *Caual. decis. 35. n. 8. p. 1. & decis. 45. n. 38. p. 1. Roman. cõs. 68. sub n. 8. ver. primo enim* & alij per eos, penes quos

65 habes † rem claram dici etiam præsupposita negatione partis aduersæ per euidentem calumniam vel absque calumnia, cum probatio esset in promptu, vel etiam præsupposita negatione iuris, vel facti apparentis.

66 Nisi † ius sit valde dubium, tunc autem iuris quęstio ęquiparatur quęstioni facti. *Capic. d. cis. 10. n. 20.* Vnde est locus compromisso. *Blanc. d. Comprom. q. 4. in princ. n. 1. Caroc. decis. 44. n. 21. Conner. ad Intrigl. sing. 182. lib. 1.*

67 Hinc est quod causa executiua non compromictitur, quia videtur super re clara prout dicimus de debito iurato vel promisso in instrumento guarentigiato seu confessionato. *Annib. in Prag. Neap. Odia col. 7. ver. nunc sequitur in textu fol. 22. Hypol. sing. 467. Ioseph. Ludou. decis. 47. n. 10. p. 1. Blanc. de compr. q. 4. n. 6, Intrigl. sing. 181. lib. 1. Abb. cons. 64. sub n. 2. vol. 1.*

68 Quod † quando instrumentũ esset clarum, & expeditum, secus si esset aliquo modo offuscatum ex contrarijs probationibus. *Socc. cons. 4. vol. 1. Surd. cons. 451. n. 50. Conner. ad Intrigl. sing. 181. lib. 1.* quia tunc non haberet executionem paratam vt in *Arb. seqq.* dicemus prout quando

esset instrumentum per sententiam vulneratum vt etiam dicemus. *Arb. seq.*

69 Septimo in sententia iam executa super qua non potest compromitti ex verb. eiusdē statuti ibi. (*& sententia mandata ad debita executioni.*)

70 Limita tamen in sententia quam partes declarauerint esse nullam, vel constet euidenter de nullitate. *Galupp. in prax. nouis. lib. 1. c. 3. n. 54. ex Marc. decis. Dalph. 466. Bald. in l. data opera col. antepen. C. qui accus. poss.*

71 Octauo denique principalem regulam limitare Posses in causis in compromisso non expressatis ad quas compromissum non extenditur, quia compromissum non potest extendi ad alia quam in eo expressata. *Rot. Roman. decis.* 34. *num.* 26. *Impress. post. tract. Salgad. in labor. creditor tom.* 2.

72 Tempus autem quo compromissum petere potest, in statuto non præfigitur. Ideo peti potest quandocumque, ante tamen dationem termini, quia post eum, prout alijs exceptionibus dilatorijs, censetur renunciatum. *Afflict. decis.* 185. *Capic. decis.* 48. *num.* 4. *Magon. decis. Lucen.* 73. *sub. n.* 11. quos sequitur *Galupp. in prax. nouis. p.* 1. *c.* 3. *n.* 10.

73 Vbi vult † quod, & si terminus datus sit, Attamen in continenti, immediatè post compromissum peti potest † dūmodo non sit detentum ad citationem ad præsentationē capitulorum, & testium iuramenta videndum vt per *Capic. loc. tit. & Borrell. citatum per dict. Galupp.* Et ideo † dixit *Intrigl. sing.* 191. *lib.* 1. quod nonobstante dicto statuto nō potest peti inter coniunctas personas fieri compromissum post factam publicationem in causa. Et † multo minus post factam conclusionē. *ex Blanc. de comprom. q.* 5. *n.* 3. *&* 4. *Annib. in Pragm. Neap. Odia col.* 8. *ver. & ibi etiam dicunt fol.* 21. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 285. *circa finem. Menoch. de Arbitr. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 3.

77 Petito itaque compromisso iudex habet manus ligatas. Nā à die quo petitur, iudex non poterit cognoscere de meritis causæ; Nisi † de his quæ concernunt executionem petitionis compromissi vt bene tradere. *Riminal. sen. in cons.* 574. *n.* 2. *vol.* 5. refert. *Galupp. in prax nouis. p.* 1. *c.* 3. *n.* 11.

79 Vnde statuti dispositio procedit, si petatur à litigantibus fieri compromissum, citato tamen aduersario, siue ex parte rei, siue ex parte actoris. *Blanc. de comprom. q.* 5. *in princ. & num.* 2. *Annib. super pragm. Neap Odia col.* 8. *vers. adde quod in textu nostro fol.* 22.

Lan.

Lan. Fran. in tract. de Arbitr. p. 7. q. 45. & alij per *Intrigl. sing.* 190.

80 Arbitri omnes à iure non prohibiti esse possunt, quia per statutum nostrum determinatæ non videntur personæ specificatæ. Personæ autẽ de iure prohibitæ sunt iudices ordinarij *DD. in l. iudex si §. siquis ff. de Arbitr. Pet. Ceued. in collect. Iur. Cano. 127. n. 2. p. 2. Mansuet. in pract. ciuil. tit. de Arbitr. n.* 8. quos sequitur *Galupp. in prax. nouis. p. 1. c. 3. n.* 25. Vbi restatur in illo Reguo seruari contrarium quia
81 † ibi Iudices ordinarij Arbitri esse possunt. Immo totum sacrum Concilium Regium prout de obseruantia etiam testatur Anna. in sing. 11. vbi refert decisum. Sed cum licentia Superiori stante pragmatica.

82 Secundo sunt Monaci, & Clerici Regulares, qui nequeunt vti Arbitri, vel Arbitratores iudicare. *Galupp. in prax. nouis. p. 1. c. 3. sub n.* 25.

83 Qui Arbitri electi cogi possunt inuiti ad recipiendum hoc onus tenet *Apost. ad Felin. in c. Pastoralis extr. de rescriptis & Reg. Rouit. in pragm. Neap. n. 28. 29.* quos refert *Galupp. in sua prax. p. 1. c. 3. nu.* 24. Vbi dat rationem quia cum sit introductum pro bono publico dicitur necessarium, & fauorabile. *Affl. decis.* 46.

84 At contrarium tenet. *Alex. cons.* 81. *Reuocatur. in dubio.* qui ait arbitros acceptare non compelli compromissum in eos factum per *text. in l. 3. §. tam & si ff. Arbitr. Tusc. concl. 461. n. 6. lit. A.*

85 Ideo antequam acceptauerint compromissum possũt illud simpliciter renunciare. *Tusc. loc. cit. num. 7. & Alex. cons.* 81.

86 Doctrina *Galupp.* procederet iuxta terminos pragmaticæ Neap. quæ disponit fieri compromissum in duos coniunctos vel communes amicos, & quoties Arbitri sunt vtrique parti coniuncti compelluntur acceptare. *Bald. in l. 1. §. quamuis Vbi pupill. educ. Marsil. in l. §. 1. ff. de rapt. virg.*
87 *n.* 202. Extranei † vero ad acceptandum compelli non possunt. Nisi semel acceptauerint compromissum, quia tunc laudare compelluntur. *l. 3 §. 1. ff. de Arbitr. Glos. in l. fin. C. de contrah. empt* & refert *Tusc. concl. 461. n. 10. lit. A.* quod ita seruatur quod fiunt mulctæ pecuniariæ arbitris recusantibus laudare. Iurantũ
88 † quod non valet renunciatio facta etiam ad instantiã vnius partis, quia sicuti post quam acceptarunt dicuntur obligati vtrique parti, ita non possũt absolui, nisi de consensu

vtriusq-

vtriusque partis compromictentis. *Alex. conf.* 81. *in princ. n. 2. & seq. lib. 5. Tusc. concl.* 461. *nu.* 8. *lit A.* vbi *n.* 9. ex-
89 tendit † hoc procedere etiam si Arbiter, vel Arbitrator expressè compromissum non acceptassent, Quia compromisso adhuc renunciare non posset, si postquam sciuit, non
90 contradixit. † Nisi de consensu ambarũ partium. *Alex. dict. conf.* 81. *n.* 3. *& seq. ver. secundo vero. casu lib.* 5.

91 Arbitri igitur sic legitimè electi debent procedere de iure, & de facto vt dictat statutum nostrum ibi: (*qui arbitri in modo procedendi procedant de iure & de facto.*) Et hoc casu
92 possunt † committere iuramenta testium, & illorum examen. *Bald. conf.* 296. *in fin. lib.* 1. *Tusc. concl.* 452. *n.* 3.

Inde compilato processu debent laudum proferre cita-
93 tis partibus. Quia † citatio est necessaria ad laudum proferendum per Arbitros. *Baron. de citat. q.* 16. *n.* 205. *tom.* 1.
94 vbi *n.* 207. Refert † sufficere vnicam citationem ad audiẽdum laudum, sine particulari citatione ad alia ex *Fab. Turret. conf.* 8. *n.* 1. *lib.* 3. *Ricc. decis. Curiæ Archiep. Neap.* 64. *nu.* 7. *p.* 1. *& decis.* 87. *nu.* 6. *p.* 2.

Sed aduertant Arbitri vt
95 causam expediant ad altiùs infra sex menses cursuros post causam conclusam. Alias incidunt in pœnam vnciarum 100. pro quolibet, Fisco Regio applicandam vt expressè statutum dictat ibi. (*e li ditti Arbitri diggiano expedire ditta infra misi sei post causam conclusam alias incidant. in pænam vnciarum centum pro quolibet applicanda Regio Fisco.*)

Ex quibus apparet terminũ mensium sex, infra quem Arbitri laudare coguntur, currere à die post conclusionem in causa, nempe post quam causa erit conclusa. Sed quando causa dicatur conclusa *dixi in prax cap.* 3 ....

96 Lato laudo de iure partes ab eo appellare possunt via reductionis ad Arbitriũ boni
97 viri qua † pendente laudum exequi non potest vt dicam *Arb. seq. vers. quecuncta procedunt n.... ex Mastrill. decis.* 9. *n.* 12. *&* 15.

98 Vbi † ampliat procedere non obstante pacto de non opponendo, & statuto tribuente executionem laudo. *Macerat. resol.* 4. *n.* 9. *lib.* 2. *Grass. super const. pragm. Comit.*
99 *Castri* § 48. *n.* 1. † quia reductio ad Arbitrum boni viri species est appellationis *l. non distinguemus* §. *cum quidam ff. de Arbitr. Galupp. in prax. p.* 1. *c.* 3. *num.* 37.

001 Actamen in in casu nostro

puto

puto appellationem quoad suspensiuum non admicti debere quia in causa inter personas coniunctas stante forma Cap. Regni non suspenditur executio laudi per reductionē ad arbitrium boni viri vt refert pluries decisum *Mastrill. decis. 90. n. 20.*

101 Maxime stante pacto de non opponendo apponi solito in contractu compromissi, ob quod hodie in Regno omnis cessat difficultas stante *Pragmatica Comitis Castri* §. 48. per quam disponitur sic (*la redutione ad arbitrium boni viri stante il patto de non opponendo, non suspenda l'executione del laudo.*) Quæ constitutio omnino seruanda est *l. omnes Populi vbi Bart. & DD. de Iustit. & Iur.* dicit in terminis *Groff. super dict.* §. 48. *Comitis Castr.*

102 *n.* 3. Ideo cum habeamus statutum non est vlterius inuestigandum vt dixi. *in prax. cap. 4. n. 109.* per *text. in l. Ancilla C. de furtis, & Giurb. obser. 78. num. 16.*

103 Quod quidem remedium reductionis ad arbitrium boni viri etiam denegatur quando fit compromissum in aliquem de mandato Principis, & ei promictitur quod nec reuisionem nec reductionem ad arbitrium boni viri petent. Sic fuisse decisum viuæ vocis Oraculo per Proregem refert *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. p. 6. sub. n. 169. vers. quod etiam seruari vidi* quem sequitur *Groff. in constit. pragm. Comitis Castri* §. 48. *n.* 25.

104 Et hæc reductio ad arbitrium boni viri ad iudicem ordinarium loci ad quem spectabit interponi debet iuxta nostrum statutum ex illis verb. textus. (*Exinde partes habeant vnam reuisionem tantum coram ordinarijs locorum ad quos spectabit*) Vnde † si arbitrorum vnus esset Clericus, & alter Laicus ad superiorem Clerici est appellādum. *Bald. in l. præcipimus C. de appellat. Anchar. conf. 509.* Nisi † partes expresse tunc conuenerint in compromisso, quod in casu appellationis iudex ordinarius Laici adiri debeat vt de obseruantia testatur *Galupp. in prax. par. 1. c. 3. n. 29. in fin.* Et hic recursus † competit infra annos triginta *Abb. in c. Quintaualis de Iure iur. differ. 8. Affl. decis. 132.* est cōmunis opinio vt refert *Maran. tit. de appell. n. 112.* latè *Bart. in l. societatem* §. *arbitrorum nu. 22. ff. pro socio* (licet *in l. qui arbitro ff. qui satisd. cog.* teneat contrarium, vt infra scilicet decem dies debeat appellare) contra eum docet *Mut. in consuet. Pan. c. 26. n. 80.* tenet etiam *Galupp. in prax. nouis. p. 1. c. 3. num. 37* qui

qui assignat rationem quoniam in statuto dum tempus non statuitur, erit secundum Ius commune nempè 30. annorum.

108 Sed à sententia Iudicis Ordinarij confirmantis, vel reuocantis laudum de Iure appellari potest. Vt latè post *Alex. in cons. 106. nu. 6. col. 3.* probat *Muscatell. in eius prax. Gloss sententiam num. 87. Pascal. de virib. patr. potest. c. 8. p. 1. num. 46. Galupp. in prax. nouiss. p. 1. c. 3. num. 41. Benitend. in decis. Roman. 15.* vbi docet modum formandi huiusmodi appellationem.

109 Sed in Regno Neap: attenta illa pragmatica. *Galupp. loc. cit.* dicit appellationem non audiri, nisi prius facta reali executione præstita per victorem cautione de restituendo in casu succumbentiæ.

110 Prout in hoc Siciliæ Regno etiam seruatur, vbi non auditur appellatio à sententia Ordinarij confirmantis, seu reuocantis laudum. Quia ex dispositione nostri Statuti tantum conceditur vnica reuisio coram ordinario locorum ad quos spectabit. ibi (*vnam reuisionem tantum coram ordina-*

111 *rijs locorum.*) Quæ † dictio (*tantum*) est restrictiua, & taxatiua vt dixisse memini *in Arb. 6. n. 12.*

Vltra quod dum laudum Arbitrorum stante statuto, & pacto de non opponendo fuit inappellabile, & non obstante reductione ad arbitrium boni viri executioni demandatum fuit. Ita & procedi debet in sententia Iudicis Ordinarij, reductionis ad arbitriũ boni viri, vt paria hæc iudicia iudicentur.

112 Denique pro coronide huius Arb. Nota quod Arbitri possunt vt suspecti recusari, *text. est in l. licet. cum Gloss. ff. de recept Arbitr.* Sed † non erit 113 seruanda forma Pragmaticæ de recusatione Iudicium; quia Pragmatica propriè loquitur de Iudicibus Ordinarijs secũdum leges communes *vt diffusiùs suo loco Arb. particulari de materia recusationis dicam.* Et in terminis firmat *Galupp. in prax. p. 1. c. 3. nn. 45.*

114 Sed Arbitrorum sententiæ an, quomodo, per quos, & quando sint exequendæ, & de materia executionis laudi. *Vide cap. rit. 179.* & ibi omnes Scribentes.

SVM-

SVMMARIVM ARB. XXXI.

Quo-

Vxorem in dubio omnia bona dedisse in dotem præsumitur n. 122.

Maritus an, & quando teneatur via executiua pro oneribus repertis in bonis dotalibus num. 123. 124. 125. 126. 127. 128, 129. 130.

Vxoris obligatio facta in vtilitatem viri est nulla nu. 131.

Executio procedit ad instantiam, & contra fidecommissarium vniuersalem n. 132.

Tertius tenetur via executiua super re, vitio litigiosi possessa nu. 133.

Sententia de iure habet executionem paratam, dummodo sit transacta in rem iudicatam n. 134. 157.

Sed infra annum Quia post annū proceditur actione in factū, & per viam cedulæ nu. 135.

Et quid si executio infra annum incepta sit, an post annum exequi possit n. 136.

Sententia exequitur à proferente, & ab alijs iudicibus, & quādo n. 137.

Sed contra condemnatum eiusque hæredes, nō autem contra singularem successorem n. 138.

Executio procedit contra possessorē rei, in cū alienata, in fraudem paratę executionis n. 139.

Amplia n. 140.

Res litigiosa alienari non potest, & alienatio est nulla nu. 141.

Litigiosam rem alienans aliquādo ponitur, & pæna cui applicetur? n. 142.

Limita n. 143. 144.

Litigiosi vitium quando cessit? n. 145.

Litigiosa res quando efficiatur n. 146. 147.

Sententia an exequi possit contra Clericum super re possessa vitio litigiosi, & per quem Iudicem secularem proferentem, an Ecclesiasticum num. 148, 149. 150. 151. 152. 153. 154.

Iudex Ecclesiasticus an cognoscit possit de iustitia, siue iniustitia sententiæ latæ per Iudicem secularem n. 155.

Iudex Ecclesiasticus, vt exequatur sententiam latā à seculari, debet habere literas requisitorias à Iudice laico nu. 156.

Executio sententiæ, an, & quando fiat à Iudice à quo, vel à Iudice ad quem n. 157. 158. 159. 160.

Appellatio datur ab interlocutoria super desertione appellationis n. 161.

Contra n. 162.

Citatio an requiratur ad dicendū causam, quare sententia exequi non debeat, deserta appellatione n. 163.

Laudum arbitri, & arbitratoris habet executionem paratam n. 164.

Limita n. 165. amplia limitationem n. 166. 167.

Sublimita n. 168.

Sublimita secundo n. 169.

Ex-

Exe-

Cur-

ARBOR XXXI.

DE TEMPORE INFRA QVOD CONTRACTVS habent executionem paratam, seu quo præscribitur via executiua. Ad intellectum cap. ritus 102. 111. & 132. & constit. Prag. Comitis Castri §. 21. & de materia viæ executiuæ.

Contractus executionem paratam habere, maximum est priuilegium cum
1 † debitor, non citatus, ad instantiam creditorum, incipiendo ab extrema parte iudicij ad soluendum cogatur contra iuris communis dispo-
2 sitionem † ne contractus executionem paratam habeant, prohibentis in *l. minor 25. annis cum similibus ff. de minori*

3 Et licet per textum *in l. 3. vbi Bald. C. de pignor. & l. Tutia cum testamento 1. ff. de leg. 3.* videatur disponi contrarium, cum ibidem concedatur executio instrumento. Tamen ibi loquuntur iura de priuata executione, in qua non requiritur aliquis ordo iudiciarius secus in publica, & iudiciali, & ita intelligit *Ias. in l. qua delegato n. 6. & 7. ff. de leg. 1.*

4 Et sic de iure communi nō datur instrumentis executio, nisi sint iuramento firmata iuxta *text. in l. 2. & ibi Bart. de Iure iur. Ias. in §. si quis 3. col. in fin. Instit. de action. de Septimo super rit. Cap. 102. lit. E. & Montalt. in cap. rit. 101.*
5 *in princ.* Quoniam † ordo iudiciarius omnino de substantia est, qui pactis priuatorum tolli, nec peruerti potest *Glos. in cap. de causis extr. de offic. deleg. l. in sacris C. de proxim. sacror. scri. lib. 12.* Et statutum
6 † simpliciter disponens, instrumenta publica executionem habere paratam, est iuri contrarium per dict. *l. minor 25. annis Boer. decis. 195. n 5.*
7 Ideo † est odiosum *Corn. consil. 31. col. 1. & seq. vol. 3.* Et stri-
8 ctissimè † intelligendū ac interpetrandum *Fimia ru. 101. in princ. Blasc. Lāc. ibid. in princ.*
9 Sed *Viuac. super dicto rit. 101. ex Bart in l. de quibus ff. de legib; in 5. col.* dicit, quod bonum est statutum, & consuetudo, quibus instrumenta executioni mandantur.

10 Quarè Rex noster Alfonsus executionē paratam concessit instrumentis expressatis *in cap. Rit. cum varia quod est cap. 100. cum duobus Capitib. sequentibus nempe cap. 101. 102.* nimirum instrumenta mutui commodati, depositi pecuniæ, rerum data-

datarum ad negotiandum, venditionis mercium, & inuentaria bonorum pupilli. proue melius ex tenore eiusdē *Cap. Ritus* 102. *&* 114. patescit.

11 Dummodo instrumentum sit publicum, & in publica forma redactum, confectum in Sicilia, & omni viris solēnitate completum, quod de iure probet obligationem expressam, & præsentem, scilicet petitionis tempore inducat, & quod non egeat probatione extrinseca. Vt in dicto *cap. rit.* 101. insuper, & quod exequatur infra decem annos, Vt infra dicam.

12 Hinc est quod debitū conditionatū non exequitur, quoniam cum obligatio non videatur expressa, & præsens, pro eo non fit executio *Blas. Lanc. super Rit. dict. cap.* 101. *sub lit. D. & de Septim. eod. loco. lit. C. Mut. ibid. n.* 73.

13 Et ratio est, quia conditio nil ponit in esse. *l. cedere diem ff. de verb. signific.* nisi condi-

14 tio † fuisset purificata, quia tunc Ritus locum habet. *Ang. in l. seruus* §. *Titius hæres ff. de vulg. & pupill. de Ballis super pragmat. pragm. vnic. tit.* 22.

15 *nu.* 34. † Debet tamen prius cōstare purificatam esse conditionem. *Fimia super eod. Rit.* 101. *lit. B. ex Bald. in l. cum te in fin. C. de manumiss. testam.*

16 Prout quando executio non potest fieri super aliqua re, nisi in defectum aliarum, quo casu debet prius constare de defectu. *Milan. decis.* 5. *nu.* 44. *lib.* 1. *vbi de communi opinione, & communem dicit etiam Couarr. var. resol. c.* 1. *n.* 2. *lib.* 2.

17 Sed an requiratur declaratio? Vide eumdem *Milan. dict. decis.* 5. *n.* 75. vbi quod non. Et hanc esse veriorem Doctorum resolutionem testatur *ex Gabriel. lib. concl. tit. de fideiubs. concl.* 1. *n.* 54. *Perus. decis.* 21.

18 Et licet *Graff. de except. except.* 33. *nu.* 17. *Couarr. var. resol. cap.* 11. *n.* 2. *lib.* 2. dicant, quod priùs debeat constare Iudici, citato reo, quod iam euenerit conditio, & postea debeat fieri executio, aliàs non posset. Tamen *Burg. de laudim. p.* 3. *insp.* 40. *nu.* 65. ait, quod

19 hoc de consuetudine nō seruatur, sed sufficit, vt conditionis euentus probetur parte incitata. Allegat *Cumiam sup. rit. ord. suo cap.* 6. *num.* 102. *de materia, vide eiusdem de Graff. loc. pracit. à n.* 17. *cum seqq.*

20 Hinc etiam est, quod scriptura priuata executionem paratam habere non potest. *Castill. decis.* 109. *nu.* 35. *&* 46. *Intrigl. singul.* 195. *lib.* 2. *de Graff. super const. pragmat. Comitis Castri* §. 27. *n.* 1. vbi ha-

21 betur hoc procedere, † licet testibus fuerit approbata, sigillo signata, recognita, vel

contrahentium pacto fuerit conuentum, quod habeat paratam executionem, tanquam publicum instrumẽtum. Nisi
22 esset † à Scribente iudicialiter cognita secundum *Bald. in cons. 134. lib. 3. & Felin. in cap. post cessionem col. 2. extr. de*
23 *probat.* Vbi † inferunt ad literas concessas etiam sub sigillo, quia hæc non habent etiã executiuam, sed via actionis agere oportet, & mox sententiam obtentam exequi facere. *Mut. sup. rit. dict. cap. 101. nu.*
24 59. Nec † fieri potest per pactum, quod credatur scripturæ priuatæ, tanquam publico instrumento. Vt supra diximus. Adde *Boer. decis. 295. nu. 18. & 19. Bonior. & de Podio in dict. cap. ritus 101. & Mut. ibid. n. 1. & nu. 60. ac de Sept. dict. cap. 101. ritus lit. A.*
25 Et † ratio esse potest, quia priuata persona non potest facere Notarios publicos. *Innoc. in cap. cum P. tabellio de fide instrum.*
26 Et si scire cupis, quod nam sit instrumentum publicum, & quod priuatum: scias, quod publicum est, quod manu publicæ personæ, publicam authoritatem habentis, est cõfectum, vt per Notarium, seu tabellionem. *c. 2. & c. inter dilectos de fide instrum. auth. at si contractus C. de fide instrum. Percoll. super rit. 101, lit. E.* Publicum etiam dicitur instrumentum, si scriberetur apud acta publica *l. gesta C. de re iudic.* dicitur ac etiam publica scriptura, cui de iure, vel cõsuetudine creditur. *Aloys. de Septim. super rit. cap. 101. lit. D. Incert. auth. in eodem rit. lit. C.* Vnde teneo quod in terris, & oppidis, vbi, ob defectum Notariorum, & tabellionum, instrumenta conficiuntur per manus Magistri Notarij, tanquam publicæ personæ, ea paratam habent executionem ex consuetudine, & ita practicari vidi multis in Terris Baronum.
27 Scriptura vero priuata, seu instrumentum priuatum est, quod à quocumque scribitur, & istud non probat pro Scribente. *l. non exemplo, & l. non*
28 *epistolis C. de probat.* Sed † cõtra Scribentem plenè probat. *L. publica Meuia. §. fin. ff. depo sit. Bart. & omnes in l. admo-*
29 *nendi. de Iure iur.* & in † istis priuatis instrumentis non habet locum ritus noster, executionem instrumẽtis tribuẽs, quia tantum locum habet in publicis instrumentis. *de Septim. dict. cap. rit. 101. lit. E. Rizz. ibique, & Incert. author ibid. lit. E.*
30 Limita primo in literis cãbij, quæ licet sint scriptura priuata, tamen paratam habent executionem: sub hac vero

vero intelligentia, nimirum contra mandatarium cui diriguntur, si ab eo acceptarentur coram Notario publico, vel per priuatum chirographū recognitum, iuxta ius commune *Mascard. de probat. concl.* 990. *literas cambij n.* 7. *Mastrill. decis.* 9. *& decis.* 221. *nu.* 2. *per tot. Scaccia de commercijs* §. 7. *Glos.* 2. *nu.* 3. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *nu.* 1483. *&* 2371. *& seq. & num.* 2491.

31 Hæc autem recognitio quomodo fiat. Vide eumdem *Gait. loc. cit. c.* 2. *tit.* 8. *n.* 2617. *vsque ad num.* 2951. vbi otto refert modos, quibus apòca priuata recognosci possit.

32 Contra vero Scribentem executionem habent paratam etiam si non sint acceptatæ, dummodo dictæ literæ non acceptatæ protestentur: deinde recognoscantur à scribente, vel probenter (formam protestationis tradit *Scacc. de commercijs* §. 7. *Glos.* 2. *n.* 19.) & tunc contra scribentem via executiua proceditur ad pecuniarum restitutionē *Bellon. decis.* 2. *n.* 36. *&* 37. *decis.* 4. *n.* 7. *decis.* 8. *n.* 19. *& decis.* 50. *n.* 1. *Scacc. de commerc.* §. 2. *Glos.* 5. *n.* 316. *&* §. 7. *Glos.* 2. *nu.* 4. *&* 5. *& per. Glos. sequentes Carlenal. de iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 6. *n.* 23. *vbi n.* 24. ait, quod scribens nec liberatur per acceptationem literarum, nisi sequatur effectiua solutio pecuniarum remissarum, & testatur de generali consuetudine mercatorū: etiā de iure cōmuni hoc procedere refert *de Franch. decis.* 303. *Farinac. decis.* 679. *p.* 1. *tom.* 2. *Mut. super rit.* 114. *n.* 36. *Bellon. decis.* 2. *nu.* 40. *&* 41. vbi dicit, hanc esse generalē, & notoriam Mercatorum Genuentium consuetudinem tenet etiam *Mastrill. decis.* 9. *n.* 7. *&. decis.* 221. *num.* 17. *Gratian. discept. foren. tom.* 1. *cap.* 64. *n.* 4. *&* 5. *Scacc. de commerc.* §. 2. *Glos.* 5. *n.* 322. *Gait. de credit. c.* 2. *tit.* 7. *num.* 2377. *& Bero. cons.* 33. *num.* 12. *lib.* 3. *Honded. cons.* 29. *n.* 7. *& Mastrill. decis.* 9. *nu.* 7.

34 Qui volunt † literas cambii de iure habere executionem paratam, & celerrimā. Quamobrem licet in ritu aliqua connumerentur instrumenta, quibus priuilegiū executiuū tribuitur, alia tamen non expressata in dicto ritu, quæ de iure communi executionem habent paratam, à ritu inter causas executiuas, & priuilegiatas habentur, & non excluduntur *Genitor Meus in addit. ad meam prax. ad cap.* 2. *n.* 3.

35 prout in † sententia, quæ non nominatur à ritu inter causas executiuas, & tamen, quia priuilegium de iure communi executiuum, habet etiam exe-

executionem paratam. *ad text. in l. 3. & ibi Bald. Salyc. & omnes DD. C. de execut. rei iudic. Mastrill. decis. 67. n. 11. & dicam infra limit. 8.* Igitur
36 † literæ cambij habent executionem paratam etiam de iure communi, & in Regno eis tribuit executiuum priuile-
37 gium *Rit.* 114. Etiam de persona: *Rit* 124.
38 Limita secundo in apodixa ad Tabulam, vel Banchum directam, quæ licet sit scriptura priuata, actamen executionem habet paratam, etiam super bonis debitoris ex *Prag. Comitis Castri* §. 27. Et absque
39 † quindena ex alia *Pragmat. Marci. Ant. Columna tit.* 16.
40 *p. 2. §. 1. & 2. fol.* 45 licet † de consuetudine detur quindena dierum quatuor ad soluendum, non ad opponendũ *Amat. resol. 57. a n. 8. ad nu. 13. cum seqq.* qui *nu.* 27. dicit
41 quod † dum detur via executiua, & denegatur quindena per consequens istæ apodixæ implicitè continent pactum de non opponendo, licet non contineant pactum ad discursum sequitur *Groff. in constit. pragm. Comitis Castri dict. cap. 27. n. 11.*

Verum mihi videtur dictũ *Amat.* sentijsse de apodixa facta infra annum, non autem post annum infra decennium & cum causa quia tunc datur quindena de soluendo absque pacto de non opponendo vt etiam tenet *Baron. de citat. tom. 2. in add. ad q. 5. num. 23. fol.*
42 189. Præsentatis † autem oppositionibus, proceditur in causa oppositoria iuxta formã ritus. *Idem Baron. loc. cit. num. 19. 20. & seqq. vbi in nu. 23. Respondet Amat. resol. 57. nu.*
43 25. quem loquutum fuisse infra annum dicit *& Cutell. de donat. tract. 2. disc. 1. spec. 32. n. 20.* testatur de obseruantia. Ego quoque obtinui in R. C. Capitaniali huius Ciuitatis in fauorem Libertini la Scalia de anno 1651. virtute apodixæ directæ oneratorio eiusdem Ciuitatis, quod quidem oneratorium, prout alia oneratoria est adinstar banchorum, & compræhenditur sub dispositione dictæ Pragmaticæ, loquentis de apodixa ad Tabulas, aliosque banchos, & ita seruatur.
44 Si vero esset elapsum decennium, non poterit via executiua procedi, sed per viam cedulæ ex *Nouar. quæst. for. 70. n. 3. lib. 2. citato per Baron. loc. precit. ad quæst. 5. n. 25.*
45 Debet etiã continere causã aliâs earum vigore non potest
46 procedi via executiua, quia † obligatio sin causa non valet *Burg. de laudim. p. 3. insp. 40. num. 90. in terminis dictus Baron. loo. præcit. num. 26. &*

Cutell.

Cutell. dicto spec. 32. num. 20.

47 Sed an hoc statutum tribuens istud priuilegium executiuum apodixis ad Tabulã, vel banchum, comprehendat Clericos? quod non videtur tenere *Ricc. decis. 249. par. 4.* Et sic Clericus debitor ex apodixa directa Tabulæ, Bancho, vel onerariorio, non potest conueniri iuxta præscriptũ dictæ pragmaticæ tenet *Giurb. obser. 104. nu. 34. vbi plurib. comprobat quem sequitur de Groff super constit. pragm. dict. §. 27. Comitis Castri*

48 *n. fin.* Sed contrarium seruari vidi in hac Curia Episcopali Agrigentina, precisè anno præsenti 1659. contra Sacerdotem D. Michaelem Rizzo ad instantiam Nicolai Antonij Pancucci, qui executionẽ exercuit contra dictum de Rizzo Sacerdotem vigorẽ apodixæ directæ oneratorio huius Ciuitatis ex causa de contanti, & præsentatis oppositionibus fuit processum in causa oppositoria. Et licet

49 † apodixa fuisset bancho frumentario directa, & creditum in summa seu quantitate fru-

50 mentorum actamen † ritè, & rectè in frumento executio causata fuit quia executio causari potest vel in frumentis, vel in alia specie, aut in pecunia in defectum executio

51 enim formatur † sibi *mandata est executio in salmis decem frumentorum recollectionis anni X. indit. (prout fuerit facta Obligatio) & in defectu ad pretium, & interesse quanti plurimi* Vide *Mut. decis. 53. nu. 22. & tetigi in prax. cap. 2. n. 21. & seq.*

52 Tertio limita, etiam viã executiua procedi posse virtute capitulorum matrimonialium, licet sit scriptura priuata: Nam & si scriptura priuata executionem paratam non haberet, etiam per partium inuentionem, vt superiùs diximus. Nihilominus contrarium procedit in capitulis matrimonialibus ea enim paratam habent executionem,

53 licet † absque pacto de non opponendo, & ad discursum. Secundum aliquos tenet etiã *Castill. decis. 211. nu. 5.* Secus si fuerint tradita Notario ad conseruandum, & in eis adsit pactum de non opponendo, & pactum ad discursum, quia hoc casu de eis iudicatur prout in contractu matrimoniale à manu publici Notarij confecto cum pactis prædictis docet *Castill. dict. decis. 211. nu.*

54 *8. 9. 19. 20.* Et quod habent viam executiuam capitula matrimonialia data Notario ad conseruandum etiam stante statuto ritus 101. docent *Cumia super rit. ord. suo cap. 6. n. 87. 88. & rit. 19. n. 86. & rit.*

rit. 38. n. 419. Mut. super rit. 114. n. 26. qui refert decisum tenet etiam Giurb. in Consuet. Messan. cap. 13. Glos. 3. p. 1. n. 24. Cutell de donat. tract. 1. disc. 2. part. 8. nu. 22. 23. 24. vbi de more iudicandi testatur, quicquid sit de iure communi *Costa Siculus cons. 19. n. 11. & 12. vbi refert pluriès decisum. Idem Giurb. obser. 48. a num. 1. & seq. vbi in nu. 5.* reijcit opinionem *Amat. resol. 8.*

55 Quarto limita contra debitorem ex Chirographo, qui poterit ad instantiam creditoris via executiua cogi, vt de eo publicum conficiat instrumentum, & personaliter se

56 obligare. Imo absque † alia interlocutione inscriptis, sed hoc Oretenus, & de facto mãdando ex *Cutell. de donat. tract. 2. disc. 1. spec. 32. n. 437. & spec. 8. n. 17. de Grass. in constit. pragm. §. 25. num. 26.*

Regulariter itaque instrumentum, vt executionem paratam habeat, publicum, & in publica forma redactum

57 esse debetNec † non requiritur, vt habeat obligationem expressam, & præsentem. *Ex rit. 101.* ibi *quod de iure probet obligationem expressam & præ-*

58 *sentem.* Vnde locum tantum habet contra nominatum in contractu, & non contra tertium, etiam rei obligatæ possessorem. *l. 1. & tot. tit. C. quibres iuaec. non nocet l. sepè 63. ff. de re indic. & infiniti per Carleual de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 11. n. 1.* Quia tertius non videtur expresse obligatus, ideo

59 † non potest cogi via executiua tetigi in *Prax. 1. 2. n. 8. ex Intrigl. sing. 100. nu. 5.* & ibi *Conuers. lib. 2. idem tenet latus in Rit 101. lit. A. in fin. & Mut. ibid. n. 56. & dixi plenius Arb. 7. a n. 1. cum seqq.*

Hæc autẽ regula, quod cõtra tertium in contractu non obligatum executio non procedit, multipliciter limitari potest.

60 Primo limita non procedere contra hæredes debitoris qui possunt executiuè conueniri pro debito testatoris, licet in contractu non sint expresse obligati *ex Rit. 103. & ibi Mut. & scribentes. & dixi in prax. super rit. cap. 2. num. 2.*

61 quia hæres personam defuncti repræsentat, & in statutis debitoris appellatione venit eius hæres vt ait *Amat. resol.*

62 *58. n. 16. & 17.* Et hoc locum non solum contra primos hæredes, sed contra secundos, tertios, & vlteriores hæredes in infinitum *Amat. resol. 13. n. 1.* licet Ritus mentionem faciat de primis, & secundis hæredibus. *Cumia super rit. ord. suo 8. num. 4. Intrigl. sing. 154. lib. 2. Genitor meus in add.*

ad

ad meam prax. super rit. ad cap.
63 *2. ad n. 2.* Quia post primos hæredes, omnes alij dicuntur secundi *per Glos. l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit.* tetigi
64 *Arb. 24. nu. 32. & 33.* Prout post primas nuptias, omnes aliæ dicuntur secundæ, etiam si numerus ignoretur *Tot. tit. de secund. Nupt. Idem tenet de septimo & Ant. Canc. rit.* 103.
65 Sed deber probari Mors, & successio vt tetigi *in prax. super rit. cap. 2. n. 13. 14. & 21.*
66 Mors etiam non præsumitur, sed est probanda, cum quilibet præsumatur viuere *l. vlt. C. de Sacrosan. Eccles.* Et in
67 casu nostro Mors † est fundamentum intentionis mortem allegantis vt animaduertunt *Glos. & DD. in l. 1. §. si quis se neget ff. quemadm. testam. aper.* Maximè, quia hæc probatio omnino requiritur ex dispositione *Ritus cap.* 103. ibi *Probata Morte, & successione.*

Et si scire cupis, quomodo
68 probetur Mors scias † primo probari per ostensionem testamenti. Secundum *Cumiam super rit. prædicto* 103. *sed ord. suo cap. 8. n. 9. circa medium ex Bart. in l. fin. col. 4. l. de edict. Diui Adrian. Caball. Mil-*
69 *leloq.* 502. sed contrarium videtur sentire *Alex. in dicta l. fin. num.* 17. *Fulgos. ibid. nu.* 10. *ibiq. Sapia. num.* 23. ex illa generali regula, quod quis præsumatur viuere vsq. ad centum annos vt loco suo dicam.

70 Has contrarias opiniones conciliat *Menoch. in tract. de adipisc. poss. remed. 4. nu. 669.* Vt scilicet prima opinio procedat, quando hæres exhibet testamentum sibi datum à Notario (authore Prætore) (vt quando testamentum fuisset solemne, & sic apertum cum Iudicis præsentia) quia tunc pro Iudice est præsumptio, quod non censeuisset aperiri, & tradi testamentum, nisi sibi copertum fuisset de Morte Testatoris, & tali casu procedit dicta prima opinio, tanquam communis. vt tenet *Mascard. de probat. concl.* 1074. *num* 8.

Altera vero opinio locum habet, quando hæres habuit testamentum aliundè, quam iudicialiter authore Prætore quo casu Mors non probatur, sed aliter probanda est quam distinctionem tenet etiam *Mascard. dict. concl.* 1074. *n.* 6. 7. 8. *&* 9. vbi in fine dat cauthelam pro hærede ad se subleuandum ab onere probandi mortem testatoris, vt scilicet curet sibi tradi iudicialiter, & authore Prætore exéplum testamenti.

71 Secundo probatur per vnũ testem, qui viderit eum mori, vel sepelliri, & famam publicam *Cumia super rit. ord. suo 8. nu. 9. Blasc. Lanc. dict. rit. 103.* Quod intellige, si mors
72 † sit non antiqua, sed recens; quia si antiqua, non probatur per famam *Mascard. de probat. concl.* 1071. *n.* 4. si vero Mors esset de longinquo, tunc probari per famam dicit *Genuen. decis. 36. n. 5. Dec. cons.* 652. Vide *Crauett. cons. 127. num. final.*

73 Tertio probatur ex defuncti consanguineorum veste lugubri, & squallida. *Bart. in l. 2. §. sed si dubitetur nu. 2. ff. quem ad testam. aper. Alex. cõs. 27. col. 2. vol. 7. Mascard. concl. 1076. num. 1. de probat.*

74 Quarto probatur ex testimonio duorum, qui dixerunt se vidisse illum vita functum, & Tumulo mandari *Menoch. de dipisc. possess. remed. 4. num. 675.* & placuit *Abbat. de Rosa in l. conditionem n. 1. ff. de cõdit.*
75 *& demostrat.* Quod ampliat *Mascard. dict. conclus. 1076. num. 3.* vt procedat, etiam si testes essent sanguine coniuncti, quia nihilominus probant: Melius enim probatur mors per consanguineos, quam per extraneos, quia potiùs præsumitur consanguineos scire Mortem consanguineorum, quam extraneos *Corn. cons. 10. col. 2. in fin. vol. 1. & dictus Mascard. loc. prox. cit.*

76 Quinto probatur per fidem Parochi, ex libris ipsorum, in quibus describi solent nomina mortuorum.

77 Sexto probatur quando inter liberos, & consanguineos aut socios, quis habebatur pro mortuo *Arism. Teppat. in suo tract. titul. diuers. titul. de probat. mort.*

78 Septimo sufficienter probata dicitur Mors ex eo quod Iuuenis Bellicosus per Mundum vagari cæpit, & ab eo tempore, quod de eius vita dubitari cæpit, lapsum erat quinquennium. *Ioseph Ludou. decis. Perus. 30.*

79 Octauum, & alios modos, quibus probatur Mors. Vide apud *Mascard. de probat. concl. 1077. Boer. decis. 288. vbi scribit plures opiniones Cappell. Thol. q. 313. in add. Ludou. Perus. decis. 12. & 30. & Gaball. Milleloq. 503.*

80 Quo vero ad successionem scias, quod successio probatur per testes deponentes de aditione hæreditatis, & non de possessione bonorum: sufficit autem probare communia bona defuncti possidere, sed testes dicere debent

adi-

adiuisse *Roman. in l. nec intentio C. de transact. & Vide Cumiam super rit. ord. suo cap. 8. n. 10. & dicam infra n. 83.*

81 Multis autem modis hæreditatis aditio probari potest primo per verba, quæ nulla dubitationē habent, sed sunt clara, & dispositiua vt si quis dixerit, gero me pro hærede *l. pro harede ff. de acquir. hared.* vel dicat, accipio, vel apprahendo, agnosco, vel similia; (prout hodie vtuntur Notarij in confectione actorum aditionis hæreditatis) tunc enim non est ambigendum aditionem hæreditatis probari. *Bart. in l. gerit nu. 9. vers. circa primum ff. de acquir. hared. & alij per Mascard. qui hanc conclusionem amplias & limitat in concl. 41. n. 2. de probationibus.*

82 Secundo probatur per facta: quæ cum sint multa, & diuersa vide *dictum Mascard. concl. 43. de probat.*

83 Tertio probatur aditio hæreditatis, per bonorum possessionem, nimirum, quando quis possidet bona hæreditaria defuncti. vt supra dixi *vers. quo vero. l. 1. & 2. C. de repud. hared. & ibi DD. & Ias. n. 1. Marant. in l. is. potest. vbi de cōmuni opinione testatur. ff. de acquir. hared. Alex. cons. 32. n. 1. col. 1. vol. 3. Crau. cons. 321. num. 5. & seq. vol. 1. Nat. cons. 448. n. 16. vol. 2.* quam veriorem opinionem dixit *Mascard. de probat. concl. 45. n. 5.* vbi ampliat, & limitat more suo *& alios modos habes apud. eumdem concl. 44. 45. 46. 47.*

84 Quarto probatur ex confectione inuentarij facti ab hærede scripto, vel abintestato *Bart. in l. gerit. col. vlt. vers. ad tertium ff. de acquir. hared. quam refert & sequitur Ruin. cons. 168. nu. 1. lib. 4. Capra. cons. 9. nu. 1. vbi assignat rationem.*

85 Et nota quod executio non procedit in bonis proprijs hæredis, quando hæres est discretus, nempe cum beneficio inuentarij, secus si esset indiscretus absque confectione inuentarij, quia tunc procederetur contra eum in persone, & bonis proprijs vt dixi *Prax super rit. cap. 2. n. 3. cum seqq. & plenius de materia arbor. 15. a nu. 58. cum seqq. & per tot. de Materiam inuentarij.*

Secundo conclusionem, quod executio non procedit contra tertium non nominatum, nec obligatum in con-

86 tractu executo, limita † in donatorio omnium, seu maioris partis bonorum, quia etiam contra eum proceditur via executiua *ex pragm. Regia tit. 53. pragm. 14. tom. 2. refert etiam Giurb. decis. 62. n. 33.*

ante medium Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. p. 10. nu. 64.
87 *& seq.* (vbi dicit locum habere in marito dotatario omnium vel maioris partis bonorum vxoris pro debito ipsius vxoris contracto ante matrimonium qui reprobat *Castill. decis. 97.* ac respondet *Amat. resol. 45. & dicam infra limit. 6. Muta super rit. 101. n. 157.* licet contrarium de iure disponatur vt refert *Idem Muta in Scholis rit. 103. lit. H.*

88 Cum hoc tamen temperamento, quod scilicet non tenetur in plus, quam in bonorum donatorum valore, ad instar hæredis cum beneficio inuentarij vt tetigi. *In prax. super rit. cap. 2. n. 11. ex Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. p. 10. n. 65.*

Et non solum via executiua procedi potest contra huiusmodi donatarium, sed etiã
89 ✝ contra eius hæredem; Nam licet in dicto statuto nulla de hæredibus facta fuerit mentio, hæres tamen defuncti personam repræsentat, & in statutis, debitoris appellatione, venit eius hæres vt docet *Amat resol. 58. no. 16. 17. vbi refert ita censuisse M. R. C. pro Prospero Simcxia contra Baronẽ Prioli, & alias responsum fuisse pro Antonio & Vito Vento testatur.*

90 Sed donatarium donatarij non compræhendit, cum si id voluisset Princeps, dixisset renet *Giurb. decis. 62. n. 34. quem rectè sensisse credit Amat. resol. 58. n. 15.*

91 Minus compræhendit donatarios Clericos iuxtà opinionem, quam tutiorem esse dicit *de Ballis in pragm. Regni lib. 5. de donat. fact. in praeiudicium credit pragmat. 1. num. 4.*
92 *fol. 337.* Tu vero considera, quia contrariam opinionem seruatam fuisse vidi, & pluries decisum in hac Curia Episcopali Agrigentina, & ratio esse potest quia hæc constitutio videtur ordinariam causæ respicere, non autem decisionẽ, cum det executionem contractui vt ait *Mart. de iurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 61. nu. 16. fol. 126.* Et statutum ordinarium respiciens à Clericis, & in Ecclesiasticis etiam seruari debet. Secundum opinionem communem Doctorum, & docet expressè *Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & dixi in prax. super rit. c. 7. an. 100. cum seq.*

94 Verum donatarius executiuè conuenitur per donantẽ pro alimentis, sibi reseruatis in donatione. *Cutell.* perbellè docet, & multis comprobat rationibus *in suo tract de donat. tract. 2. disc. 1. spec. 8. à n. 10. cum seqq.*

95 Tertio limita conclusionẽ quod

quod licet non possit procedi via executiua virtute contractus, in quo non adest stipulatio partis, vel notarij pro ea, vt docet *Giurb. decis.* 62. *n.* 27. prout contra accollantem soluere alicui in contractu sine stipulatione partis, aut Notarij, quia tunc obligatio non videtur expressa, nō potest procedi via executiua. *Cutell. de donat. tract.* 2. *dis.* 1. *spec.* 8. *n.* 18. Quicquid dicat *Felician. de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 3. Quem reprobat. *Giurb. decis.* 62. *num.* 27. tenet etiam *Amat. resol.* 45. *n.* 22. *Mut. in Scholis ad cap. rit.* 114. *lit. VV. Luna cons.* 43. *n.* 10. *Baron. de citat. in addit. ad q.* 16. *sub n.* 179. *fol.* 104. *tom.* 2.

96 Secus tamen est contra accollantem soluere onera in secundo decreto, quia tunc accollans non potest diffugere solutionem onerum accollatorum vt post plures notat *Amat. resol.* 61. *nu.* 10. Et creditor poterit contra eū via executiua procedere, etiā sine stipulatione: Nam est

97 obligatio † facta in iudicio, siue penes acta, quæ habet executionem paratam vt in terminis tenet *Mastrill. decis.* 126. *nu.* 2. *fol.* 97. *& pluries decisum fuisse testatur Baron. de cit. tom.* 2. *ad q.* 16. *n.* 17.

98 Sed an fauore alimentorū suppleatur non solum legalis, sed etiam talis, per quam possit executiuè agi. Vide *Cutell. de donat. tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 10. *n.* 54. *cum plurib.*

99 Hic quæri potest an accollans soluere alicui annum cēsum possit inde se excipere de indebito, & solutionem oneris accollati euitare, dic, quod non: quia accollatio oneris facta per emptorem, soluendi tot alteri pro venditore, tantum valet, ac si eidem venditori soluisset, & per consequens tenetur adimplere tertio contra se agenti, nec obstabit dicere, quod actione caret, nullamque contra se actionem habet. *Mut. super consuet. Panor. cap.* 26. *nu.* 44. *ex de Franch. decis.* 273. *& obtinui in Curia Episcopali Agrigentina sede vacante de anno* 1657. *Assessore in causa V. I. D. Petro Oliueri apud suprema Tribunalia Regni eruditissimo causarum Patrono pro Clerico Baldassare la Pasciuta Terra Fabariæ contra Sacerdotem D. Leonardum Cappallo huius Ciuitatis, & sic fuit executum.*

100 Quarto conclusionem limita in contractu dotali, vbi nulla est expressa obligatio per maritum de restituenda dote soluto matrimonio, quia tunc etiam erit locus executioni ex tacita obligatione, quæ resultat recipiendo dotē.

Et

contrahentium pacto fuerit conuentum, quod habeat paratam executionem, tanquam publicum instrumẽtum. Nisi
22 esset † à Scribente iudicialiter cognita secundum *Bald. in cons. 134. lib. 3. & Felin. in cap. post cessionem col. 2. extr. de*
23 *probat.* Vbi † inferunt ad literas concessas etiam sub sigillo, quia hæc non habent etiã executiuam, sed via actionis agere oportet, & mox sententiam obtentam exequi facere. *Mut. sup. rit. dict. cap. 101. nu.*
24 59. Nec † fieri potest per pactum, quod credatur scripturæ priuatæ, tanquam publico instrumento. Vt supra diximus. Adde *Boer. decis. 295. nu. 18. & 19. Bonior. & de Podio in dict. cap. ritus 101. & Mut ibid. n. 1. & nu. 60. ac de Sept. dict. cap. 101. ritus lit. A.*
25 Et † ratio esse potest, quia priuata persona non potest facere Notarios publicos. *Innoc. in cap. cum P. tabellio de fide instrum.*
26 Et si scire cupis, quod nam sit instrumentum publicum, & quod priuatum: scias, quod publicum est, quod manu publicæ personæ, publicam authoritatem habentis, est cõfectum, vt per Notarium, seu tabellionem. *c. 2. & c. inter dilectos de fide instrum. auth. at si contractus C. de fide instrum. Percoll. super rit. 101, lit. E.* Publicum etiam dicitur instrumentum, si scriberetur apud acta publica *l. gesta C. de re iudic.* dicitur ac etiam publica scriptura, cui de iure, vel cõsuetudine creditur. *Aloys. de Septim. super rit. cap. 101. lit. D. Incert. auth. in eodem rit. lit. C.* Vnde teneo quod in terris, & oppidis, vbi, ob defectum Notariorum, & tabellionum, instrumenta conficiuntur per manus Magistri Notarij, tanquam publicæ personæ, eã paratam habent executionem ex consuetudine, & ita practicari vidi multis in Terris Baronum.
27 Scriptura vero priuata, seu instrumentum priuatum est, quod à quocumque scribitur, & istud non probat pro Scribente. *l. non exemplo, & l. non*
28 *epistolis C. de probat.* Sed † cõtra Scribentem plenè probat. *L. publica Meuia. §. fin. ff. depos. Bart. & omnes in l. admo-*
29 *nendi. de Iure iur.* & in † istis priuatis instrumentis non habet locum ritus noster, executionem instrumẽtis tribuẽs, quia tantum locum habet in publicis instrumentis. *de Septim. dict. cap. rit. 101. lit. E. Rizz. ibique, & Incert. author ibid. lit. E.*
30 Limita primo in literis cãbij, quæ licet sint scriptura priuata, tamen paratam habent executionem: sub hac

vero

vero intelligentia, nimirum contra mandatarium cui diriguntur, si ab eo acceptarentur coram Notario publico, vel per priuatum chirographũ recognitum, iuxta ius commune *Mascard. de probat. concl. 990. literas cambij n. 7. Mastrill. decis. 9. & decis. 221. nu. 2. per tot. Scaccia de commercijs* §. 7. *Glos. 2. nu. 3. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 1483. & 2371. & seq. & num. 2491.*

31 Hæc autem recognitio quomodo fiat. Vide eumdem *Gait. loc. cit. c. 2. tit. 8. n. 2617. vsque ad num. 2951.* vbi otto refert modos, quibus apòca priuata recognosci possit.

32 Contra vero Scribentem executionem habent paratam etiam si non sint acceptatæ, dummodo dictæ literæ non acceptatæ protestentur: deinde recognoscantur à scribente, vel probentur (formam protestationis tradit *Scacc. de commercijs* §. 7. *Glos. 2. n. 19.*) & tunc contra scribentem via executiua proceditur ad pecuniarum restitutionẽ *Bellon. decis. 2. n. 36. & 37. decis. 4. n. 7. decis. 8. n. 19. & decis. 50. n. 1. Scacc. de commerc.* §. 2. *Glos. 5. n. 316. &* §. 7. *Glos. 2. nu. 4. & 5. & per. Glos. sequentes Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 6. n. 23. vbi n. 24.* ait, quod scribens nec liberatur per acceptationem literarum, nisi sequatur effectiua solutio pecuniarum remissarum, & testatur de generali consuetudine mercatorũ: etiã de iure cõmuni hoc procedere refert *de Franch. decis. 303. Farinac. decis. 679. p. 1. tom. 2. Mut. super rit. 114. n. 36. Bellon. decis. 2. nu. 40. & 41.* vbi dicit, hanc esse generalẽ, & notoriam Mercatorum Genuentium consuetudinem tenet etiam *Mastrill. decis. 9. n. 7. & decis. 221. num. 17. Gratian. discept. foren. tom. 1. cap. 64. n. 4. & 5. Scacc. de commerc.* §. 2. *Glos. 5. n. 322. Gait. de credit. c. 2. tit. 7. num. 2377. & Bero. cons. 33. num. 12. lib. 3. Honded. cons. 29. n. 7. & Mastrill. decis. 9. nu. 7.*

34 Qui volunt † literas cambij de iure habere executionem paratam, & celerrimã. Quamobrem licet in ritu aliqua connumerentur instrumenta, quibus priuilegiũ executiuũ tribuitur, alia tamen non expressata in dicto ritu, quæ de iure communi executionem habent paratam, à ritu inter causas executiuas, & priuilegiatas habentur, & non excluduntur *Genitor Meus in addit. ad meam prax. ad cap. 2. n. 3.*

35 prout in † sententia, quæ non nominatur à ritu inter causas executiuas, & tamen, quia priuilegium de iure communi executiuum, habet etiam exe-

executionem paratam. *ad text. in l. 3. & ibi Bald. Salyc. & omnes DD. C. de execut. rei iudic. Mastrill. decis. 67. n. 11. & dicam infra limit.* 8. Igitur
36 † literæ cambij habent executionem paratam etiam de iure communi, & in Regno eis tribuit executiuum priuile-
37 gium *Rit.* 114. Etiam de persona: *Rit* 124.
38 Limita secundo in apodixa ad Tabulam, vel Banchum directam, quæ licet sit scriptura priuata, attamen executionem habet paratam, etiam super bonis debitoris ex *Prag. Comitis Castri* §. 27. Et absque
39 † quindena ex alia *Pragmat. Marci. Ant. Columna tit.* 16.
40 *p.* 2. §. 1. *&* 2. *fol.* 45 licet † de consuetudine detur quindena dierum quatuor ad soluendum, non ad opponendũ *Amat. resol.* 57. *a n.* 8. *ad nu.* 13. *cum seqq.* qui *nu.* 27. dicit
41 quod † dum detur via executiua, & denegatur quindena per consequens istæ apodixæ implicitè continent pactum de non opponendo, licet non contineant pactum ad discursum sequitur *Groff. in constit. pragm. Comitis Castri dict. cap.* 27. *n.* 11.

Verum mihi videtur dictũ *Amat.* sentijsse de apodixa facta infra annum, non autem post annum infra decennium & cum causa quia tunc datur quindena de soluendo absque pacto de non opponendo vt etiam tenet *Baron. de citat. tom. 2. in add. ad q. 5. num. 23. fol.*
42 189. Præsentatis † autem oppositionibus, proceditur in causa oppositoria iuxta formã ritus. *Idem Baron. loc. cit. num. 19. 20. & seqq. vbi in nu. 23. Respondet Amat. resol. 57. nu.*
43 25. quem loquutum fuisse infra annum dicit *& Cutell. de donat. tract. 2. disc. 1. spec. 32. n.* 20. testatur de obseruantia. Ego quoque obtinui in R. C. Capitaniali huius Ciuitatis in fauorem Libertini la Scalia de anno 1651. virtute apodixæ directæ oneratorio eiusdem Ciuitatis, quod quidem oneratorium, prout alia oneratoria est adinstar banchorum, & comprænditur sub dispositione dictæ Pragmaticæ, loquentis de apodixa ad Tabulas, aliosque banchos, & ita seruatur.
44 Si vero esset elapsum decennium, non poterit via executiua procedi, sed per viam cedulæ ex *Nouar. quæst. for. 70. n. 3 lib. 2. citato per Baron. loc. precit. ad quæst. 5. n. 25.*
45 Debet etiã continere causã aliàs earum vigore non potest
46 procedi via executiua, quia † obligatio sin causa non valet *Burg. de laudim. p. 3. insp. 40. num. 90. in terminis dictus Baron. loc. præcit. num. 26. & Cutell.*

Cutell. dicto spec. 32. num. 20.

47 Sed an hoc statutum tribuens istud priuilegium executiuum apodixis ad Tabulã, vel banchum, comprahendat Clericos? quod non videtur tenere *Ricc. decis. 249. par.* 4. Et sic Clericus debitor ex apodixa directa Tabulæ, Bancho, vel oneratorio, non potest conueniri iuxta præscriptũ dictæ pragmaticæ tenet *Giurb. obser. 104. nu. 34. vbi plurib. comprobat quem sequitur de Groff super constit. pragm. dict. §. 27. Comitis Castri*

48 *n. fin.* Sed contrarium seruari vidi in hac Curia Episcopali Agrigentina, precisè anno præsenti 1659. contra Sacerdotem D. Michaelem Rizzo ad instantiam Nicolai Antonij Pancucci, qui executionẽ exercuit contra dictum de Rizzo Sacerdotem vigore apodixæ directæ oneratorio huius Ciuitatis ex causa de contanti, & præsentatis oppositionibus fuit processum in causa oppositoria. Et licet

49 † apodixa fuisset bancho frumentario directa, & creditum in summa seu quantitate fru-

50 mentorum actamen † ritè, & rectè in frumento executio causata fuit quia executio causari potest vel in frumentis, vel in alia specie, aut in pecunia in defectum executio

51 enim formatur † sibi *mandata est executio in salmis decem frumentorum recollectionis anni X. indit. (prout fuerit facta Obligatio) & in defectu ad pretium, & interesse quanti plurimi* Vide *Mut. decis. 33. nu. 22. & tetigi in prax. cap. 2. n. 21. & seq.*

52 Tertio limita, etiam viã executiua procedi posse virtute capitulorum matrimonialium, licet sic scriptura priuata: Nam & si scriptura priuata executionem paratam non haberet, etiam per partium inuentionem, vt superiùs diximus. Nihilominus contrarium procedit in capitulis matrimonialibus ea enim paratam habent executionem,

53 licet † absque pacto de non opponendo, & ad discursum. Secundum aliquos tenet etiã *Castill. decis. 211. nu. 5.* Secus si fuerint tradita Notario ad conseruandum, & in eis adsit pactum de non opponendo, & pactum ad discursum, quia hoc casu de eis iudicatur prout in contractu matrimoniale à manu publici Notarij confecto cum pactis prædictis docet *Castill. dict. decis. 211. nu.*

54 8. 9. 19. 20. Et quod habent viam executiuam capitula matrimonialia data Notario ad conseruandum etiam stante statuto ritus 101. docent *Cumia super rit. ord. suo cap. 6. n. 87. 88. & rit. 19. n. 86. & rit.*

rit. 38. *n.* 419. *Mut. super rit.* 114. *n.* 26. *qui refert decisum tenet etiam Giurb. in Consuet. Messan. cap.* 13. *Glos.* 3. *p.* 1. *n.* 24. *Cutell de donat. tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 8. *nu.* 22. 23. 24. vbi de more iudicandi testatur, quicquid sit de iure communi *Costa Siculus cons.* 19. *n.* 11. *&* 12. *vbi refert pluriès decisum, Idem Giurb. obser.* 48. *a num.* 1. *& seq. vbi in nu.* 5. reijcit opinionem *Amat. resol.* 8.

55 Quarto limita contra debitorem ex Chirographo, qui poterit ad instantiam creditoris via executiua cogi, vt de eo publicum conficiat instrumentum, & personaliter se
56 obligare: Imo absque † alia interlocutione inscriptis, sed hoc Oretenus, & de facto mãdando ex *Cutell. de donat. tract.* 2. *disc.* 1. *spec.* 32. *n.* 437. *& spec.* 8. *n.* 17. *de Groff. in constit. pragm.* §. 25. *num.* 26.

Regulariter itaque instrumentum, vt executionem paratam habeat, publicum, & in publica forma redactum
57 esse debet Nec † non requiritur, vt habeat obligationem expressam, & præsentem. *Ex rit.* 101. ibi *quod de iure probet obligationem expressam & præ-*
58 *sentem.* Vnde locum tantum habet contra nominatum in contractu, & non contra tertium, etiam rei obligatæ possessorem. *l.* 1. *& tot. tit. C. quib. res inuic. non nocet l. sepè* 63. *ff. de re iudic. & infiniti per Carleual de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 11. *n.* 1. Quia tertius non videtur expressè obligatus, ideo
59 † non potest cogi via executiua tetigi in *Prax.* 1. 2. *n.* 8. *ex Intrigl. sing.* 100. *nu.* 5. & ibi *Conuers. lib.* 2. *idem tenet Latus in Rit* 101. *lit. A. in fin. & Mut. ibid. n.* 56. *& dixi plenius Arb.* 7. *a n.* 1. *cum seqq.*

Hæc autē regula, quod cōtra tertium in contractu non obligatum executio non procedit, multipliciter limitari potest.

60 Primo limita non procedere contra hæredes debitoris qui possunt executiuè conueniri pro debito testatoris, licet in contractu non sint expressè obligati *ex Rit.* 103. *& ibi Mut. & scribentes. & dixi in prax. super rit. cap.* 2. *num.* 2.
61 quia hæres personam defuncti repræsentat, & in statutis debitoris appellatione venit eius hæres vt ait *Amat. resol.*
62 58. *n.* 16. *&* 17. Et hoc locum non solum contra primos hæredes, sed contra secundos, tertios, & vlteriores hæredes in infinitum *Amat. resol.* 23. *n.* 1. licet Ritus mentionem faciat de primis, & secundis hæredibus *Cumia super rit. ord. suo* 8. *num.* 4. *Intrigl. sing.* 134. *lib.* 2. *Genitor meus in add.*

ad

ad meam prax. super rit. ad cap.
63 2. *ad n.* 2. Quia post primos hæredes, omnes alij dicuntur secundi *per Glos. l.* 1. *ff. de vulg. & pupill. substit. tetigi*
64 *Arb.* 24. *nu.* 32. *&* 33. Prout post primas nuptias, omnes aliæ dicuntur secundæ, etiam si numerus ignoretur *Tot. tit. de secund. Nupt. Idem tenet de septimo & Ant. Canc. tit.* 103.
65 Sed debet probari Mors, & successio vt tetigi *in prax. super rit. cap.* 2. *n.* 13. 14. *&* 21.
66 Mors etiam non præsumitur, sed est probanda, cum quilibet præsumatur viuere *l. vlt. C. de Sacrosan. Eccles.* Et in
67 casu nostro Mors † est fundamentum intentionis mortem allegantis vt animaduertunt. *Glos. & DD. in l.* 1. *§ si quis se neget ff. quemadm. testam. aper.* Maximè, quia hæc probatio omnino requiritur ex dispositione *Ritus cap.* 103. ibi *Probata Morte, & successione.*

Et si scire cupis, quomodo
68 probetur Mors scias † primo probari per ostensionem testamenti. Secundum *Cumiam super rit. prædicto* 103. *sed ord. suo cap.* 8. *n.* 9. *circa medium ex Bart. in l. fin. col.* 4. *l. de edict. Diui Adrian. Caball. Mil-*
69 *leloq.* 502. sed contrarium videtur sentire *Alex. in dicta l. fin. num.* 17. *Fulgos. ibid. nu.* 10. *ibiq. Sapia. num.* 23. ex illa generali regula, quod quis præsumatur viuere vsq. ad centum annos vt loco suo dicam.

70 Has contrarias opiniones conciliat *Menoch. in tract. de adipisc. poss. remed.* 4. *nu.* 669. Vt scilicet prima opinio procedat, quando hæres exhibet testamentum sibi datum à Notario (authore Prætore) (vt quando testamentum fuisset solemne, & sic apertum cum Iudicis præsentia) quia tunc pro Iudice est præsumptio, quod non censuisset aperiri, & tradi testamentum, nisi sibi copertum fuisset de Morte Testatoris, & tali casu procedit dicta prima opinio, tanquam communis. vt tenet *Mascard. de probat. concl.* 1074. *num* 8.

Altera vero opinio locum habet, quando hæres habuit testamentum aliundè, quam iudicialiter authore Prætore quo casu Mors non probatur, sed aliter probanda est quam distinctionem tenet etiam *Mascard. dict. concl.* 1074. *n.* 6. 7. 8. *&* 9. vbi in fine dat cauthelam pro hærede ad se subleuandum ab onere probandi mortem testatoris, vt scilicet curet sibi tradi iudicialiter, & authore Prætore exēplum testamenti.

71 Secundo probatur per vnũ testem, qui viderit eum mori, vel sepelliri, & famam publicam *Cumia super rit. ord. suo 8. nu. 9. Blasc. Lanc. dict. rit.* 103. Quod intellige, si mors
72 † sit non antiqua, sed recens; quia si antiqua, non probatur per famam *Mascard. de probat. concl.* 1071. *n.* 4. si vero Mors esset de longinquo, tunc probari per famam dicit *Genuen. decis.* 36. *n.* 5. *Dec. cons.* 652. Vide *Crauett. cons.* 127. *num. final.*

73 Tertio probatur ex defuncti consanguineorum veste lugubri, & squallida. *Bart. in l.* 2. §. *sed si dubitetur nu.* 2. *ff. quem ad testam. aper. Alex. cõs.* 27. *col.* 2. *vol.* 7. *Mascard. concl.* 1076. *num.* 1. *de probat.*

74 Quarto probatur ex testimonio duorum, qui dixerunt se vidisse illum vita functum & Tumulo mandari *Menoch. de dipisc. possess. remed.* 4. *num.* 675. & placuit *Abbat. de Rosa in l. conditionem n.* 1. *ff. de cõdit.*
75 *& demostrat.* Quod ampliat *Mascard. dict. conclus.* 1076. *num.* 3. vt procedat, etiam si testes essent sanguine coniuncti, quia nihilominus probant: Melius enim probatur mors per consanguineos, quam per extraneos, quia potiùs præsumitur consanguineos scire Mortem consanguineorum, quam extraneos *Corn. cons.* 10. *col.* 2. *in fin. vol.* 1. *& dictus Mascard. loc. prox. cit.*

76 Quinto probatur per fidem Parochi, ex libris ipsorum, in quibus describi solent nomina mortuorum.

77 Sexto probatur quando inter liberos, & consanguineos aut socios, quis habebatur pro mortuo *Arism. Teppat. in suo tract. titul. diuers. titul. de probat. mort.*

78 Septimo sufficienter probata dicitur Mors ex eo quod Iuuenis Bellicosus per Mundum vagari cæpit, & ab eo tempore, quod de eius vita dubitari cæpit, lapsum erat quinquennium. *Ioseph Ludou. decis. Perus.* 30.

79 Octauum, & alios modos, quibus probatur Mors. Vide apud *Mascard. de probat. concl.* 1077. *Boer. decis.* 288. *vbi scribit plures opiniones Cappell. Thol. q.* 313. *in add. Ludou. Perus. decis.* 12. *&* 30. *& Gaball. Milleloq.* 503.

Quo vero ad successionem
80 scias, quod successio probatur per testes deponentes de aditione hæreditatis, & non de possessione bonorum: sufficit autem probare communia bona defuncti possidere, sed testes dicere debent

adi-

adiuisse *Roman. in l. nec intentio C. de transact. & Vide Cumiam super rit. ord. suo cap. 8. n. 10. & dicam infra n. 83.*

81 Multis autem modis hæreditatis aditio probari potest primo per verba, quæ nulla dubitationẽ habent, sed sunt clara, & dispositiua vt si quis dixerit, gero me pro hærede *l. pro harede ff. de acquir. hared.* vel dicat, accipio, vel apprændo, agnosco, vel simulta; (prout hodie vtuntur Notarij in confectione actorum aditionis hæreditatis) tunc enim non est ambigendum, aditionem hæreditatis probari. *Bart. in l. gerit nu. 9. vers. circa primum ff. de acquir. hared. & alij per Mascard. qui hanc conclusionem ampliat & limitat in concl. 41. n. 2. de probationi-*

82 *bus.* Secundo probatur per facta: quæ cum sint multa, & diuersa vide *dictum Mascard. concl. 43. de probat.*

83 Tertio probatur aditio hæreditatis, per bonorum possessionem, nimirum, quando quis possidet bona hæreditaria defuncti. vt supra dixi *vers. quo vero. l. 1. & 2. C. de repud. hared. & ibi DD. & Ias. n. 1. Marant. in l. is. potest. vbi de cõmuni opinione testatur. ff. de acquir. hared. Alex. conf. 32. n. 1. col. 1. vol. 3. Crau. conf. 321. num. 5. & seq. vol. 1. Natt. conf. 448. n. 16. vol. 2.* quam veriorem opinionem dixit *Mascard. de probat. concl. 45. n. 5.* vbi ampliat, & limitat more suo *& alios modos habes apud. eumdem concl. 44. 45. 46. 47.*

84 Quarto probatur ex confectione inuentarij facti ab hærede scripto, vel abintestato *Bart. in l. gerit. col. vlt. vers. ad tertium ff. de acquir. hared. quam refert & sequitur Ruin. conf. 168. nu. 1. lib. 4. Capra conf. 9. nu. 1. vbi assignat rationem.*

85 Et nota quod executio non procedit in bonis proprijs hæredis, quando hæres est discretus, nempe cum beneficio inuentarij, secus si esset indiscretus absque confectione inuentarij, quia tunc procederetur contra eum in persone, & bonis proprijs vt dixi *Prax super rit. cap. 2. n. 3. cum seqq. & plenius de materia arbor. 15. a nu. 58. cum seqq. & per tot. de Materiam inuentarij.*

Secundo conclusionem, quod executio non procedit contra tertium non nominatum, nec obligatum in con-
86 tractu executo, limita † in donatorio omnium, seu maioris partis bonorum, quia etiam contra eum proceditur via executiua. *ex pragm. Regia tit. 53. pragm. 14. tom. 2. refert etiam Giurb. decis. 62. n. 33.*

quod licet non possit procedi via executiua virtute contractus, in quo non adest stipulatio partis, vel notarij pro ea, vt docet *Giurb. decis. 62. n. 27.* prout contra accollantem soluere alicui in contractu sine stipulatione partis, aut Notarij, quia tunc obligatio non videtur expressa, nō potest procedi via executiua. *Cutell. de donat. tract. 2. dis. 1. spec. 8. n. 18.* Quicquid dicat *Felician. de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 4. n. 3.* Quem reprobat. *Giurb. decis. 62. num. 27.* tenet etiam *Amat. resol. 45. n. 22. Mut. in Scholis ad cap. rit. 114. lit. VV. Luna cons. 43. n. 10. Baron. de citat. in addit. adq. 16. sub n. 179. fol. 104. tom. 2.*

96 Secus tamen est contra accollantem soluere onera in secundo decreto, quia tunc accollans non potest diffugere solutionem onerum accollatorum vt post plures notat *Amat. resol. 61. nu. 10.* Et creditor poterit contra eū via executiua procedere, etiā sine stipulatione: Nam est

97 obligatio † facta in iudicio; siue penes acta, quæ habet executionem paratam vt in terminis tenet *Mastrill. decis. 126. nu. 2. fol. 97. & plures decisum fuisse testatur Baron. de cit. tom. 2. adq. 16. n. 17.*

98 Sed an fauore alimentorū suppleatur non solum legalis, sed etiam talis, per quam possit executiuè agi. Vide *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. part. 10. n. 54. cum plurib.*

99 Hic quæri potest an accollans soluere alicui annum cēsum possit inde se excipere de indebito, & solutionem oneris accollati euitare, dic, quod non: quia accollatio oneris facta per emptorem, soluendi tot alteri pro venditore, tantum valet, ac si eidem venditori soluisset, & per consequens tenetur adimplere tertio contra se agenti, nec obstabit dicere, quod actione caret, nullamque contra se actionem habet. *Mut. super consuet. Panor. cap. 26. nu. 44. ex de Franch. decis. 273. & obtinui in Curia Episcopali Agrigentina sede vacante de anno 1657. Assessore in causa V. I. D. Petro Oliueri apud suprema Tribunalia Regni eruditissimo causarum Patrono pro Clerico Baldassare la Pasciuta Terra Fabariæ contra Sacerdotem D. Leonardum Cappallo huius Ciuitatis, & sic fuit executum.*

100 Quarto conclusionem limita in contractu dotali, vbi nulla est expressa obligatio per maritum de restituenda dote soluto matrimonio, quia tunc etiam erit locus executioni ex tacita obligatione, quæ resultat recipiendo dotē.

Et

Et licet per ritum videatur contrarium dispositum, quia requirit expressam obligationẽ vt aliàs diximus & *ex Bart. in l. 1. ff. de his quæ in testam. delent.*

101 Actamen *Doctores* magis communiter tenent contra eum. *in l. iuris Gentium §. quod fere ff. de pactis Carleual. de iud. lib. 1. tit. 3. disp. 5. nu. 5. 6. 7. 8. 9. ad finem* vbi clarè probat & exemplificat in multis. Et quamuis *Felin. in c. translato*

102 *de constit.* dicat, quod † non habeat executionem tacita stipulatio; Nihilominus ei responderi posse ait *Percoll. super rit. cap. 114. lit. E.* nisi

103 constaret † de mente ritus, prout in casu nostro. Nam ritus loquitur de inuentarijs Tutorum, & similium personarum, in quibus confitentur tantum, & eis præbet executionem paratam, etiam si sint minus solemniter facta sed quando vide *Amat. resol. 59. n. 8. 22. 23. & 24. & di-*

104 *cam inferius* Et tamen † inuentarium non habet expressam obligationem, & habet executionem paratam super bonis inuẽtariatis *Mastrill. decis. 189. nu. 5. & hic infra* Igitur idem est, si maritus confitetur recepisse dotem. Nam dixit *Castill. in add. ad decis. 5. vers. item adde & in decis. 211. n. 12. cum seqq. ac etiam Cumia*

105 *super rit. c. 6. num. 75.* quod † via executiua procedi potest ex tacita stipulatione inducta à lege. Et *Gramm. decis. 103.*

106 *n. 14.* ait hoc maximè procedere fauore dotis prout obtinuit Genitor meus de anno 1650. in hac R. C. Ciuili pro Ioseph Ginex contra Ioseph de Alletto vt refert *in add. ad meam prax. ad c. 2. n. 4.* In terminis tenet etiam *Intrigl. sing. 308. lib. 1. & bene per Conuers. ibi in addit.* tenet etiã *Barbat. in repet. rubr. C. qui admitt.* quicquid contradixerit *Socc. in l. eum qui in 6. notab.* Quæ intelligit *Mut. super rit.*

107 *101. n. 5.* procedere † contra nominatum in cõtractu, aliàs secus erit contra non nominatum; quia contra eum tacita obligatio numquam habet executionem paratam. *Cancer. var. resol. cap. 3. de instrum. guarent. num. 95. qui Mut.* multa affert exempla quæ faciunt pro nostra opinione tenet etiam *Bonior. super rit. 101.* & de communi testatur *Fimia dict. cap. rit. 101. Idem Mut. in scholis ibid. lit. D. & E.*

108 Sublimita primo hãc limita primo hanc limitationem in virtuali obligatione de iure in instrumenta resultante quando nimirum marito dotẽ recipiente, & in dotali instrumento certo constituto sponsę dota-

dotario; seu antefato, interuenerit fideiubsor, vel eius mariti pater dotium restitutionem, cum marito promittens, nullo dotarij in promissione, & instrumenta adiecto verbo quæri hic potest an competat via executiua contra fideiubsorem pro dotario prædicto, prout competeret contra eumdem maritũ ad id propria obligatione ligatum?

Hanc quæstionem per vnã integram resolutionem benè, & diffusiùs pertractat. *Amat. nempe resol.* 92. & referendo affirmatiuam, & negatiuam opinionem, tandem negatiuè adhærendum esse dicit. Nempe non teneri fideiubsorem ad dotarium, vel saltem via executiua conueniri non posse; Quia cum obligatio sit de dote restituenda, pro dotario non interuenit obligatio præsens, & expressa, à ritu pro executione requisita *in cap.* 99. *&* 101. & concludit dicens. Expressa ergo obligatione cessante per dotario, quæ oculis corporeis in instrumento non legitur, cessare etiam viam executiuam dicimus, secundum veriorem qua possim ✝imur, nec vltra dubitatur in Regno refert, & citat *Mut. super rit.* 101. *n.* 41. *Intrigl. sing.* 40. *lib.* 3. *& alios* Idem tenet *Boniorn. inter cons.* *Luna cons.* 13. *num.* 28.

Sublimita Secundo in taci-
109 ta † reconductione quando scilicet conductor perseuerãs in re conducta finito tempore cum patientia Locatoris, quia
110 tunc, & si † intelligatur cum eodem pretio conducere. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1.
111 *q.* 39. *n.* 1. Et sub † eisdem pactis naturalibus, non extraneis, & sub eodem pignore, & hypoteca. *Mut super consuet. Panor. cap.* 54. *nu.* 32. *&* 33. *Boer. cons.* 353. *lib.* 1. *Flamin. Carth. decis. Rot. Genuen.* 80. *n.* 2. *de Ponte cons.* 2. *num.* 10.
112 *lib.* 2. Vbi ampliat in hærede Locatoris, & Conductoris *Item Capell. Tholos. decis.* 182. tenet
113 idem licet non censeatur renouata conductio sub eadem fideiubsione, etiam si fideiubsor se obligasset principaliter, & insolidum vt tenet multos citandos *Baron. de citat. tom.* 2. *ad q.* 19. *n.* 257. *vers. sed non intelligitur & seq. & Gratian. discept. Foren. cap.* 68.
114 *n.* 37. *&* 38. dicit in fideiubsore procedere, dummodo sit ad tempus certum, vti ad annum, tunc enim non obligatur ex Prorogatione temporis in actu, in quo non interuenit, cum se solum obligauerit pro præciso tempore. Secus est si fideiubsio sit simplex, & pura sit eius obligatio.
115 Nihilominus non censetur

reno-

Et licet per ritum videatur contrarium dispositum, quia requirit expressam obligationẽ vt aliàs diximus & *ex Bart. in l. 1. ff. de his quæ in testam. delent.*

101 Attamen *Doctores* magis communiter tenent contra eum. *in l. iuris Gentium §. quod fere ff. de pactis Carleual. de iud. lib. 1. tit. 3. disp. 5. nu. 5. 6. 7. 8. 9. ad finem* vbi clarè probat & exemplificat in multis. Et quamuis *Felin. in c. translato*
102 *de constit.* dicat, quod † non habeat executionem tacita stipulatio; Nihilominus ei responderi posse ait *Percoll. super rit. cap. 114. lit. E.* nisi
103 constaret † de mente ritus, prout in casu nostro. Nam ritus loquitur de inuentarijs Tutorum, & similium personarum, in quibus confitentur tantum, & eis præbet executionem paratam, etiam si sint minus solemniter facta sed quando vide *Amat. resol. 59. n. 8. 22. 23. & 24. & di-*
104 *cam inferiùs* Et tamen † inuentarium non habet expressam obligationem, & habet executionem paratam super bonis inuẽtariatis *Mastrill. decis. 189. nu. 5. & hic infra* Igitur idem est, si maritus confitetur recepisse dotem. Nam dixit *Castill. in add. ad decis. 5. vers. item adde & in decis. 211. n. 12. cum seqq. ac etiam Cumia*
105 *super rit. c. 6. num. 75.* quod † via executiua procedi potest ex tacita stipulatione inducta à lege. Et *Gramm. decis. 103.*
106 *n. 14.* ait hoc maximè procedere fauore dotis prout obtinuit Genitor meus de anno 1650. in hac R. C. Ciuili pro Ioseph Ginex contra Ioseph de Alletto vt refert *in add. ad meam. prax. ad. c. 2. n. 4.* In terminis tenet etiam *Intrigl. sing. 308. lib. 1. & bene per Conuers. ibi in addit.* tenet etiã *Barbat. in repet. rubr. C. qui admitt.* quicquid contradixerit *Socc. in l. eum qui in 6. notab.* Quæ intelligit *Mut. super rit.*
107 *101. n. 5.* procedere † contra nominatum in cõtractu, aliàs secus erit contra non nominatum; quia contra eum tacita obligatio numquam habet executionem paratam. *Cancer. var. resol. cap. 3. de instrum. guarent. num. 95. qui Mut.* multa affert exempla quæ faciunt pro nostra opinione tenet etiam *Bonior. super rit.* 101. & de communi testatur *Fimia dict. cap. rit.* 101. *Idem Mut. in scholis ibid. lit. D. & E.*

108 Sublimita primo hãc limita primo hanc limitationem in virtuali obligatione de iure in instrumenta resultante quando nimirum marito dotẽ recipiente, & in dotali instrumento certo constituto sponsę dota-

dotario; seu antefato, interuenerit fideiubsor, vel eius mariti pater dotium restitutionem, cum marito promittens, nullo dotarij in promissione, & instrumenta adiecto verbo quæri hic potest an competat via executiua contra fideiubsorem pro dotario prædicto, prout competeret contra eumdem maritũ ad id propria obligatione ligatum?

Hanc quæstionem per vnã integram resolutionem benè, & diffusiùs pertractat. *Amat. nempe resol. 92.* & referendo affirmatiuam, & negatiuam opinionem, tandem negatiuè adhærendum esse dicit. Nempe non teneri fideiubsorem ad dotarium, vel saltem via executiua conueniri non posse; Quia cum obligatio sit de dote restituenda, pro dotario non interuenit obligatio præsens, & expressa, à ritu pro executione requisita *in cap. 99. & 101.* & concludit dicens. Expressa ergo obligatione cessante per dotario, quæ oculis corporeis in instrumento non legitur, cessare etiam viam executiuam, dicimus, secundum veriorem qua passim vtimur, nec vltra dubitatur in Regno refert, & citat *Mut. super rit. 101. n. 4.* *Intrigl. sing. 40. lib. 3. & alios* Idem tenet *Boniorn. inter cons. Lunæ cons. 13. num. 28.*

Sublimita Secundo in taci-
109 ta † reconductione quando scilicet conductor perseuerãs in re conducta finito tempore cum patientia Locatoris, quia
110 tunc, & si † intelligatur cum eodem pretio conducere. *Molin. de pignor. lib. 3. tit. 1.*
111 *q. 39. n. 1.* Et sub † eisdem pactis naturalibus, non extraneis, & sub eodem pignore, & hypoteca. *Mut super consuet. Panor. cap. 54. nu. 32. & 33. Boer. cons. 353. lib. 1. Flamin. Carth. decis. Rot. Genuen. 80. n. 2. de Ponte cons. 2. num. 10.*
112 *lib. 2.* Vbi ampliat in hærede Locatoris, & Conductoris *Item Capell. Tholos. decis. 182.* tenet
113 idem licet non censeatur renouata conductio sub eadem fideiubsione, etiam si fideiubsor se obligasset principaliter, & insolidum vt tenet multos citandos *Baron. de citat. tom. 2. ad q. 19. n. 257. vers. sed non intelligitur & seq. & Gratian. discept. Foren. cap. 68.*
114 *n. 37. & 38.* dicit in fideiubsore procedere, dummodo sit ad tempus certum, vti ad annum, tunc enim non obligatur ex Prorogatione temporis in actu, in quo non interuenit, cum se solum obligauerit pro præciso tempore. Secus est si fideiubsio sit simplex, & pura sit eius obligatio.

115 Nihilominus non censetur reno-

renouata via executiua omnes conueniunt Doctores, & tenēt *Scacc. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 17. lib. 9. n. 17. Tepp. in suo tract. titul. diuers. tit. de conduct. & reconduct. vers. quando instrumentum lib. 2. col. penul. Gratian. discept. for. c. 68. n. 32. & seq. Giurb. obser. 99. n. 18. Cumia super rit. ord. suo cap. 6. n. 64. & 95. Baron. de citat. tom. 2. ad q. 19. sub n. 257. vers. sed an intelligatur* Vbi hanc esse communem opinionem testatur. *Et Bald. in l. legem C. locat. Boer. decis. 284. Bero. q. 100. Caual. decis. 44. n. 82. 83. p. 1 Magons. decis. Lucens. 47. Affl. decis. 365. propè finem Mut. in cōsuet. Pan. cap. 15. nu. 32. Pappon. lib. 10. tit. 3. de locat. arr. 9. Quicquid dicant Cumia super rit. ord. suo cap. 6. num. 34. & Ant. de Ball. super. pragm. fol. 262. n. 37.* dicit, instrumentum locationis guarentigiatū exequi non posse pro tacita reconductione, & alij. per *Affl. decis. 265. nu. 14. & 15. Bonior. super rit. 101. lit. E. col. 2. & in cap. dicti rit. 111. lit. E. col. 1. Percoll. eod. rit. 101. lit. D. col. 2.*

116 Sed ad quantum tempus intelligatur facta reconductio Vide *Affl. decis. 365. Mastrill. decis. 307. Castill. decis. 111. Baron. de cit. ad q. 19. sub. nu. 257. tom. 2.*

117 Quinto limita, in instrumento non habente obligationem expressam, si tamen se referat ad aliud instrumentū continens expressam obligationem, quia tunc executionem paratam habebit; dūmodo quod instrumentum relatum in iudicio proferatur. *Giurb. decis. 10. nu. 14.* aliàs non daretur via executiua per relationem ad aliud instrumentum, nisi relatum instrumentum exhibeatur. *auth. si quis in aliquo documento C. de edendo Costa sicul. in cons. 1. nu. 95. cons. 6. n. 14. & cons. 84.*

118 *n. 7.* quia virtus instrumenti referentis pendet à virtute cōtractus relati *de Gross. in constit. pragm. Comitis Castri §. 21. n. 21. n. 4. Costa predict. in cons. 7. n. 51. & 52. & cons. 10. n. 2. Mut. decis. 54. num. 25. & decis. 57. n. 46.* exprefsè disponitur *ex pragm. predicta Comitis Castri dict. §. 21. ibi. instrumento che si referisce ad altro instrumento continente l'espressa obligatione habbia la via executiua.*

119 Sexto limita in marito cōtra quem proceditur via executiua (si ei fuerint per vxorem dotata omnia eius bona) propter onera in bonis dotalibus vxoris reperta, licet ei dotata fuerint franca, & libera *Cutell. de donat. tit 1. disp. 2. p. 10. n. 26. & seq.* vbi reprobat *Castil.*

Castill. decis. 97. *nu.* 7. *&* Respondet *Amat. resol.* 45. *qui de materia, quã etiã tractãt Giurb. in Consuet. Messan. c.9. Glos.* 3. *de Franch. decis.* 636. *lib.* 4. *& faciunt quę dixi supra in* 2. *limit.*

120 Hanc limitationem sublimita: Primo non procedere, si mulier sibi reseruasset aliqua bona. *Cutell. loc. cit. n.* 68. vbi refert pluriès decisum.

121 Secundo sublimita; nisi bona parafrenalia haberet. *Idem Cutell. loc. cit. n.* 68. *& de Frãch. decis.* 626. *n.*4. *&* 5. *Castill.*

122 *decis.* 97. *nu.* 7. Sed in dubio † præsumitur, omnia bona dedisse in dotem. *Gratian. discept. for. cap.* 143. *n.* 26. vbi declarat prædictã opinionẽ. Sed vide *Amat. resol* 45. *n.* 22. *Giurb. dec.* 62. *n.* 27. 31. *& seq. de Ball. in prag. de censib. q.* 1. *n.* 12. *Foller. de cẽsib. glos. huiusmodi n.* 87. qui

123 tenet, maritũ † non teneri, nisi ille accollauerit sibi debita vxoris cũ stipulatione partis, vel Notarij. *Carleual. vero de Iudic. lib.* 1. *tit.* 31. *disp.* 19. *n.* 9. *&*

124 *seq.* tenet, executiuo † modo procedi posse contra maritum in bonis dotalibus in subsidiũ, in defectu aliorũ bonorũ extra dotalium, aut paraphrenaliũ. *Ex Guid. Pap. decis.* 447. *n.* 1. *&* 2. *Capic. decis.* 128. *n.* 5. *de Frã-*

125 *ch. decis.* 636. Sed super † proprietate bonorum dotalium, non autem super vsufructu, quia fructus dotis pertinent ad maritum constante matrimonio. *L. dotis fruct.* 8 *ff. de Iure dot. l. pro oneribus* 20. *C. eod. tit.*

126 Ego vero non recederẽ ad opinione *Cutelli*, qui reprobat *Castill.* & respondet perbellè *Amat.* quos videtur sequi dictus *Carleual.* quam veriorem esse puto ex adductis per eum ibi. Et *in tract.* 2. *disc.* 1. *spec.* 8.

127 *n.* 15. licet non procedat executio in rebus marito pro debito vxoris, neq; in rebus vxoris pro debito mariti. *Rubric. & tot. tit. C. ne vxor. pro marit. vel marit pro vxor.* Vnus enim

128 † pro alterius debito nõ obligatur. *Carleual. de Iudic. dict. disp.* 19. *n* 11. neque pro debi-

129 to † communi viri, & vxoris; quia nec potest fieri executio super bonis dotalibus in solidum. *Idem Carleual.* qui multos citat *dict. disp.* 19. *n.* 19. nisi

130 in subsidiũ † quia tũc fit executio in dote pro parte debiti ad vxorẽ pertinente, & in fructibus rerũ dotalium pro parte debiti pertinente ad maritum. *Idem Carleu. dict. disp.* 19. *n.* 21.

131 Quæ intellige, nisi obligatio vxoris constante matrimonio facta sit in vtilitatem viri, quia tunc esset nulla. *Ex prag. Comit. Castri* §. 3.

132 Septimo limita; in fidecómissario vniuersali; quia ad ei⁹ instãtiã, cõtra eũ via executiua procedi potest *Mastr. dec.* 122 *per tot* vbi refert decisũ. Tenet

etiam *Amat. resol.* 13. Et hodie omnis cessat difficultas; stante *Pragm. Comitis Castri* §. 21. *vbi de Groff. nu.* 26. *& seq. & Cimin. ibid.*

133 Octauo limita; in tertio possessore rei litigiosæ; contra quem exequitur sententia; licet iste tertius in ea non sit nominatus, nec fuerit citatus. Nam licet sententia † non sit de connumeratis in Ritu: Actamen de Iure habet executionem paratam. *vt tetigi supra limit.* 1. *ex Mastrill. decis.* 67. *nu.* 11. dummodo quod sit trãsacta in rem iudicatam. *L. post rem vbi Bart. Paul. de Castr. & Alex. in l.* 4. §. *si quis condemnatus ff. de re iudic. Communiter DD. in l.* 2. *C. de rei iudic. letus super rit.* 111. *Mut. super rit.* 132. *nu.* 5. Infra tamen

135 † annum: quia post annum proceditur actione in factum per viam cedulæ. *Amat. resol.* 63. *nu.* 9. *per Rit.* 132. *vbi Scribentes Castill. decis.* 85. *num.* 2. *Idem Mut. decis.* 21. *nu.* 14.

136 Sed si sententia executa fuerit infra annum, nempe si executio infra annum incepta est, tunc etiam exequi poterit etiam elapso anno. *Rebuff. in tract. de litter. Ciuil. Glos. vlt. num.* 4. *&* 5. *Castill. decis.* 85. *num.* 5.

Sententia itaque executionem habet paratam, quando est transacta in rem iudicatam, & exequi † potest ab eisdem, qui sententiam tulerũt, 137 aut ab alijs iudicibus, cum eorum literis requisitorijs. *Mut. rit.* 132. *num.* 6. *& ibi in scholijs lit. C. & infra vers. & requiruntur n.*

138 Sed executio debet fieri contra condemnatum, vel obligatum, & eius hæredes vniuersales, non contra singulares successores. *Letus super rit.* 101. *Mut. ibid. nu.* 57. *Idem Mut. decis.* 90. *nu.* 19.

139 Sed casu, quo debitor principalis, cepto contra ipsum iudicio, rem alienaret, tam si res esset effecta litigiosa, quam si litigiosa non sit, sed alienata fuerit in fraudem paratæ executionis: tunc autem finito iudicio, executio poterit fieri aduersus tertium eam rem possidentem etiam ex titulo particulari. Et absque nouo processu. *L. fin. C. de litigios. vbi Bart. & comm. doct. & not. Bald. in l.* 1. *C. com. Diui Ang. in auth. de litigio. in princ. Bero. cons.* 155. *circa id. n.* 4. *vol.* 1. *Caual. decis.* 16. *n.* 7. *p.* 1. *Capic. decis.* 128. *nu.* 6. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 321. *n.* 2. *Carleual. de Iudic. tom.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 3. *ex n.* 930. *&* 933. *vbi multos citat. tractat Bart. in l. creditores* 3. *nu.* 23. *C. de pignor:* vbi distinguit. *Giurb. decis.* 62. *ex nu.* 5. vbi optimè decla-

declarat, quando alienatio dicatur in fraudem executionis facta. *Et in nu.* 18. *Asin. in prax. iudicior.* §. 21. *c.* 2. *ampl.* 14. *Cancer. var. resol. p.* 2. *c.* 12. *& p.* 3. *c.* 17. *nu.* 461. vbi de materia. *Anna sing.* 28.

140 Et hoc procedit, licet ille intrusus litis pẽdentiam ignoraret: quia non obstante quod bona fide rem acquisierit, mandabitur executioni sententia contra illum, *dict. l. fin.* *& not. Couarr. in pract. c.* 15. *num.* 7.

141 Et ratio esse potest, quia res litigiosa alienari non potest, & si alienetur, alienatio erit ipso iure nulla. Imo vltra di-

142 ctam nullitatem † puniuntur emptor, & venditor, & pœna aliquando Fisco, aliquando emptori, seu acquirenti applicatur. Secundum distinctionem traditam *in dicta l. fin. C. de litigios. & est text. in c. in Ecclesia vt lite pendente.* ni-

143 si intrusus ille ignoraret litis pendentiam; quia tunc licet sententia contra eum exequatur *Couarr. in pract. c.* 15. *nu.* 7. vbi reprobat *Angel in auth. de litigios. Gait. de credit. c.* 2. *tit.* 13. *nu.* 632. *qui num.* 640. dicit in praxi cõtrarium seruari. Imo quod requiratur scientia vtriusque venditoris

144 videlicet, & emptoris. Tamen, propter istam ignorantiam, non debet aliqua pœna plecti. Vt subdit *dict. Couarr. dict. c.* 15. *nu.* 7. quem sequitur *Cancer. var. resol. lib.* 2. *c.* 12. *de litigios. n.* 18.

145 Verum alienata re in creditorem vetustiorem, & verum, cessat vitium litigiosi: quia bene alienatur, nec præsumitur dolus, aut fraus. *Giurb. decis.* 62. *nu.* 18. *&* 20. *Intrigl. decis.* 46. *nu.* 60. *Amat. resol.* 94. *n.* 18.

146 Quando autem res efficiatur litigiosa? scias; quod aut sumus in iudicio, vbi deducitur actio realis super dominio rei, vel quasi, si solum reus citetur, aut producatur libellus, & tunc videtur effecta litigiosa. Si vero actione personali agitur ex empto, donatione, aut simili, res efficitur litigiosa per litis contestationem. *Not. Bart. in l.* 1. *C. de litigios.* & probatur *ex auth. litigiosa, & l.* 2. *C. eod.* not. *Couarr. in pract. dict. c.* 15. *n.* 6. *Carleual. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 11. *sub n.* 2. *post princ.* vbi reprobat *Cancer. var. resol. c.* 12. *num.* 4. *lib.* 2. *de reb. litig.* & dicit, effici rem litigiosam, quando agitur actione hypotecaria, propter generalia verba *l. censemus* 4. *de litigios.* & respondet *ad l.* 1. *C. eod.* §. *ab hoc*, ac dicit, eam loqui de hypoteca, quæ non efficit rem litigiosam, neq; impedit eius alienationem, etiam si credi-

tor extraiudicialiter denunciet, ne res vendatur. Non de re, quæ in iudicio per hypotecariam auocatur, & de qua, proposita actione hypotecaria, iudicialiter contenditur. Et dicti ex *Duareno ad lib. 44. digestorum tit. 6.* quod nullam distinctionem inter iudicia realia inducunt, quo ad efficiendam rem litigiosam.

147 Cõtrahitur quoque vitium litigiosi post primum decretum, & post subhastationes. *Giurb. decis. 62. nu. 5. 10. 11. 13. 18. 20.* quem & alios citat *Amat. resol. 94. nu. 17.* dicit etiam *Castill. decis. 110. nu. 1.*

Et quid si res alienetur in
148 Clericum, † an contra eum fiat executio, & per quem iudicem? Responderi potest sẽtentiam latam contra laicum exequi posse, modo prædicto, contra Clericum ementem rem litigiosam lite pendente etiam per Iudicem laicum, tanquam sua iurisdictione turbatum, secundum *Vrsill. ad Afflict. (post Cassan.) in decis. 331. nu. 3. qui reprahendit Soccinum contrarium tenentem.*

149 Sed tu dic, & meliùs cum *Abb. in c. Ecclesia n. 11. vt lit. penden.* quem sequitur *Franch. decis. 545.* qui docent executionem sententiæ, latæ per Iudicem Laicum super re, litigiosi dictio possessa per Clericum, fieri debere per Iudi-
150 cem ipsius Clerici. Et † dicit *dict. de Franch.* Vrsillum male loquutum fuisse, & contra eum decisum testatur. *Graß. vero de effect. Cleric. eff. 1. num.*
151 *928.* refert, quod huic cauellationi à debitoribus inuente, quod scilicet reus, qui videt se succumbere, transfert possessionem, & tunc Iudex secularis non poterit facere executionem; succurritur, quia per Episcopum fit repositio possessionis in pristinum statum; & cogetur reus promictere de iterum non transferẽdo possessionem in alium *Et in princ. dict. num. 928.* videtur tenere pro opinione *Vrsilli* licet post *num. 929.* videatur contrarium asserere, sed confusè, non clarè. *Gait. de credit. c. 2. tit. 3. num. 647.* refert doctrinam *Vrsill.* post *Cassan. & num. 648.* & dicit quod *Cassan.* hoc non dixit, & quod *Vrsill.* malè loquutus fuit. Et ait hoc testari dictum de *Franch. dict. decis. 545.* & refert *ex Molfes. cons. 19. cum seq. à num. 21. ad finem quæst.*
152 sacrum † consilium pendere in cõtrarium, & quod probatur per communem, & magis comm: opinionem; quia
153 † in Clerico non consideratur vitium litigiosi. *& n. 650.* dicit hâc opinionem pro Clerico omnino verissimam. *Curell.*

tell. denique *de donat. tract.* 2. *disc.* 1. *spec.* 20 *nu.* 29. refert opinionem *Abb.* & *de Franch.* & *num.* 55. *cum seqq.* respondet dictis *Abb.* & *de Franch.* & tandem *nu. fin.* concludit veriorem existimare opinionem eorum, qui *Abb.* & *de Franch.* contradicunt tenentes posse exequi per iudicem laicum, coram quo fuit præuentum, contra suum subditum. Et citat eumdem *Vrsill. loc. cit. Carpan. ad Stat. Mediol.* 68. *num.* 114. *Rimin. cons.* 187. *nu.* 10. & dicit referre sub dubium *Giurb. decis.* 62. *nu.* 7. *vers.* & *si dissentiant.*

154 Ego autem hanc opinionem, de rigore iuris, veriorem esse censeo. Sed contrariam, quod scilicet executio debeat fieri per Iudicem Clerici possessoris rei litigiosæ tutiorem in concientia, & magis vsu receptam, ac in praxi versatam fuisse actestor, & ab ea in iudicando, & consulendo recedendum non esse teneo.

155 Sed an hoc in casu Iudex Ecclesiasticus de iustitia, siue iniustitia sententiæ latæ à Iudice seculari cognosci possit? & ante executionem partes contra quas executio petitur, citari requitatur? affirmatiuè tenet *Cancer. var. resol. cap.* 19. *de inuocat. brach. secul.*

156 Sed aduerte, quod, vt Iudex Ecclesiasticus sententiam latam à Iudice laico exequi possit, requiruntur literæ requisitoriæ. Vt dixi supra *in princ. huius limitat. ex Mut. super rit.* 132. *num* 6. & *ibi in scholijs lit. C.* & de materia vide *Cancer. var. resol. p.* 2. *c.* 15. *de literis requisitorijs per totum.*

157 Nota insuper, quod sententia, vt sit exequibilis, debet esse transacta in rem iudicatam, sed si fuerit per appellationem suspensa, exequi nó poterit. Vt dictum est supra: & finita causa appellationis, an executio sentẽtiæ fiat à iudice ad quem, vel à Iudice à quo? dic distinguendo cum *Castill. decis.* 84. *à num.* 1. *cum seqq.* aut scilicet sententia est confirmata expresŝè per Iudicem appellationis, & tunc ipse exequitur; quia agitur ex confirmatione. Aut cõfirmata fuit tacitè, vt puta per lapsum instantiæ, aut per aliam solemnitatem omissam, & tũc Iudex competens erit primus Iudex, qui ipsam sententiam tulit *Pract. Papien. in form. sententiæ in caus. appellat. nu.* 1. & *in form. execution. sent. diffin. in princip. Minsing. cent.* 5. *obs.* 54.

158 Alter poterit assignari casus, relatus per dictum *Castill.* quando scilicet appellans spõsè recedit ab appellatione, vel per viam pacti, & partium conuentione; tunc iterum

rum distinguendum est: aut scilicet petitur executio sententiæ in vim pacti, & tunc exequitur ille, coram quo pactum est factum, etiamsi esset delegatus. (Sed aduertit Castill. pactum istud debere ordinari ad tollendam appellationem, & confirmandum sententiam simul: secus vero tollendam appellationem tantum; quia tunc Iudex à quo exequetur. *Ant. de Butr. in c. pastoralis §. preterea de offic. Iud. deleg.*

159 Aut vero mera executio sententiæ petitur. Et tunc quilibet exequi potest, nempe Iudex à quo, & Iudex ad quem. Sed *de Franch. decis. 510. n. 9.* asserit magis comm. opin. esse, videlicet, quando Iudex appellationis confirmauit sententiam, ipsum exequi posse in causis ciuilibus (quicquid sit in criminalibus) *Castill. dict. decis. 84. per totam & in n. 9. testatur de obseruantia, ac in addit. ibi per eum.*

160 Sed quid, si appellatio esset deserta, an Iudex à quo, vel ad quem sententiam exequatur, & quid agẽdum erit? hoc in casu duæ à DD. afferuntur cauthelæ, vt exequatur sententia, deserta appellatione, absque alia interlocutoria super ipsa desertione.

Prima est, vt non adeatur Iudex ad quem, sed pars appellata adeat Iudicem à quo, & petat executionem sententiæ, & si pars exceperit de appellatione, poterit replicari de desertione, sicque Iudex à quo suam exequi poterit sententiam. Sed quando. Vide *Ciarlin. controu. for. cap. 133. nu. 94. 95.* Idem tenet *Mut. super rit. 183. in annot. lit. H. & lit. P.* idem tenet *Berrett. in cons. 35. nu. 4.* relatus per *Mastrill. decis. 222. sub nu. 5.* qui tenet indistinctè, deserta appellatione ob non introductionem factam infra 50. dies, potest Iudex à quo exequi sẽtentiam, absque eo, quod expressè pronuncietur super desertione appellationis. Et defendit etiam locum habere in Curia Ecclesiastica.

Altera erit cauthela; casu quo appellatio fuisset introducta coram Iudice ad quem; quia hoc in casu saltem ob reuerentiam Iudex à quo non poterit cognoscere causam deuolutam coram superiore. Pars appellata adeat Iudicem ad quem, & instet, vt rescribat Iudici a quo, vt exequatur sententia, ex quo appellatio est deserta: qui Iudex ad quem, reuiso calendario processus, si sibi liquet, quod appellatio sit deserta) non faciat aliam pronunciam, nisi tantum rescribat per literas Iudici à quo, vt sententiam exequatur,

quatur, non obstante appellatione interiecta, ex quo liquet sibi, appellationem esse desertam; Et sic Iudex à quo ad literas Iudicis ad quem sẽtentiam exequitur. Et hanc esse communem practicam, quæ seruatur in Regno Neapol. testatur *Maran. in suo specul. de ord. iudic. p. 6. de appellat. nu.* 191. Sed *Giurb. obser.* 88. *nu.* 14. dicit quod hoc casu Iudex à quo, deserta appellatione, sentẽtiam exequi poterit, non obstante inhibitione priùs ei facta, & absque literis remissionalibus. Vt tenent etiam *Grill. obseru.* 138. *num.* 7. *lib.* 1. *Surd. consil.* 139. *nu.* 11. *& decis.* 175. *Bero. qu.* 120. quicquid dicat *Afflict. in constit. appellationum tempora*, quem male dixisse ait *idem Giurb. loc. cit.*

161 Aliàs si super desertione pronunciaretur, ab ista interlocutoria, declarante appellationem esse desertam, daretur appellatio. Secundum aliquos citatos à *Giurb. dict. obser.*

162 88. *sub n.* 5. sed ipse *Giurb.* cõtrarium defendit, & dicit non dari appellationem. *ex Roderic. de exequut. c.* 1. *num.* 12. *Macerat. lib.* 2. *resol.* 9. per belle probat *idem Giurb. loc. loc. cit.* qui *in nu.* 7. *respondet S. C. T. sess.* 13. *c.* 1. *& sess.* 24. *c.* 20. quod loquitur de appellatione à sententia diffinitiua, aut vim diffinitiuæ habente; non autem de ista super desertione lata, quæ est mera interlocutoria. Vt refert *Giurb. dict. obser.* 88. *num.* 6. *& seq.* quicquid dicat *Intrigl. sing.* 72. *lib.* 1.

163 Sed an requiratur partis citatio ad dicendum causam, quare sententia lata exequi non debeat? dic quod sic. Ex *Marant. in specul. de ord. iudic. p.* 6. *act.* 3. *nu.* 16. vbi testatur de commun. opin. & ait hanc esse bonam practicã *idem Maran. p.* 6. *act.* 2. *n.* 189. *&* 190.

164 Quæ cuncta procedunt in laudo arbitrorum, & arbitratorum; quia etiam laudo tribuitur hoc priuilegium executiuum per *Rit. cap.* 179. *& refert Mut. super rit. cap.* 132. *nu.* 5.

165 Limita: nisi fuerit executio suspensa per reductionem ad arbitrium boni viri, qua pendente, laudum exequi nõ potest. Vt firmat *Mastrill. decis.* 90. *nu.* 1. 2. 15. vbi ampliat,

166 procedere de iure communi, non obstante pacto de non

167 opponendo, & non † obstante statuto tribuente executionem laudo. *Macerat. resol.* 4.

168 *num.* 9. *lib.* 2. sublimita † in causa inter coniunctas personas, stante forma cap. Regni (de suo loco dixi in Arb. præced.) quo casu executio laudi

per

per reductionem ad arbitriũ boni viri nõ suspenditur. *Mastrill.* qui refert pluriès decisũ *decis.* 90. *num.* 20. *& dixi Arb. praced. verf. laudo lata n.* ...

169 Secundo sub limita de iure Regni, nam hodie stante pacto de non opponendo, apponi solito in actu compromissi, per reductionem ad arbitriũ boni viri executio laudi non suspenditur. Sic disponitur per *Pragm. Comitis Castri* §. 48. ibi *la reduttione ad arbitrium boni viri, stante il patto de non opponendo non sospenda l'executione dello laudo*. refert etiam *de Groff. super dicto* §.48. *dict. pragm. n.*2. 3. *&* 4.

170 Et exequitur sententia, etiã quoad expensas, in quibus victus condemnatus fuit; & nota; quod lata sententia absque expressione expensarum, & nulla de eis in sententia facta mentione, victus ad expensas censetur condemnatus ex stilo Regni. Vt ait *Castill. decis.* 86 *& in addit. ibid.* tenet etiã *Giurb. decis.* 81.*n.* 3.

171 Nota etiam quod lata sententia contra tutorem, si tutor ipse fuerit per eam tutorio nomine ad expensas condemnatus, etiam si apparuerit ipsum calumniosè litem mouisse, tamen tunc executio contra pupillum, non autem contra tutorem nomine proprio, fieri debet *Cappell. Thol. decis.*

172 40. *in add.* Sed † dupplicitèr subueniri poterit pupillo contra tutorem, eiusque hæredẽ: primo quod petat restitutionem, si est infra tempora restitutionis petendæ. Secundo quod victor cedat actionem contra tutorem, eiusque hæredes. *per dict. Cappell. Thol. loc. cit.* qui *in add. ad dictam quæst.* 40. *verb. in iudicio lit. A.* ait quod quando Tutores, vel Curatores non habent iustam causam litigandi, licet alieno nomine egerint, tamen nomine proprio ad expensas cõdemnari debent. *Text. est in l. non est ignotum C. de admini-*

173 *str. tut.* Et casu † quo fuerint simpliciter in expensis condemnati, illas non imputant pupillo, vel adulto, cuius nomine fuit instituta calumniosa actio, sed dictis tutoribus, vel Curatoribus. Vltra *dict. Cappell. Thol. loc. cit.* tenent etiã *Salyc. & alij in dicta l. non est ignotum*. Qui *Salyc.* loquitur

174 † etiam de Procuratore, non habente speciale mandatum ad causam, sed tantum generale, tunc si cõdemnatus fuerit in expensis, tenetur: vt in Tutore dictum est.

175 Nono limita: procedi etiã posse via executiua etiam cõtra tertium possessorem prædij, aut census venditi cum pacto de retrouendendo, etiam in contractu non nominatum

aut

aut obligatum, ad faciendum scilicet actum retrouenditionis: virtute pacti de retrouendendo, in contractu publico adiecti. Ex dispositione *Cap. Regni Reg. Caroli* 214. *cum declarationibus in cap. eiusdem*

176 *Regis* 256. quod † procedit etiam contra quemlibet successorem, & tertium possessorem. Dixi *Arbor.* 24. *nu.* 35. 37. *& per totam* vbi de materia pacti de retrouendendo diffusius egimus, tetigit etiam *Mut. super rit.* 101. *nu.* 56. *circa medium.*

177 Decimo limita: executionem procedere posse etiam contra tertium, virtute manus iniectionis. Nam vendens alicui Nauem pro pretio conuento inter venditorem, & emptorem, potest contra Nauem venditam, & per tertium possessam, agere via executiua pro satisfactione dicti pretij. *Text. est expressus in l. Titius, & ibi not. Bart. ff. de seru. exportand. DD. in l. creditores C. de pignor. l. si quis sub hoc pacto, & ibi not. Bald. ff. de contrahen. empt.* Et in puncto *Franc. de Podio super rit.* 101. *col.* 2. *lit. D. Viuac. super rit.*

178 192. *sub litt. A.* Etiam † si dicta Nauis ambulasset per mille manus, adhuc ab ipsis mille manibus recuperari poterit. *Mut. super. rit. cap.* 192. *num.* 4. *& super Consuet. Pan. c.* 26. *num.* 188. dicit, posse creditorem contra quemlibet singularem successorem experire, etiam si esset millesimus possessor. Tenent etiam *Intrigl. sing.* 74. *lib.* 1. *de Septim. super rit. dict. cap.* 192. *sub litt. C.* Et *Montalt. super rit. prædicto* 192. ait, quod si vendita est res ad credentiam, & in contractu expresè est reseruata manusiniectio, etiã non facta excussione contra principalem debitorem, potest procedi contra tertium

179 dictæ rei possessorem, sed † fit executio contra principalem, & missio super re possessa per tertium, super qua extat manus iniectio reseruata. Imo etiam quod venditor sibi manus iniectionem non reseruasset: nihilominus adhuc omnibus præfertur, & reuendicatur res. *Mut. super dict. rit.* 192. *nu.* 5. *circa medium. Blasc. Lanc. ibid. Cumia ibid. sed ord. suo cap.* 97. *nu.* 11.

180 Idemque † procedit si creditor voluit, quod res, quam vendidit, sit ei obligata specialiter, & quod non possit alienari. Tenet *Viuac. super dict. rit.* 192. *litt. B. ex Bart. in l. si creditor §. fin. ff. de distract. pugnor. & in l. ea lege C. de condit. ob caus. & in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. & ibi Ang.* Idem tenent *de Septim. super dict. rit.* 192. *litt.*

Nnn *E. &*

E. & seq Rizzar. ibid. lit. E. Cumia ibid. n. 14 & 15.

181 Et præfertur super ipsa omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus, & priuilegiatis. Vt ex dicto *Cap. Rit. 192. & ibi communiter Scribentes*. licet

182 secus sit de iure communi, quia de iure non præfertur anterioribus creditoribus, etiam super eadem re vendita. *L. quidam fundus ff. de in rem versus. Vinac. & alij in dict. rit. 192.*

183 De materia manus iniectionis. Vide apud *Mat. in dict. cap. 192. ritus Afflict. decis. 338. Scribentes in dict. cap. ritus 192. Ego ipse aliqua dixi Arb. 1. nu. 68. & Arb. 6. nu. 31. cum pluribus sequentibus.*

184 Hic quæri potest. An manus iniectionem habeat creditor super fætu animalium venditorum? Responde, quod in iudicio pignoratitio, seu hypotecario videtur dicēdum quod sic. Quādo scilicet Vacca pregnans pignoratur, quia tunc etiam partus venit in pignore *l. 1. & ibi Bart. C. de part. pignor.*

185 Sed meliùs. Distingue aut venditur Grex, vel Ouile, & sic genus, & tunc quia genus est aptum edere fætus, datur actio hypotecaria. Aut vero venduntur animalia ad numerum, & tunc aut fætus nascuntur tempore, quo animalia vendita erant penes principalem debitorem, & veniunt in hypoteca. *Mat. decis. 75. num. 13. vbi alios citat.*

186 Et scias, quod manus iniectio cedi, & vendi potest. *Mat. super rit. 192. num. 3.*

187 prout † habens authoritatem, & facultatem faciendi aliquid authoritate proponi, hanc facultatem cedere potest. *Capic. decis. 135. limit. 8.*

188 Vndecimo limita: procedi posse via executiua super bonis inuectis, & illatis in fundo locato, etiam quod sint illa bona tertij, in contractu locationis non nominati, nec obligati: quia locator habet illa bona tacitè hypotecata pro mercede, seu pensione. *Text. in l. eo iure ff. in quibus caus. pignor. tacit. contrahen. l. item quia ff. de pactis l. certi iuris C. locat. l. si non inducta C. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* prout declarat in bonis tam vrbanis, quam rusticanis. *Carroc. de locat. tit. de inuect. & meliùs Neguf. de pignor. p. 2. memb. 4. num. 128. cum seqq. dicit etiam Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 15. per tot. Giurb. de-*

189 *cis. 40. num. 9.* Dictaque † bona habet obligata locator cum prælatione respectu omnium creditorum pro mercede non soluta. Vt concludit *Mant.*

Mant. loc. cit. lib. 1. tit. 23. nu. 2. & seq.

190 Verum *Bart. in l. interdum ff. qui pot. in pignor. habe.* distinguit dicens, aut fundus sit locatus ad conseruandum bona ibi illata; nimirum si locator Apotecam locasset pro merce conseruanda, aut horreum, aut alterum locum aptum ad conseruandum, & tūc habet hypotecam cum prælatione. Aut locator fundum locasset ad inhabitandum tãtum, vel ad illud exercendum extra causam conseruationis, & hoc casu haberet hypotecam super inuectis, & illatis, absque tamen prælatione. Quam Bartoli distinctionem testatur DD. receptiùs sequi. (quicquid dicat *Peregr. conf.* 80. *num.* 11. *lib.* 3.) *Gait. de credito cap.* 4. *quæsit.* 2. *à num.* 1584. *cum seqq.* & præcipuè *nu.* 1586. & aduertit *Paschal. de virib. patr. pot. par.* 4. *c.* 6. *n.* 68. Idem tenent *Ioseph Ludou. decis.* 84. *nu.* 4. *tom.* 2. *Gratian. discept. foren. cap.* 68. *n.* 4. *tom.* 1. *& cap.* 713. *n.* 1. *ad n.* 6. *& Gait. loc. cit. n.* 1587. alios citat, & in fine monet, dictam Bartoli distinctionem tanquã receptionem, & de iure veriorem tenendam esse. Vide etiam *Amat. resol.* 3. vbi de materia.

191 Sed an habeat conductor hanc hypotecam cum prælatione super inuectis, & illatis ex tacita reconductione? dic, quod si locator sibi de expressa hypoteca cauerit, tunc illa expressa hypoteca censetur repetita in sequentibus tacitis reconductionibus *Cornazan. decis. Lucens.* 177. Sed dicta 192 tacita hypoteca non præfertur tertio, qui contraxit post hypotecam expressam locatoris, sed ante tacitam reconductionem. Vt dicit *Idem Cornazan. loc. cit.* Cuius opinionem veriorem, & communem esse, testatur *Gait. de credit. cap.* 4. *q.* 2. *n.* 2153. qui reprobat *Polid. Rip. obser.* 154. & hãc opinionem multis comprobat.

193 Duodecimo limita: procedi posse via executiua etiam contra tertium stante clausula (*Constituti*) *Bart. in l. creditores* 3. *n.* 25. *vers. sed pone. C. de pignor.* quem sequitur *Salyc. ibid. nu.* 25. *Capic.* idem tenet *in decis.* 182. *num.* 8. & clariùs *Cumia super rit. ord. suo* 19. *nu.* 113.

194 Contrarium tamen veriùs esse teneo: nec clausula constituti dat viam executiuam contra tertium. Nam *Neguś. de pignor. p.* 8. *memb.* 1. *nu.* 17. *vers. quarto fallit.* dicit, quod 195 effectus clausulæ † constituti, & præcarij est, vt contra tertiũ per hypotecaria procedi possit, non facta excussione contra principalem debitorem,

Nnn 2 non

non tamen dicit, via executiua contra illum procedi posse. Sic etiam videtur tenere dictus *Capic.* Ideo *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 11. n. 7.* dicit, hanc rem egere maturiori deliberatione.

196 Et re vera, in Regno isto hæc opinio *Cumiæ, & aliorum* tenentium ex in constituti cōtra tertium via executiua procedi posse, non seruatur, nec eam seruari vidi tum in supremis, tum in inferioribus Curijs: imo seruatur totum contrarium. Et tantum contra tertium via hypotecaria, absque tamen discussione principalis, procedi solitum est, iuxta doctrinam dicti *Negus.* & probatur ex adductis *per Mut. in cap. Reg. Iacob. 39. à nu. 131. cum seqq.* vbi enumerat octo casus in quibus actio personalis transit contra tertium, quos referam infra post *limit.* 58. & tamen inter eos non legitur casus quando agitur ex constituto, & denique in *nu. 136.* dicit, quod, dictis casibus exclusis, nō videt posse agi personali actione contra tertium.

Nec obstant dictus *Bart. Salyc. Capic. & Cumia* superius in cōtrarium allegati, quia respondetur, eos loqui de executione assistentiæ, quæ datur cōtra tertium virtute clausulæ constituti non autem de executione virtute nostri ritus ita vt creditor isto in casu nō facit fructus suos, sed requiritur, quod inde contra se causset executionem, & interponat primum, & secundū decretur, & capta possessione seruatur fructus prædij liberati, Secundū cauthelam datam à *Maring. in sua pract. super rit. nu. 76. p. 1. fol. 90. per tot.*

197 Decimo tertio limita: procedi posse via executiua contra tertium possessorem, seu detentorem bonorum specialiter obligatorum censui constituto iuxta formam Bullæ, & Regię Pragmaticę virtute huiusmodi contractus bullaris. *Ex Pragm. Regis Alphonsi de censibus* vbi communiter *omnes Scribentes, Milan. decis. 8. nu. 3. & seq. lib. 2. Mut. super rit. 101. nu. 56. & super eadem Pragm. de censib. tom. 5.* & in

198 bonis proprijs, ac de persona. *Gross. super constit. pragm. Comitis Castri* §. 37. *n.* 3. qui in *n. 19.* dicit hoc non procedere in Clerico tertio possessore. Idem tenet *Giurb. obser. 104. nu. 41. Graff. de effect. Cler. eff. 7. n. 13. & seq.*

199 Sed quæ nam sint substantialia ipsius bullæ, vt contra tertiū contractus bullaris exequi possit? diximus pleniùs *Arb. 8. per tot.* & tetigi *in prax. super rit. c. 2. à nu. 17. cum seqq.*

vbi

vbi aliqua dixi circa verificationem extremorum. De qua dixi etiam *Arb. 7. nu. 9. 10. 11. & seq.*

200 Hic sciri oportet, verum esse virtute dictæ Pragmaticæ executiuo modo procedi posse etiam contra tertium in cõtractu bullari non nominatum, nec obligatum, ratione possessionis, vel detentionis. Vt dixi pleniùs *Arb. 7. à nu. 5.* Dũmodo quod nomine proprio, seu ad proprium commodum possideat, & detineat. Alia vt si possideret iure familiaritatis conueniri non posset; executio enim virtute contractus bullaris nõ competit, nec fit contra tertium possidẽtem iure familiaritatis. *Mastrill. decis. 184. num. 3. 4. 5. 6. & DD. infra citandi*. Quia potius dicitur detineri, quam detinere. Vt dixit *Paul. de Castr. l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. poss. Petr. de Greg. de censib. q. 6. num. 12. & 13. & ibi Mastrill. in add. n. 85.* meliùs & latè *Milan. decis. 3. nu.*
201 *68. lib. 2.* qui dicunt, hanc exceptionem admitti etiam in prima iudicij instantia, & in bulla tenet etiam *Intrigl. super bulla, & pragm. de censib. q. 50. & in cons. 16. num. 23. cum seq.*

202 Hi autem, qui dici possent, possidere iure familiaritatis sũt nimirum, hospitantes; famuli, commodatarij; filius habitans in domo cum patre, & matre; mater quæ administrat bona filij; maritus qui administrat bona vxoris, etiam si fuissent restituta constante matrimo-
203 nio; nisi † cõstaret bona fuisse empta ex pecunia viri. Prędicta omnia habęs apud *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 6. à nu. 85. cum seqq. vsque ad n. 89.*

204 Limita in patre, qui donationem fecit filio bonorum subiugatorum secũdum bullam; quia conuentus vti tertius pro annualitatibus non potest se tuere hac exceptione, quod scilicet possidet iure familiaritatis. Tenet *Intrigl. sing. 20. lib. 2.* vbi allegat *Milan. decis. 3. nu. 70. lib. 2.* qui *in n. 124. refert decisum*, quem sequitur *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 6. nu. 89.* Et hoc, ratione vsufructus, qui in his patri quæritur. *Imol. in l. si quis pro eo §. 1. ff. de fideiussor.* Idem procedit in alijs bonis filij, quorum pater habet vsum fructum. Secus est si pater nullum haberet vsumfructum; licet dubitarem ratione commoditatis, quam habet pater in bonis filij.

205 Nec præualet asserere, quod iste tertius possidet rem cẽsui obnoxiam tanquam hæres cũ beneficio inuentarij, ne teneretur de persona, & in bonis pro-

proprijs; quia ratione solius possessionis tenetur hæres virtute cōtractus bullaris de persona, & in bonis proprijs, sicut quilibet alius possessor, aut detentor. docet *Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. dict. q. 6. nu.* 83. quem sequitur *Costa Siculus in cons.* 6.1. *n.* 43.

206 Decimo quarto limita: procedi posse via executiua pro pensione fundi super animalibus, quæ pascua sumpserunt, vel sumunt, licet nō sint propria conductoris, sed alterius tertij. *Arg. inuectorum, & illatorum de quibus dixi supra limit.* 11. *& in terminis Giurb. decis.* 40. *nu.* 9. *& Carocc. de locat. p.* 5. *tit. de inuectis*. Et cum præ-

207 latione † pro prætio hærbæ venditæ ad pasculum, quia venditor, & dominus ipsorum pasculorum habet prælationē etiam contra anteriores creditores in dictis affidatis animalibus. ratione alimentorū. *Mut super consuet. Pan. cap.* 32. *nu.* 34. *per text. in l. huius ff. qui pot. in pignor. hab. Caualc. decis.* 44. *nu.* 47. *p.* 1. *& decis.* 27. *nu.* 37. *p.* 2. latè *Carocc. de locat. & conduct. in tit. de sequestr. q.* 2. *nu.* 2. *&* 3. & in puncto pro pensione fundi *Giurb. decis.* 40. *per tot.*

208 Et loquendo de animalibus bouini generis, dico, non posse expignorari: cum hoc sit prohibitum ex *Pragm.* 1. §. 1. *tit.* 55. *de prohib. Macell. animal. tom.* 1. quo ad Vacchas, earumq; alleuia quæ annum non compleuerint. Quod inde fuit ampliatum ad omnia animalia bouina. Per *Pragm. secunda* §. 1. *eod. tit. Marci Anton. Column. sub die* 22. *Martij*

209 5. *Indit.* 1578. Etiam pro † quocumq; debito bullari, aut aliter priuilegiato; etiam Regiæ Curiæ; ex *Pragm.* 5. §. 17. *eod. tit. vbi Mut. nu.* 3. & tetigi *in prax super rit. c.* 2. *n.* 6.

210 Minus animalia pecorina, & caprina expignorari posſūt. *ex dicta prag.* 5. *dict.* §. 17. *vbi*

211 *Mut. num.* 13. Nisi virtute † manusiniectionis vt dixi in *Prax. super rit. cap.* 2. *sub n.* 67. *vers. limita non procedere* Nisi

212 etiam † pro pasculo, quia animalia, quæ pascua sumpserunt, vel sumunt expignorari possunt, non obstante dicta pragmatica. *Ex ead pragm. & dixi in prax. dict. c.* 2. *nu.* 67. *limit.* 2. refert etiam *Mut super dicta pragm. n.* 3. *Giurb. de-*

213 *cis.* 40. *per tot.* qui tamen † tenet, hoc non procedere quo ad animalia, quæ pascua sūpserunt, & à loco pasculi discesserunt: quia tūc expignorari non possunt; nisi in subsidium defectu aliorum bonorum. Quem sequitur *Amat. resol.* 3. *n.* 14.

214 Respondet † vero & optimè *Mut. super dict. pragm.* 1. *tit.* 55.

tit. 55. à n 4. cum seq. de prohib. Macell. anim. Et dicit, quod etiam si inuenirentur extra locum pasculi, nihilominus probato, quod pascua sumpserunt, rectè possent expignorari. Pragmatica enim hoc nō restringit, imo annuit totum contrarium Pragmatica Comitis de Oliuares ibi (*sumpserunt*) vt *Mut. sub num.* 5. & probatur etiam *ex pragm.* 4. §. 2. *eod. tit.* loquente de animalibus pecorinis, & caprinis ibi (*ò per l'herbaggio, seu fida del feudo, ò territorio, doue essi pascono, ò haueranno pasciuto*) Igitur tam si extarent in loco pasculi, quam si ab eo discesserint, dummodo quod pascua sumpsissent, possunt expignorari. Et hæc mihi videtur probabilior, & melior opinio.

215 Decimo quinto limita: in Fisco succedente ob causam confiscationis, contra quem via executiua procedi posse videtur pro debitis eius, cui successit: quia habetur loco hæredis. Ex *Glos. in l. ex facto §. si quis ita ff. ad S. C. Trebell.*

216 Contrarium vero est verū, imo quod Fiscus non teneatur via executiua tanquam hæres. Licet enim teneat locum hæredis quoad debita, & credita eius, cui successit: Actamen non dicitur propriè hæres, sed est principalis successor. vt habetur *Ex Paul. de Castr. in l. 1. n. 2. C. de petit. hæred.* qui *in dicto l. ex facto §. si quis*
217 *ita* ait, quod si Fiscus † apprehendit bona, non tenetur vltra vires hæreditarias. *L. 1. §. an bona ff. de Iur. Fisci*, quod
218 non esset, † si propriè esset hæres. Sequitur in puncto *Mut. super consuet. Panor.* 38.
219 *nu.* 52. & propterea † contra Fiscum confiscantem nō causatur executio, vti hæredem. *Idem Muta super rit.* 103. *nu.* 18. & clariùs *super cap. ritus* 123. *num.* 17. quem sequitur *Amat. resol.* 13. *n.* 26.

220 Decimo sexto limita: in socijs recollectis à conductore gabellarum regiarum, cōtra quos socios, etiam si non sint in contractu conductionis nominati, nec expressè obligati, via executiua proceditur pro satisfactione pretij cōductionis. Indubitati enim
221 † iuris, est Fisco Regio cōpetere viam executiuam pro exigendis tributis, quæ iusta sūt, & liquida ab illis, qui ea debent. Vt *infra limit. seq.* & est *Text. in l. 1. & tot. tit. C. si propter publ. pens. l. abstinendum 4. C. quorum appell. non recipi. l. missi opinatores 7. C. de exactor. tribut. Girond. de Gabellis p. 4. num. 2. & alij per Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 10. nu.* 1. & dicam *infra limit. seq.* Et
222 debitor, † donec soluat debitum Fiscale, carcerandus est,

nec

nec sub fideiubsore, etiam indemnitatis, relaxandus: sic statutum est de iure communi: vt probat *Text. in l. Sacrilegij §. fin. & l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. & in l. nemo carcerẽ C. de exactor. tribut. lib.* 10. *Guttier. de Gabellis lib. 7. q.* 166. *n.* 1. *Carleual. dict. disp.* 10. *n.* 2. vbi alios citat. *Gironda de Gabell. p. 4. in princ. n. 4 & n.* 16

223 Extenditur † hoc in conductores gabellarum, contra quos pro pretio conductionis executiuè proceditur; quia debitum ex conductione est certum, & liquidum. Secundo quia obligatio videtur facta penes acta, quæ executionem habet paratam. *Glos. in l. generaliter C. de Episc. & Cler. Alex. in l. cum pro quo ff. de in ius vocand. Afflict. decis.* 387. *nu.* 5. *& decis.* 30. *nu.* 3. *de Podio super rit.* 102. *lit. B. & dixi supra limit.* 3. *vers. secus tamen est.* Vt in simili etiam dicimus

224 de cõfessione † iudiciali, quæ de iure habet executionem paratam. *L. vnica C. de confess. l. post rem iudicatã, & ibi Suar. in repet. ff. de re iudic. Percoll. super rit. c.* 114. *lit. E. de Podio super rit. cap.* 102. *sub lit. B. & in Rit.* 14. *lit. D. Cumia super rit. ord. suo cap.* 7. *num.* 21. *&*

225 *cap.* 18. *nu.* 108. Intellige tamen, dummodo confessio sit simplex, & pura; quia si est qualificata non haberet executionem paratam, sed procederetur actione in factum per viam cedulæ; vt disponitur per *Rit. cap.* 132. *vbi Scribentes & Cumia super dicto cap. sed ord. suo* 37. *nu.* 27. *& seq. Ego in prax. super rit. cap.* 4. *nu.* 36. *Idem Cumia super rit. cap.* 18. *nu.* 108. *Intrigl. sing.* 113. *lib.* 2. *Baron. de Citat. tom.* 2. *ad q.* 16. *nu.* 181. igitur virtute puræ confessionis iudicialis

226 datur via executiua, sed † si pars confitens se opposuerit, causa erit oppositoria. *Giurb. decis.* 62. *nu.* 32. *Baron. loc. cit. n.* 181. 182. *&* 183. *Mastrill.*

227 *decis.* 302. Eodẽ modo † proceditur virtute confessionis, factæ coram arbitro. *de Septim. super rit. cap.* 169. Tertia

228 ratio est, †, quia obligatio cõductoris gabellarum videtur facta addictio gabellarum in publica subastione plus offerenti: quæ quidem addictio executionem habet paratam. *Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin.* 1. *par.* §. 11. *ampliat.* 4. *nu.* 21. probat *Carleual. de iudicijs dict. disp.* 10. *nu.* 3. vbi *n.* 4. exten-

229 dit hoc Fisci priuilegium in socios recollectos ab ipsis cõductoribus gabellarum. Cum hoc tamen temperamento, vt socij teneantur pro sua portione, & rata tantum, pro qua fuit recollectus, nempe pro tertia, quarta, aut quinta parte, & non in solidum pro tota sum-

230 summa. Nisi sint † simpliciter collecti, & sine vlla limitatione; & hoc in solidum tenerentur pro tota summa conductionis. Vt aduertit idem Carleual. dict. disp. 10. nu. 5. & 6. de materia vide DD. quos remissiuè citat Baron. de cit. tom. 2. ad q. 19. n. 67.

231 Decimo septimo limita. In exactione gabellarum Fiscalium, tributorum, & collectarum Regiarum, pro quibus potest procedi via executiua etiam contra tertium Diximus superiùs in prox. limit. quibus addo Baron. de citat. tom. 3. ad q. 19. n. 56. Maran. in suo specul. p. 4. in verb. vt iudici mercatorum dist. 9. num. 182. & in 6. p in verb. citatio nu. 6. Olase. decis. Pedam. 86. de Podio super

232 rit. c. 101. litt. B. licet iste † tertius nō sit in contractu nominatus, nec obligatus: Bald. cons. 90. nu. 4. vol. 5. text. est in l. Sacrilegij §. vltimo ff. ad leg. Iul. pecul quos sequitur, & citat Intrigl. sing. 100. num. 1. lib. 2. Posset exemplificari in tertio possessore prædij alienati, qui tenetur ad gabellam tareni vnius pro qualibet vncia debiti Regiæ Curiæ, & tarenorum duorum debitorum huic Ciuitati Agrigenti, & cōueniri potest via executiua. Et ita seruatur.

233 Et nota, quod hoc priuilegium executiuum competit etiam conductori gabellarum, qui gaudet omnibus priuilegijs, quibus Fiscus gaudebat. Castill. decis. 20. Baron. de citat. tom. 2. ad q. 19. num. 67. Guttier. de Gabell. q. 166. n. 5. 6. & seq. vbi ad partes exami-

234 nat quæstionem. Eisque gaudet cessionarius ipsius Fisci Peregr. de Iure Fisci lib. 6. tit. 3. nu. 34. quem sequitur Intrigl. sing. 100 num. 2. lib. 2. latè Surd. cons. 444 per tot. & pleniùs Gut-

235 tier. dict. q. 163. qui dant rationem, quia priuilegium Fisci cedi potest. Prout tenet etiam Bart. in l. 1. C. de priuileg. dot text. est in l. fin. vbi idem Bart. C. de priuileg. Fisci Intrigl. dict. singul. 100. num. 3. lib. 2.

236 Imo pro exactione gabellarum Regiarum non solum competit via executiua, sed etiam pactum de non opponendo, & pignora ad discursum vendendo. Ex Constit. Marci Ant. Columna in pract. Officij Commissarij banca rit. della exattione di crediti della Regia Corte. Et ita vidi practicari etiam in fauorem conductorum gabellarum tareni vnius possessionis.

237 Sed an gabellarius sit præferendus alijs creditoribus in ipsa re super qua debetur gabella? quod sic tenet La-

Ooo sart.

sart. de Gabell. cap. 7. num. 59. *Giron. de Gabell. part.* 4. §. 1. *num.*8.

238 Contrarium defendit *Giurb. obseru.* 103. *num.* 21. & refert sic resoluere *Azeued. sibi contrarium in l. 8. num.* 14. *tit.* 18. *lib. 9. recop.* Et hoc veriùs dicit *Felician. de censib. lib. 3. c. 5. num.* 11. testans veriorem esse opinionem, gabellam prælationis priuilegio, & fauore non gaudere: Et refert sæpenumero decisum: Nec pro gabella Gabellarius habet hypotecam. *Surd. decis.* 31. *nu.* 10. vbi ait, in gabella non reperiri iure cautum, quod pro ea sint obligata bona. Quem sequitur *Giurb. obseru.* 103. *num.* 21. & dicit, cauendum nobis esse à *Girond. dict.* §. 1. *num.* 3. asserente iuris esse, vt res vendita sit pro gabellæ solutione hypotecæ onere affecta *ex. l. Imperatores ff. de publician.*

239 Decima octaua poterit assignari limitatio: in tertijs, ad quorum instantiam licet non posset executiuo modo procedi. *Mut. super rit. cap.* 101. *sub n.* 56.

Quia sicut non potest instrumentum contra tertium exequi, sic nec ad instantiam tertij, sed tantum ad instantiam principalis creditoris. *Bald. in l. 1. C. commun. de legat. & ita post Alex. Ias. in l. si quis nec causam num.* 10. *ff. si cert. pet.* etiam si sua intersit. *Cumia super rit. ord. suo cap. 6. num. 2. & 3. Burg. de laud. part. 3. insp. 4. num.* 45.

240

241 Quia Statuta † non extenduntur vltra rem, seu personam in eis non nominatam. *c. cum personæ de priuileg. in 6. c. sane eod. tit.* Maximè hoc statutum, de quo loquimur, quod est odiosum, & strictissimè intelligendum. Vt diximus *in princ. huius arb.* & tenet *Mut. dict. cap. rit.* 101. *nu.* 56.

242 Nihilominus si iste tertius obtinuerit à principali creditore iurium cessionem, vtique poterit executiuè agere contra debitorem cessum, cum habeat vtilem actionem virtute cessionis. *De Septim. super rit. cap.* 102. *litt. C. Mut. super rit. cap.* 101. *num.* 21. *& num.* 56. & expressè disponitur *per rit. cap.* 124. *vbi Scribentes, & Mut. in princip.* vbi pluribus perbellè comprobat. Tenet etiam *Intrigliol. sing. 13. nu. 1. & ibi conners. in addit.*

244 Sed non tenebitur edere instrumentum cessionis in litis initio, se ante litem contestatam; & satis erit si illud producat,

ducat, & exhibeat in termino probatorio, & ante sentētiam. *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 4. nu. 12.* Vide de materia *Amat. resol. 78. nu. 4. Surd. cons. 22. nu. 1. & 19.*

244 Et in iudicio executiuo, plena prius per fideiubsionem, vel per interpositionem cedulæ primi decreti executione, discutitur de viribus cessionis. *Milan. decis. 1. num. 42. lib. 2.*

245 Vndè, † parte instante, debet cessionarius demostrare iudici cessionem, vel aliud instrumentum legitimans actoris personā: & si defectus ei obijceretur visibilis ex facie instrumenti producti, veluti si notoriè, & apparenter falsum, vel aliter defectuosum apparenter sit: & tunc discutitur vitium ante adimplimentum, & de viribus cessionis. Si vero vitium contineret inuisibile, & altiorem requireret indaginem, tunc non posset de viribus cessionis ante adimplemētum cognosci, sed omnino adimplenda est executio, & deinde post eam adimpletam discutiēdum erit vitium, quod obijcitur. Quam distinctionē post longum tractatum affert *Amat. var. resol. cap. 78. tom.*

246 *2.* per totam. vbi etiam † loquitur in causa ordinaria. Et

247 in causa † executiua. Tractatu *nu. 12.* vbi circa finem dicit, quod prudenti iudicanti remictitur.

Et licet *Boer. decis. 10. in princ. Surd. cons. 22. nu. 1. & 2.*

248 teneant, † posse procedi ad instantiam cessionarij, constito priùs de iuribus cessionis ci-

249 tatis debitoribus; Actamen † in Regno discutitur de iuribus cessionis post adimpletā executionem. Et hoc iure vtimur. Et testatur etiam *Intrigl. sing. 13. per tot. lib. 2. & ibi conuers.* dicunt etiam *Graff. de except. in prælud. num. 181. & Milan. decis. 1. nu. 41. lib. 2.*

250 Prædictis itaque in casibus via executiua procedi potest contra tertium in contractu non obligatum, nec nominatum. Et alios casus refert *Io: de Leuia Bolaños in Curia Filippica p. 2. §. 11, tercero possedor fol. 109. & Mut. super cap. Regis Iacobi 39. à nu. 31. cum seq* ponit octo casus, quibus poterit contra tertium procedi actione personali, quamuis

251 actio † personalis non tertium possessorem, sed personam sequatur. Vt docet *Surd. in cons. 4. n. 33. lib. 1.*

252 Primo in causa alimentorum pro quibus esset imposita pensio super aliquo fundo. Se-

253 cundo † pro annua pensione, siue censu, anniuersariorum defunctorum relicto Ecclesiæ in suffragium animarum purgatorij *C. quanto. in fine de vsuris*. refert decisum *Guid. Pap. decis.*

decis. 576. quam decisionem esse notandū dicit Matth. Ant. V.I.
254 *D. in add. ad Guid. Pap.* Tertio pro decimis. *dict. c. quanto de vsuris vide infra vers. sexto in*
255 *causa decimarum.* Quarto † pro oblationibus. *ibid.* Quinto pro tributo Principis. *L. Imperatores ff. de vectigal. & commiss.*
256 vide supra *limit.* 17. Sexto † quando seruitio militari contra tertium possidentem rem emphiteuticam, vt recognoscat, & faciat actum recognitorium. *Guid. Pap. decis.* 42. *Burg. de laudim. p. 3. insp.* 26.
257 *num. 7. & seq.* Septimo † pro seruitio militari contra possessorem feudi; Quia seruitium feudi debetur ex re, & sequitur possessorem. *Isern. ad const. Regni siue reali tit.* 103. *de*
258 *contumace conuencto lib.* 1. Octauo denique virtute contractus bullaris. De quo dixi *Supra limit.* 13 *& in Arbor.* 8.

Instrumenta igitur in capitulis Ritus huius Regni expressata, requisitis omnibus, per ritum dispositis; in eis interuenientibus, paratam habent executionem.

259 Et scias quod vltra casus per ritum connumeratos, etiam executiuò modo proceditur in casibus, quibus sic agi, de iure communi est permissum. *Cumia super rit. ord. suo 19. nu.* 101. vbi dicit, istum Ritum nō denegare executionem in casibus à iure permissis, sed potiùs de nouo vltra ius commune alios casus introducit. Et illi
260 non expressati, tanquam † omissi, remanent in dispositione iuris: Ex *l. commodissime ff. de liber. & posthum. tenet etiam Blasc. Lanc. in Rit.* 102. *lit. A.*
261 Ideo testamentum habet executionem paratam. *L. fin. C. de edict. diui Adrian. toll. Blasc. Lanc super rit. cap.* 102. *lit. B. text. in l. ait prator § si iudex ff. de re iudic. Corn. cons.* 182. *vol. 4. de Podio super rit. cap.* 102. *lit. B.*
262 Secundo sententia tam lata à Iudice ordinario, quam ab Arbitro. Vt diximus supra.
263 Tertio instrumentum guarentigiatum *de Septim. super rit. cap.* 102 *lit. E. Latus super eod. rit. cap.* 101. Guarentigiatum
264 † dicitur, quando habet præceptum Notarij de soluendo debitum confessatum, quod præceptum facere potest vigore potestatis à statuto, vel à Principe sibi attributæ. Secūdum *Bart. & Ias. in l. error C. de Iur. & fact. ignor. de Septim. super dict. rit.* 102. *litt. E. & Riccar. lit. C.*
265 Quarto inuentarium, pro rebus liquidis in eo, etiam ante redditam administrationē. *Socc. in cons.* 42. *col.* 2. *vol.* 1. *& de magis communi opinione testatur. Benintend. decis. Bonon.* 90.

Con-

266 Contrarium tenent *Alex. conf. 197. vol. 7. & Cranett. conf. 231. lib. 16. & conf. 275. nu. 13.*

267 Sed has opiniones conciliat *Caual. de tutor. num. 216. cum seqq.* qui sequitur opinionem *Alex. Crau. & aliorum negatiuam opinionem tenentium.* & dicit, primam opinionem procedere, quando tutor iurasset illas restituere; quia ratione iuramenti cogitur præcisè res restituere. Et allegat *Afflict. decis. 381. & alios.* Procedit etiã quando tutor non poterit breui tempore compotum reddere, & liquidare creditum, & debitum: scilicet infra tempus executionis.

Secundam vero opinionem procedere, ait, si tutor posset breui tempore liquidare eius creditum: quia tunc non fieret executio. Allegat *Corn. in conf. 223. vol. 1. Alex. in conf. 99. vol. 3.* refert etiam *de Podio super rit. cap. 102. lit. A.*

268 Ob cõtrarietatem quarumquidem opinionum in Regno fuit condita *Pragm.* tempore domini *Principis de Paternione Regni Præsidis*, quæ est §. 6. vbi disponitur, quod tutores quolibet anno habent dati, & recepti, & in Curia Ciuili locorum, vbi dictam haberent administrationem, præsentare debeant. Ac pro mobilibus in inuentario descriptis executiuè teneantur, minore effecto adulto, nec excusentur pro quacumque causa: nisi illa védidissent in publico incanto, solemnitatibus necessarijs, & de iure requisitis interuenientibus; dummodo quod de huiusmodi venditione publica appareant instrumẽta per acta publici Notarij, præcedente tamen priùs extimatione, & apoca de recepto, aut appareret aliud legitimum distributiuum, de ordine iudicum factum, quod constare debet peracta illius curiæ. Prout meliùs tenore prædictæ pragmaticæ.

269 Quinto habet viam executiuam depositum. *Bart. in l. si quis C. deposit.* ait *Ant. Blasc. Lanc. super rit. cap. 102. lit. A. Bart. & Bald. in l. si quis vel pecuniam C. de Episc & Cler. Mut. super rit. cap. 7. num. 2. & cap. 19. nu. 12. Aloys. de Septim. super dict. cap. Ritus 102. lit. D. de Podio ibid. litt. C. Rizzar. super rit. cap. 114.* & expressè disponitur *ex dict. cap. Rit. 102.*

270 Depositarius igitur executiuè conuenitur ad restituendum depositum. *Groß. de except. in prælud. nu. 30. Carleual. de Iudic. tit. 3. disp. 6. sub n. 2. vers. nam quicumque depositarius Asin. de execut. §. 1. c. 4. nu. 1.*

271 Dummodo † constet de deposito ex instrumento, quod facit notorium, vel ex chirogra-

pho

pho recognito, vel ex alia probatione, quæ fidẽ faciat. Probato enim qualitercumq; deposito, ipsum ex natura sua producit obligationem executiuam. *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 10. tit. 10 n. 28.*
272 Secus in † deposito confessionato. Per tradita per *Bald. in*
273 *cons. 181. lib. 3.* Contrarium † tenet *Rolan. cons. 17. nu. 6. per tot. vol. 1. Cumia super rit. ord.*
274 *suo cap. 19. nu. 14.* Sed quid, † si de deposito constet per testes? Vide *eumdem Cumiam dict. cap. 19. dicto n. 14.* Et no-
275 ta † quod quando ex deposito executiuè proceditur, denegatur etiam quindena. *Mut. in consuet. Pan. cap. 71. nu. 39. & super rit. cap. 114. n. 5.*
276 Sexto proceditur via executiua ex computo finali facto inter partes. *Bart. in l. 2. col. penult. C. de Iure Fisci lib. 10. Boer. decis. 295. de Podio super rit. 101. lit. B.*
277 Septimo habent viam executiuam omnia instrumenta iurata, vbi partes iurauerunt contenta in instrumento obseruare: Nam iuramẽtum habet executionẽ paratam. *Bart. in l. 2. C. de Iureiur. DD. in l. prætor ait §. si iudex ff. de re iudic. & in l. post rem iudicatam eod. tit. & ibi Castren. de Podio super rit. 102. lit. C.* dummo-
278 do † habeant requisita à nostro Ritu, nimirum quod sint publica, per manus publici Notarij confecta, in forma publica redacta, obligationem expressam, & præsentem habentia, confecta in Regno, seu in locis expressatis in interpretatione *cap. rit. cum varia* . facta *in cap. dicti rit. 110. & 111.*

His sic declaratis, aliquæ oriri possunt difficultates circa materiam viæ executiuæ.

279 Primo an via executiua procedi possit virtute instrumenti guarentigij societatis, societate finita, contra consocium pro capitale, ante factũ calculum, & discussionem, ex quibus constet, an ex societate prouenerint lucra, vel damna, & an capitale sit saluum? Negatiuè videtur respondere. *Anchar. in cons. 235. vers. praeterea propter incertum Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 7. nu. 6. vbi multos citat.* tenent etiã *Caphal. cons. 768 nu. 14 & 37. & cons. 769. n. 1. & n. 11. lib. 5. Caual. de tutor. & curat. n. 214. Neguf. de pignor. 5. par. memb. 1. n. 37. Giurb. decis. 15. nu. 3. Cancer. var. resol. p. 3. cap. 7. n. 318. cum seqq. & cap. 15. n. 314.*
280 Nisi socius † interpellatus ad exhibẽdum societatis librum, non exhiberet illum, aut exhibet librum vitiosè, & non solemniter compositum; quia tunc, libro non exhibito, instrumentum societatis poterit aduersus socium, librum cælantem,

lantem, aut non ostendentem executioni mandari, non expectata amplius ratione dati, seu exitus. Tradit *Caualc. de tutor. & curat. nu.* 217. *qui refert. ipsum sic iudicasse in causa tutela. Idem tenet Giurb. decis.* 15. *nu.* 10. *Carleual. dicta disp.* 7. *n.* 13. vbi alias affert limitationes quem vide.

281 Secundo an ex debito filij possit fieri executio contra patrem pro alimentis filio debitis, & è contra, pro debito patris contra filium pro alimentis patri debitis? Responde distinguendo aut agitur de alimentis præteritis, debitis, & non solutis, & tunc poterit via executiua contra alimẽtorum debitorẽ in ipsis alimentis præteritis, & debitis procedi, aut vero loquimur de alimentis futuris. Et non potest. *Surd. de Aliment. tit.* 8. *priuileg.* 55.
282 *n.* 10. Et ratio esse potest, quia alimenta futura cedi non possunt. Probat ex multis *Carleual. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 20.
283 *nu.* 2. Alimenta † vero præterita cedi possunt, & trasmictuntur ad hæredes. *Surd. de Alimen. tit.* 8. *priuil.* 55. *nu.* 10. *vers. nostra autem*. & hanc distinctionem refert, & sequitur *Carleual. de Iudic. dicta disp.* 20. *per tot.*

284 Tertio an obligatio ad factum ex vi publici contractus, celebrati iuxta formam, & cũ conditionibus requisitis per ritum, habeat viam executiuam, ita vt obligatus executiuè cogi possit? nempe si quis se obligauerit ad edificandam domum, an cogi possit ad faciendam ipsam domum? Videtur respõdendum negatiuè:
285 quia debitum videtur illiquidum; & illiquidum vbi est debitum, non potest fieri executio. *Milan. decis.* 10. *n.* 67. & 112. *lib.* 1. & *decis.* 1. *nu.* 29. *lib.* 2. *vide Burg. de laud. p.* 3. *insp.* 40. *n.* 92. & *seq. de Grass. de except. except.* 36. *Intrigl. decis.* 15. *nu.* 14. & *seq. lib.* 1. *Caual. decis.* 21. *nu.* 60. *p.* 1. *Milan. decis.* 6. *num.* 18. *p.* 2. Sed quomodo procedendum. Vide *Mastrill. decis.* 198. *num.* 3.
286 Imo vbi pars debiti est illiquida, tota summa redditur illiquida, & consequenter non fit executio. *Milan. decis.* 1. *n.* 28. & 32. *lib.* 2. *Cephal. consi.* 769. *nu.* 5. quem omnino vide. Tenet etiam *Intrigl. decis.* 10. *nu.* 11. & *vide ibid. n.* 12. vbi di-
287 cit, quod executio eius quod est liquidum, non debet retardari propter illud, quod est illiquidum, quando scilicet sũt duæ summæ separatæ. De quo *Vide etiam Surd. decis.* 184. *n.* 4.

288 Contrarium tamen est verius; quia etiam ad factum fit executio. Ita vt si quis se obligauerit ad faciendam domum, & tunc fit præceptum execu-

tiuum

tiuum ad id faciendum cum constitutione termini: Et post moram contractam ob lapsum terminum præcepti succedit obligatio ad interesse; & non
289 potest reus, precisè hoc facere, compelli; sed liberatur soluendo interesse. Probatur per *Text. in l. si quis ab alio § si quis promiserit ff. de re Iudic. l. stipulationibus 54. §. operarum. l. stipulationes non diuiduntur 72. in princip. vers. celsus. l. cum stipulatus sum mihi à Proconsule 113. §. vlt. ff. de verb. oblig. Dyn. in c. mora 25 nu. 5. de reg. iur. in 6. Carleual. de Iudic. tit. 1. disp. 2. q. 8. sect. 2. nu. 1021. & lib. 1. tit. 3 disp. 3. nu. 2.* vbi plures citat, & quinque affert limitationes; vt compellatur precisè ad factum, & diffusius tractat materiam.
290 Hinc est, quod modus procedendi per viam præcepti, seu iniunctionis est executiuum. *Amat. resol. 59 nu. 1.* Et durat
291 per annum. Quia executiuum mandatum durat per annum. *Intrigliol. sing. 199 lib. 2.* quo
292 elapso renouari debet. *Idem Intrigliol. loc. cit. & de obseruantia M. R. C. testatur Cumia super rit. ord. suo cap. 16. n. 17.*
293 Quarto an via executiua detur pro interesse dotis, quando adest iuramentum? videtur quod non: quia non videtur pro interesse obligatio expressa prout ritus requirit.
294 Contrarium est verum, quando in instrumento adesset clausula refectionis damnorum, & interesse. *Cutell. de donat. tract. 2. disc. 1. spec. 30. nu. 17. vbi de obseruantia. Milan. decis. 14. n. 91. lib. 1. Amat. resol. 43. num. 75. & 76. Mastrill. decis. 287. ex nu. 54. Castill. decis. 62. Giurb decis. 114.*
295 Quinto an in causa decimarũ via executiua procedi possit? affirmatiuè respondẽdum est, quia ad decimas non solutas incipi potest à precepto executiuo cum monitione sub excommunicationis pœna, vt intra quatuor dies soluat summam decimarum debitarum rectori. *Glos. in clem. dispendiosam in vers. pramoniti, de Iudic.*
296 idem etiam † in decimis in futura soluendis. voluit *Rebuff. in tract. de decimis q fin. nu. 25.*
297 dum ait, † in materia decimarum incipi posse à precepto. Per *c. peruenit de decimis Castill. decis. 9. à n. 1. cum seq.*
298 vbi probat, quod † subditi cogendi sunt ad soluendum decimas via executiua, & appellatione remota. *Qui in add. citat Rcc. in prax. resol. 161. vbi latissime, & nouissimè in collect.*
299 2191. Et poterit † etiam contra tertios possessores procedi. *Mut. super cap. Reg. Iacob. 39.*
300 *nu. 134. com. 1.* Sed an † via executiua? quod sic *Guid. Papi decis. 576. Vide Mut. dict. cap. Reg.*

Reg. Iacob. 39. *nu.* 131. *& seq.* *& Ann. in sing.* 143. *vbi Faber in addit.*

301 Hic nota: quis nam sit Iudex competens contra laicos conductores fructuum præbendæ locatæ in exactione illorum? Responde, Iudex laicus. Ex *Mart de iurisdict. part.* 2. *cap.* 30. *nu.* 21. vbi contrariam opinionem veram haud esse testatur. Tenet etiã *Cutell. decis.* 6. *n.* 13. *tom.* 1. Idem est

302 † in conductore decimarum, qui à Iudice laico conueniendus est ad soluendum pretiũ conductionis conuentum. *Idem Cutell. dict. decis.* 6. *n.* 14. *ad finem tom.* 2.

303 Sexto an maritus via executiua conueniri possit ad instãtiam vxoris pro restitutione dotis in casu eius vergentiæ ad inopiam constante matrimonio, si eo in casu expressè restitutio promissa non fuit? *Amat. resol.* 92. *nu.* 9 *&* 10. videtur tenere, quod non. Sed

304 *Mut. decis.* 23. tenet contrarium, imo quod sic. Quando tamen in contractu matrimoniali ad esset clausula (in omni, & quacumque causa restitutionis) Et *Mastrill decis.* 142. dicit quod verissima est opinio, in Regno recepta, quando agit mulier, illam probationem, quæ super inopia viri fortè necessaria esset, per testes (vt dixit Muta) sufficere in vim extremorum ad fundãdam executionem. Quicquid sit in extraneo, vel patre dotante, quo casu eis cauendum esse tenet *Barbos. in l. si constante nu.* 57. *solut. Matrim.*

305 Septimo an instrumentum cancellatum, de cuius cancellationis validitate dubitatur, habeat executionem paratam? Pro responsione quæ siti *Amat. resol.* 81. affert tres casus. Primus est quando cancellatio est euidenter legitima, & non dubitatur, instrumentũ exequendum non esse. *Vt in nu.* 8. Secundus est, quando non dubitatur cancellationem esse illegitimam, vel ratione potestatis cancellantis, vel ex errore Notarij, vel ratione illegitimitatis causæ cancellationis, vel aliter, & tunc nec dubitatur exequendum esse instrumentum, cum cancellationes inualidæ instrumenti vigorem non deroget, & actus nullus nullum operatur iuris effectũ. *vt in n.* 9. *& seq.* Tertius casus est quando cancellatio dubitationem continet, si legitima sit, vel nè, cuius discussio altiorem requirit indaginem, tunc donec non est declarata cancellationis nullitas, instrumentum exequi non potest. Et hoc casu, pendente iudicio super viribus cancellationis, supersedendum est in executione instrumenti. *vt in n.* 12. *&* 13.

Ppp Sed

306 Sed quid si fuerit contractus vulneratus per sententiam rescissoriam vel nullitatis, aut aliter, an denegada sit executio? Responde: si sententia vulnerans in iudicatum transierit, tunc denegatur: quia legaliter dicitur vulneratum instrumentum, cũ sententia faciat de albo nigrum. *Amat. resol. 81. nu. 24. tom. 2.* Sed ad-
307 uersus † hanc sententiam poterit replicari de notoria nul-
308 litate, secus si nõ † sit notoriè nulla, *Idem Amat. loc. cit. n. 27.*
309 Verum si sententia fuisset suspẽsa per appellationem, vel per aliud remedium suspensiuum, tunc non retardatur, nec suspenditur executio; nisi postquam fuerit confirmata; quia, vt impediatur executio vulnus illatum lætale esse requiritur per sententiam legitimè transactam in rem iudicatam. Ita firmauit *Amat. loc. præcit.* & tenet *Giurb. decis. 100.*
310 *nu. 34 in fin.* Et hæc exceptio admictitur etiam in prima iudicij instantia, etiam aduersus executionem contractus bullaris. Vt dixi *in prax. super rit. cap. 5. §. 10. sub n. 86. ex Mastrill. decis. 14. in fin. & in add. ad Petr. de Greg. super bulla de censib. q. 5. n. 154.*
311 Octauo. quæritur; an via executiua procedi possit virtute contractus bullaris tam cõtra possessores iurium censualium subiugatorũ, quam contra possessores, & detentores bonorum super quibus iura ipsa censualia constituta sunt? Respondetur affirmatiuè. Ex *Intrigl. super Bulla de censibus q. 36, nu. 7. fol. 104.* Sed quo ad possessores bonorũ, super quibus iura censualia subiugata imposita sunt, adest maxima inter Doctores altercatio, quod scilicet non possit via executiua procedi. Prout sunt *De Septim super bulla, & pragm. de censib. n. 106. ibidem Ant. de Ball. Iun. q. 28. n. 4. vbi reprobat Intrigl.* & *Conuers. in add. ad eumdem Intrigl. super bull. dict. q. 6. lit. F.* ait, quod hæc opinio sibi videtur longe *verior,* ac substentabilior.

Sed *Mastrill. ad Petr. de Greg. de Censib. q. 5. n. 153.* tenet totum cõtrarium, & sequitur opinionẽ Intrigl. ac refert pluriès iudicatum fuisse tam in M. R. C. quam in Trib. Sancti Officij Et hanc opinionem sequutã fuisse vidi ab omnibus curijs, eaq; mihi videtur verior opinio, à qua in cõsulendo, & iudicando recedendũ minimè esse teneo, propter clausulam (*cedens*) quæ solet apponi in similibus contractibus subiugatorijs. Propterea subiugatarius cessionarius recta via agit contra detentorem, & possessorem non solum reddituum subiugatorũ, sed etiã bonorũ pri-

primitus subiugatorũ pro dictis censibus vltimò loco subiugatis, & super quibus fuerunt constituti, & hoc vtili actione, prout generaliter locũ habet in quolibet alio cessionario. Vt dixi *supra limit. 18. vers. nihilominus*. Et hanc esse veriorem opinionem, testatur *dictus Mastrill. loc. cit.*

312 Cuncta predicta procedũt, si & quatenus simus infra decennium, quia si fuerit elapsum decennium, via executiua dicitur præscripta. De iure enim communi ius executiuum ex actione personali cõtenta in publico instrumento, & guarentigio, durat decem annis. Ex sententia super actione personali viginti, ex sententia super actione reali, vel mixta triginta. Tenet *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 4. nu. 1. 10. & 11.* videtur etiam tenere *de Groff. super constitut. pragm. §. 21. nu. 9. 10. & seq. & nu. 14. 16. 19. 20. 21.*

313 Et virtute nostri Ritus executio contractum præscribitur per lapsum decem annorum, & executio sententiæ per annum. Quoad annum diximus supra limit. 8. quo vero ad decennium disponitur. Per *Rit. cap. 101. 111. 132. ex pragm. Comitis Castri § 21. vbi de Groß. nu. 9. cum seq. Ego in prax. super rit. cap. 4. nu. 9. & seqq. & n. 16. & seq.*

314 Non obstante quod adsit pactum inter contrahentes cũ iuramento vallatum, quod nõ obstante lapso decennio possit procedi via executiua. *Ex pragm. Comitis Castri §. 21. ibi l'istrumento habbia la via executiua infra il decennio, con tutto che vi fosse patto quandocumque* dicit etiam *Giurb. obseru. 74. n. 3. vers. scitumque illud est. Et nu. 16.* tenent etiam *Mut. super rit. 102. nu. 8 & 9. Castill. decis. 26. in addit. Cumia super rit. ord. suo 7. nu. 9. & cap. 57. nu. 10. Vinac. in cap. ritus 111. Burg. de laudim. p. 3. insp. 40. nu. 70. Groff. super dict. §. 21. Comitis Castri num. 19.* vbi reprobat *Fimiam. & Percoll. super rit. quos redarguit Mut. in Scholijs ad cap. ritus 102. lit. E.*

315 Nec per Principem dispensari potest stantibus literis Regijs dat. Madrid die 8. Aprilis 1591. executis in Regno. Vt referunt *Mut super rit cap. 102. nu. 30. Mastrill. ad Petr. de Greg. de censib. q. 8. nu. 24.* Et
316 quamuis *Burg. de laudim. p. 3. insp. 40. nu. 125.* dicat, dictas literas, quoad Ecclesias & locos pios non seruari. Actamen cõtrarium seruari testatur *Cutill. de donat. tract. 1. disc. 2. par. 6. num. 144.* quem sequitur *Groß. super constit. pragm. §. 21. nu. 25.*

317 Hæc autem præscriptio procedit etiam in annuis redditi-

bus, quo ad census decursos
in præteritum. *Felician. de cen-*
sib. tom. 1. lib. 3. c. 1. n. 7. Gut-
tier. pract. quæst. lib. 1. q. 90. n.
5. Roderic. de annuis redditibus
lib. 2. q. 9. num. 69. Et in istis
318 annuis † redditibus tam ex cõ-
tractu, quam ex vltima volun-
tate tempus præscriptionis nõ
est computandum ab initio
obligationis, sed ab exordio
cuiuslibet anni. Vt de com-
muni sententia, & magis vsu
recepta testatur *Carleual. de*
indic. lib. 1. tit. 3. disp. 4. n. 18.
319 quia † tot sunt præscriptiones,
quot sunt anni. Dixi *in prax.*
cap. 4. n. 14.

320 Et est odiosa, introducta
in pœnam, & odium credito-
rum negligentium, & differẽ-
tium agere contra debitores,
Bart. in l. 2. §. si rem alienam
nu. 2. ff. pro emptore. Et in cons.
36. nu. 2. Carleual. dict. disp. 4.
nu. 23.

321 Et currit etiam minoribus,
pupillis, & priuilegiatis. *Tetigi*
in Prax super rit. cap. 4. nu. 20.
ex Mut. super rit. cap. 102. nu.
14. & in annot. lit. K.

322 Sed nota, quod currit à die
quo potuit agi *Groff. dict. §. 21.*
323 Vnde in obligatione condi-
tionali, à die adimpletæ con-
ditionis. *Dixi in Praxi super rit.*
dict. cap. 4. n. 18. ex Cumia su-
per rit. ord. suo cap. 7. num. 12.
324 quia conditio nil ponit in esse.
Dixi ibid. per text. in l. pater §.
nec autem C. de caduc. tollen. &
l. mortem C. de fideicomm.

325 Sed an hoc decennium in
contractu obligatorio, seu de-
bitorio, de debito promisso ad
simplicem requisitionem, cur-
rat à die requisitionis, an à
die contractus? Responde, pri-
ma facie videri, quod currat
à die requisitionis, nempe à
tempore quo petitur debitum:
quia quoties facultas acquirẽ-
di confertur in alterum ex cõ-
trahentibus, eo casu stipulatio
committitur à tempore, quo
petit, vel agit. *L. si quis arbitra-*
tu, & ibi Bart. ff. de obligat. l.
labeo scribit ff de cõtrah. emption.

Cõtrarium tamen puto ve-
riùs, imo à tempore contrac-
tus hæc præscriptio currere in-
cipit. Prout memini dixisse *in*
prax. super rit. cap. 4. n. 16. ex
Blasc. Lanc. super rit. 111. lit. 4.
de Septim. dicto cap. ritus 111.
lit. D. & Cumia ibid. sed ord. suo
cap. 7. nu. 15. & seq. vbi assi-
gnatur ratio, quia hæc obli-
gatio ad omnem simplicem
requisitionem creditoris est
eadem obligatio, quæ pura di-
citur, vbi semper intelligũtur
verba, cum petiero. Vt notat
Bart. in l. si pacto quo pœnam ff.
de pact. & l. si stipulatus fuero
decem cum petiero ff. de verb. obli-
326 *gat.* Et expressio † eorum, quæ
tacitè insunt, nil operatur.
L. certi C. de Iudic. cum simili-
bus.

Sed

327 Sed prædicta, quæ dicta sunt de præscriptione decennali, limita non procedere, si tale decennium fuerit interruptum, quia tūc curreret hoc decennium à die interruptionis, & perpepetuatur ad aliud decennium *Costa Siculo cons.* 9. *nu.* 12. *Giurb. obs.* 74. *num.* 8. *Montal. super rit. cap.* 102. *dixi in Prax. cap.* 4. *nu.* 21. & hodie adest *Pragmatica Comitis Castri* §. 21. *vers.* 3. & sic ampliùs non dubitatur, Sed de iure vsque ad 40. annos perpetuatur, *Carlenal. dict. disp.* 4. *n.* 32.

328 Et si scire cupis, quomodo hoc decennium interrumpatur. Scias quod de iure præscriptio viæ executiuę per realem citationem, idest per capturam rei debitoris legitimè factam, interrumpitur. *Ias. in l. ex hoc edicto* 3. *nu.* 6. *in fin. ff. de eo per quem fact. erit. Carlenal. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 4. *nu.* 24. vbi reprobat *Bald.* & *nu.* 26. perbellè probat *ac in num.* 30. non interrumpi ex sola productione instrumenti executiui coram Iudice, & ex petitione executionis, nisi accedat citatio, & nisi præsente reo in iudicio. Alios casus, quibus interrumpitur hęc præscriptio de iure; Vide apud *Castillo in lib.* 63. *Tauri verb. diez años. col.* 6. *ex vers. quarto dictum est.*

329 Hodie vero habemus in Regno statutum *ex pragm. Comit. Castri* §. 21. *vers.* 3. vbi disponitur, hoc decennium interrumpi per adimplementum executionis, ibi *Il detto decennio si intenda interrotto, e perpetuato ad altro decennio adimpleta l'executione in totum, siue in parte.*

330 Vnde nota quod in Regno quatuor modis executio adimpletur. Primo per carcerationem personæ debitoris; Secūdo per expignorationem, seu per primum decretum; Tertio per fideiubsionem in quindena, nempe de soluendo debitum infra quindecim dies. Et Quarto per solutionem effectiuam debiti. Vt dixi *in Prax. super rit. cap.* 2. *addo Grass. super dict.* §. 21. *Comit. Castri à nu.* 52.

331 Igitur præscriptio prædicta decennalis dicitur interrupta per vnum ex dictis primis tribus modis, quibus adimpletur executio. *Tetigi in Prax. cap.* 4. *n.* 22. *tenet etiam Grass. super dict.* §. 21. *à nu.* 52. *cum seqq.*

332 Ideo non sufficit, quod executio fuerit scripta apud acta Curiæ; quicquid dicat *Cumia super rit. ord. suo cap.* 37. *nu.* 24. vel fuerit præsentatum instrumentum, aut facta citatio ad executionem faciendam. Vt diximus supra *vers.* & *sic scire cupis* dixit etiā *Grass. super dict.* §. 21. *n.* 52. & 53.

Am-

333 Amplia dispositum in dicta pragmatica procedere, siue executio fuerit adimpleta in totum, siue in parte. Sic expresse dictat statutum prædictum. Et dicit etiam *Giurb. obser. 74. nu. 18. Tessaur. quæst. for. lib. 4. q. 40. num. 3. Costa Siculus in cons. 9. nu. 10.* quicquid dicat *Burg. de laudim. p. 3. insp. 40. nu. 222. & seq.* cuius opinio procedit de iure communi, sed hodie, stante dicto statuto, omnis cessat dubietas.

334 Sed an interruptio præscriptionis per vnum ex pluribus creditoribus facta contra communem debitorem prosit alijs reis credendi, & facta contra vnum ex debitoribus noceat alijs reis debendi? *Groff. super constit. pragm. dict. §. 21. à nu. 55. cum seqq.* distinguit tres casus; Primus est, si debitores plures sint vno, eodemque contractu, siue vna eademque obligatione, & nocet alijs debitoribus, ac prodest alijs reis credendi. Idem tenet *Giurb. obser. 74. nu. 7.* Secundus est, quando est facta interruptio ab vno ex creditoribus ex diuersis contractibus, siue habentibus diuersas obligationes, & tunc prodest tantum ipsi creditori interrumpenti, & non alijs creditoribus. Tenet etiam *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. Glos. 18. p. 1. nu. 50.* Tertius est casus; quando interruptio est facta aduersus vnum ex pluribus debitoribus, quo casu si debitores essent omnes obligati ex vno, eodemque contractu æquè principaliter, & tunc extenditur quoad omnes alios in solidum obligatos. Idem tenent *Mut. super cit. 102. nu. 19. Giurb. obseru. 74. nu. 11. & 12.* vbi reprobat *Valenz. cons. 146. nu. 41.* idem tenet *super consu. t. Messan. Glos. 6. nu. 20. Costa Siculus in cons. 9. n. 9.* Secus vero si ex diuersis contractibus, seu obligationibus. *Mut. loc. cit. & Groff. loc. etiam cit. n. 59.*

335 Item procedit, & si interruptio facta fuerit contra maritum, quia noceret vxori. *Groff. dict. § 21. nu. 60. Giurb. obser. 74. n. 14.*

336 Item si facta fuerit contra vnum ex tutoribus, quia noceret contutori. *Giurb. loc. cit. nu. 15. & Groff. etiam loc. cit. n. 61.*

337 Item in fideiubsore contractus, qui se vt principalis obligauit renunciando iuri de primo, & principali conueniendo, quia tunc interruptio contra principalem facta nocet eius dicto fideiubsori, & è contra. *Surd. decis. 308. Groff. dict. § 21. nu. 62. Giurb. obseru. 74. nu. 13.*

338 Item in fideiubsore de iudicatum soluendo, huic etiam obstat interruptio facta contra principalem debitorem. *Giurb. dict.*

dict. obseru. 74. *n.* 24. *Groß. dict.* §. 21. *nu.* 63.

339 Et denique: si facta fuerit interruptio cõtra vnum ex hęredibus, alijs nocet *Groß. dict.* §. 21. *nu.* 65. *& Giurb. obs.* 74. *nu.* 25.

340 Sed aduerte quod in pluribus tertijs possessoribus interruptio, facta contra vnum ex eis, non nocet alijs: etiam si bona specialiter subiugata possiderent. Quod est indubitatum dicit *Canc. var. resol. cap.* 15. *de praescript. num.* 48. *p.* 1. *Giurb. obseru.* 74. *num.* 27. 28. *vbi reijcit Costam eius conciuem, contrarium tenentem in cons.* 9. *nu.* 13. *Idem dicit in obseru.* 80. *nu.* 13.

341 Quæ quidem interruptio prædicti decennij sẽper pręualet, licet facta fuerit in aliqua Curia, & inde forus fuerit declinatur. Ex dispositione *dicta pragm. Comitis Castri* §. 21. *vers. si intenda interrotto.*

342 Aduertas tamen, quod interruptio, vt procedat, esse debet legitimè facta; nimirum per actum, qui inducit interruptionem, validum: At si facta fuerit per actum nullum, non procedet, nec præualebit. *Giurb. obser.* 74. *nu.* 18. *Groß. loc. cit. dict.* §. 21. *nu.* 68. *cum seq.* & expressè disponitur. *ex eadem pragmat. dict.* 21. *vers. non sia interrotto per l'atto nullo.*

343 quod est rationabile; quia † nullum quod est, nullum producit effectum *L.* 4. §. *condemnatum ff. de re iudic. c. illud de Iure patr. & similibus.*

Igitur similibus, viam executiuam præscribi per decennium de Iure nostri Regni, & interrupta hac præscriptione, perpetuatur via executiua ad aliud decennium. Sed pro co-

344 ronide huius Arb. scias † quod executionis principium est expignoratio, medium subastationes, & finis distractio vt dixit *Mastrill. decis.* 58. *num.* 2. *&* 3.

345 Sed an causa nullitatis secundi decreti sit pars eiusdem iudicij executiui, ita vt debeat cognosci àb eodem Iudice, coram quo fuit iudicium executiuum agitatum; etiam si Iudex sit Secularis, & tertius possessor Clericus; & an admittatur exceptio, hoc in casu, incompetẽtiæ Iudicis? dicam pleniùs loco suo in Arb. de termino præscriptionis actionum.

346 Hic solum scias, quod iste ritus, qui dat executionem cõtractibus, procedit etiam cõtra Clericos in foro suo, contra quos, ibi, etiam procedi potest via executiua virtute ritus. Per ea quæ diximus supra circa executionem apodixæ tabulæ *vers. sed an hoc statutum. addo Burg. de laudim. p.* 3. *inspect.* 19. *num.* 13. *& qua*

dixi

dixi in Prax. super rit. in Proem. nu. 20.

347 Denique scias, quod si via executiua per oppositiones, & exceptiones, à reo debitore executo prepositas, offuscaretur, tunc iura reseruanda sunt in causa oppositoria, in qua est cautum vtrique parti. Vt docet *Castill. decis. 5. nu. 61. fol.* 34.

Ex quibus omnibus concludimus contractus habere executionem paratam infra decē-
348 nium; sed post † decennium proceditur actione in factum, nempe per viam cedulæ; vel dixi *in Prax. super rit cap. 4. à nu. 19. cum seqq. ex dispositione eiusdem ritus cap. 134. vbi Scribentes.*

349 Sed an † sententia lata in causa per viam cedulæ prædictæ sit appellabilis: dic, quod in M. R. C. est inappellabilis ob eius præheminentiam, at in Curijs inferioribus est appellabilis, nisi processum fuerit per viam incartamenti; vt probauimus in *ead. Prax. super rit. dicto cap. 4. à nu. 105. cum sequentibus vbi in n.* 108. dixi,
350 quod, lata sententia ob elapsum decennium super contractu continente pactum de nō opponendo, & pactum de vendendo bona ad discursum, pacta prædicta reuiuiscunt. *Ex Cumia super rit. ord. suo 37. nu. 9. quam opinionem veriorem esse dicit.* Idem tenet *Mut. super rit. cap. 134. nu.* 54.

FINIS.

LAVS DEO, EIVSQVE MATRI MARIÆ,
Et Sponsæ Virgini Catherinæ, ac Diuo Carolo Borromeo tutelaribus nostris.

V. I. D. Carolus Caruso.

INDEX MATERIARVM.

A

 repro-

puta-

Bur-

D

DEBITOR

DECIMAE

DECRETUM

DEPOSITUM

EXCEPTIO

EXCOMMVNICATIO

in-

Non

L

LAVDIMIVM

LAVDVM

LEGATVM

LEGITIMATIO.

Legitimatus.

LEX

MV-

PRAE-

PRAESVMPTIO

per

agens

Quasi-

F I N I S.

Laus Deo, eiusque Matris Mariæ, Sponsæ Virgini Catherinæ, & Sancto Carolo Borromeo.

PANORMI, Ex Typographia Dominici de Anselmo. M. DC. LXI.

Imp. Abbas Gelosus V.G. Imp. Denti F.P.